14
21 G
15

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
M

10.2.13
4° f 13
40 d 13
13. 26. a. 136

DECISIONES
ALMÆ ROTÆ
FERRARIENSIS.

Auctore, & Collectore

D. MARCO ANTONIO DE AMATIS
Patritio Romano I. C. Clariſſimo.

DVDVM ROTÆ GENVENSIS, LVCENSIS, Prouinciæ Marchiæ, & Florentinæ Auditore; Nunc verò dictæ Rotæ Ferrariæ Prætore integerrimo.

Primum in lucem Editæ.

CVM SVMMARIIS, INITIIS EARVNDEM DECISIONVM, ac Duplici Indice Argumentorum ſcilicet, ac Rerum notabilium locupletiſſimo.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



SOC. IESV BIBL. SEC. COLL. ROM.

VENETIIS, M. DC. XXIV.
Ex Typographia Antonij Pinelli.


VT AMERIS AMA
MARCVS ANTONIVS DE AMATIS ROMANVS

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
DOMINO D.
IACOBO SERRAE
CARDINALI AMPLISSIMO
Ferrariæ Legato a Latere.

M. ANTONIVS DE AMATIS. S. P. D.

CVR frontem huiuſce libri nomine tuo inſignire decreuerim, IACOBE SERRA Eccleſiaſticæ purpuræ decus eximium, prudentiæ ciuilis, ac militaris miraculum; Mecænas optatiſſime, accipiant præſentes, legant poſteri. Tuque interim, ſi modeſtiæ tuæ pudore deflorari putes, integerrimæ veritati indulge. Dicam quæ tibi acciderunt, non, quæ ipſe excogitauerim; Dicam verò ingenuè magis, quàm ingenioſè. Suſpectæ porrò ſunt illæ laudes, quæ ab ingenio veniunt, non, quæ ab ingenuo. Nec ferendus eſt ille rubor, qui veritatem velare contendit. Neque tuum eſt Dei præpotentis; in te exornando prouidentiam diſſimulare. Quintum agitur luſtrum, ex quo Apoſtolica ſedes nullum ferè arduum, nullum ferè grauiſſimum, ſine te, aut eſt molita, aut peregit negotium. Pannoniæ fines Turcico motu hoſtiliter concutiebantur, eoque res belli redacta erat, vt iam Germaniæ Principes de pace, de libertate, de religione actum dubitarent; Ipſæque Italiæ portæ aduentans monſtrum iam iam pertimeſcebant. Clemens octauus Chriſtianæ pacis, ac libertatis cultor, religionis defenſor acerrimus, & vindex, ac tandem Cæſaris Cæſar de Germanico periculo certior factus auxiliares copias conſcribi mandat, atque tuæ fidei, & prouidentiæ commiſſas in Germaniam mittit. Tu in ea Caniſiana expeditione, tanta celeritate, ſimulque felicitate longiſſima Italiæ, Germaniæ, Boemiæ, Pannoniæ Croatiæ, itinera confeciſti, vt

te quaſi fulmen, è manu Romani Iouis in Turcas emiſſum obuia quæque pericula proſter-
nens, atque ita periculum periculis factum hoſtes fuerint experti. Anno proximo reuerte-
ris Romam; Sed paulo poſt Cæſareis literis monetur Clemens Turcarum impetus ad Iſtri
ripas renouari, atque Germaniæ calamitates recrudeſcere. Pontifex renouatis in Auſtria-
dum gentem, & religionem pietatis argumentis, te iterum Apoſtolicæ Sedis Nuncium in
Germaniam mittit; atque iterum ſpectatiſſimæ tuæ fidei, & prouidentiæ eccleſiaſticam le-
gionem, apud eas gentes conſcribendam, atque Pontificio merituram ſtipendio committit.
Anno ſequenti munere tuo peregregiè functus, ac laudis Auſtriacæ, & Pontificiæ plenus
ad Pontificem redis. At, eodem reditus tui menſe, Germania nouis concuſſa inſultibus, ac no-
uis perterrita periculis, noua etiam à Romano Pontifice auxilia efflagitat. Te propterea Cle-
mens iiſdem muneribus inſignitum in Germaniam tertium mittit, atque Pontificio exerci-
tui apud eas Nationes conficiendo, Romanaque ſtipendia merituro perhonorificè præficit.
Tunc præter cætera munera Apoſtolicæ Sedis ordinarius Nuncius, anno penè integro, apud
Rodulfum glorioſè ſediſti: tertium tandem Romam repetis, quo tempore moritur Clemens.
periclitatur adhuc Germania. Promouetur ad apicem Sacerdotij Paulus Quintus, qui in
ipſo Pontificatus limine ſingularem anteceſſoris in te beneuolentiam, & fidem æmulari cæ-
pit. Cumq; tot præteritis argumentis compertum eſſet Paulo, te glorioſè poſſe, vbi ſit opus,
mutato in enſem calamo, mutata in loricam toga, mutare galerum in galeam, expeditione in
Pannoniam facta, tibi de more Pontificio, exercitum committit, & te quartum in Germa-
niam mittit. Germania, quæ te toties aduerſus Turcas propugnatorem ſui, & vindicem
viderat, hunc vltimum tui aduentum, veluti auxiliaris Angeli, per auras victoriæ de-
lapſi lætabunda excipit, & quaſi certa triumphi adorat. Iſtius quartæ peregrinationis in-
commoda tibi ex parte leuabat præſentia, Ghinj Ghinij familiaris tui, quem candida fides,
exquiſita prudentia, ſincera probitas, peregrina eruditio incomparabilem fecerunt: Pro-
pterea ſæpè Paulus tuam in eo eligendo prudentiam, ex animo celebrauit, atque ſæpius, ex
ipſius ore excidit, ſe tantum familiarem tibi inuidere, in ſuosque conuertiſſet vſus, niſi
te nimium dilexiſſet. Iam præſens eſt Romæ quartus tuus de Pannonia reditus, qui quidem
in ea incidit tempora, quibus Paulus indignatus erat finitimis populis, exardeſcebat animo,
iamq; ſpiritalia tela contorſerat; atque temporalia partim tetenderat, partim meditabatur:
Te propterea inter tot vnum eligit Pontifex, quem ad fines mittat, & cui quintus commit-
tatur exercitus. Te tandem quintum redeuntem incredibili cum applauſu excipit Roma:
Quibus diebus tota penè Ditio Eccleſiaſtica rei frumentariæ inopia vrgetur, Anguſtia
premitur; hinc querelæ, inde ſupplices libelli, cuncta famelici murmuris plena. Paulus ad
ſolitum prouidentiæ tuæ penum confugit. exis Roma. Regiones luſtras, vnoque tantum ocu-
li tui politici giro, laxas anguſtias. Inopiæ ſuccedit copia. Querelis laudes. famelico murmuri
ſaturatus applauſus. Sextum venis Romam, Romam, quæ paulò poſt, & ipſa annonæ ca-
ritate cruciatur. Quare Paulus, vt publicæ conſulat ſaluti, ſe te Populo plaudente, annonæ
præfecit. Statim iuſſu tuo, publica extruuntur horrea, deq; finitimis agris vberrimè replen-
tur. Inde populus Romanus te velut abundantiæ ſydus, hilari fronte ſalutat. Interea
Paulus erat anceps, cui Eccleſiaſticæ quæſturæ grande munus demandaret. Occurrunt mul-
ti. Tandem ſub tuæ fidei, & prudentiæ ſupercilio tranquillè conquieuit. Ea verò præfectu-
ra adeò egregiè fungebaris, vt te Pontificiæ potius gloriæ, quàm auri quæſtorem Vrbs vni-
uerſa prædicaret. Eo tempore, quid tibi non credidit Paulus, Paulus, qui te tandem in pur-
pureum Senatum relato, purpuram ipſam egregiè cohoneſtauit. Sed non hæc tibi laborũ me-
ta, non hic tibi, à nauigatione portus, Illuſtriores ſollicitudines iam tibi minatur purpura.

Primùm non patitur Paulus; te licèt Cardinalem quæſturam dimittere, non videt enim, quis ille ſit Romæ, qui tibi poſſit in eo munerę reſpondere: Deinde Regius quidam labor ad Eridani Ripas te omninò expectat. Horatius Spinula Cardinalis Sanctiſſimæ, ac recolendæ Memoriæ, decennio toto, Ferrariam fæliciter adminiſtrauerat; iamque defeſſus, & glorię ſatur ſucceſſorem enixè petebat. Illud enim ſibi fæliciſſimum fore exiſtimabat, ſi tandem in Eccleſiæ ſuæ complexibus mori potuiſſet: Quæ res ancipitem reddebat Pontificem, cui tantam præfecturæ Ferrarienſis prouinciam demandaret: eſt enim Urbs Ferrariæ totius Romanæ ditionis, ab Aquilone, & frons, & propugnaculum, in cuius fata totius Appennini torrentes, turbido conſpirant influxu; eoque periculi res ipſa venit, vt ſi remedium ſtatuas, periculum augere videaris (ſed ò Cælum non erat opus tot aquis, vt hic hortus Heroum perpetuò floreret) Spinulæ inquam preces ſollicitum, & dubium reddebant Pontificem, cuiuſnam viribus onus tam graue ferendum committeret. Tu quidem ſolus occurrebas, ſed Romani negotij filum, te abſcedente, intercidebatur; propterea te Roma Romę, te Roma Ferrariæ, vno tempore, deſiderabat. Quid faciat Paulus? te ne diuidat? Statuit tandem regios Urbis faſces tecum diuiſos in ſe ſolum transferre, vt in te ſolum Ferrariæ ſollicitudinem transferret. Diſcèdis Roma. Ferrariam venis. Diſcędit Spinula. Romam venit. Illius diſceſſus in limine ciuitatis tuo occurrit aduentui. Videtis ambo mixtum lacrymis applauſum. Videtis confuſos ciues. lacrymantur. applaudunt. Lacrymantur diſcedentem, applaudunt venienti. Non alio ſucceſſore dignus erat Spinula; Non alio anteceſſore dignus Serra. Nil precioſius vtroq; veſtrum Liguria obtulit Romæ. Tu Sanctiſſimis Anteceſſoris amici inſtitutis Sanctiſſima, & innumerabilia ſucceſſor amicus addis inſtituta. Hæc ne ſingula recenſeam? Ah prius deficerent huiuſcę calami vires, prius deficeret ingenium, deficeret tempus. Quicquid Angelicum ingenium excogitare poteſt ad incomparabilem alicuius ciuitatis fælicitatem. Tu Ferrariæ quàm feliciſſimè præſtitiſti. Intelliges, per cæteras Urbes nocturnis armatos tenebris graßari Sicarios; per Ferrarienſes tenebras ſub te, diſcurrit amica ſecuritas, & fida lux; fidæ ſub te ſemper fuerunt vmbræ. Uniuerſæ Italiæ Urbes, nunc agitur annus, præ agrorum ſterilitate inuito ſquallebant ieiunio: ſola plebs Ferrariæ tuis ſaturata legibus, & pietate non eſurijt. Illud verò mirabile dictu eſt Italicam Copiam non alijs, quàm tuis manibus proprium verſare cornu. Audies alibi inter ciues, ambitus, æmulationes, odia. Tu natiuam Ferrarienſium ciuium innocentiam ita promoues, & foues, vt pro æmulatione, & odio, ſola ſit amoris erga te perpetua ęmulatio. Et profectò rationi conſentaneum erat, vt dum ciuium animos mutua caritate deuincires in te tandem tanquam pacis communis auctorem, vniuerſæ Ciuitatis beneuolentia reflecteretur. Tanta verò; te Dictatore fælicitas Ferrariæ regnat, vt tenero ciuitatis ferreæ populo, aureum ſęculum reddidiſſe credaris. Taceo dotem victui ciuium, à te publicè deſtinatam. Taceo nobilem Collegij Nobilium inſtitutionem. Taceo ſaluberrimas aquarum deriuationes. Taceo triumuiratum monetalem, à te creatum, atque commercio proficuas argenti, aurique cuſiones. Taceo celeberrimum Xenodochium, in quo pietas regiam ſibi ſtatuiſſe gaudet. Hęc enim leuia ſunt digitorum tuorum opera. Quid verò de litibus dicam, quas in æternas conuertiſti paces: Quoties de ſupremo tribunali verba facis, toties litem interimis. Te verò in Quiritum iure adeò pręclarè verſatum oſtendis, vt in tuis legalium controuerſiarum definitionibus perpetuum Scęuolam, perpetuum agnoſcat curia Papinianum. Tanta porrò cum frontis, tùm animi tranquillitate, ac imperturbata fortitudine rabularum tempeſtates, ac impetus ſuſtines, vt veluti Forenſis ſcopulus ciuilium diſcordiarum fluctus excipias, & fæliciter frangas. Moritur Paulus, dum quartum ſui Pontificatus luſtrum

ſtrum

ſtrum volueretur. Atque inter cætera hæreditatis iura hominum memoriæ hanc gloriam relinquit, quòd, ad extremum vſq; ſpiritum, tua viſus operâ interierit. Petri ſedem conſcendit Alexander Ludouiſius Italicæ pacis aſſertor; qui auream Gregorij Decimi tertij innocentiam ſemper imitatus; Gregorium etiam ſe nuncupari iubet. Tibi ſtatim, prudentiſſimo eiuſdem noui Pontificis Decretò, Ferrarienſis præfectura confirmatur. Dicat Roma, quis hac tempeſtate viuat, quis anteactis vixerit ſæculis, cui trium Pontificum vna, & indefeſſa fuerit Beneuolentia. Varia fuit indoles Clementis, Pauli, Gregorij, in te vno exornando vna fuit conſpiratio. Tales vitæ tuæ curſus præfecturarum plenus, ac perpetuus quidam labor te ad iſtam ætatem prouexit, in quo curſu illud præ cæteris admirari liceat, te populorum deſiderio, te Pontificum Gloriæ, te totius Chriſtiani orbis expectationi, cumulatiſſimè ſemper ſatisfeciſſe. Ite nunc fæcundiſſimi ſudores, Ite mobiles vigiliarum auræ, rigate laurus, fæcundate quercus, de quibus IACOBO SERRAE immortalis corona debetur. Tu enim tot meritis ad ſupremum in terris, ad ſuperſupremum in cælis primum viam tibi glorioſè aperuiſti. Neque putes, me ad hanc cauſam maiorum tuorum merita aduocaturum; hæc enim non tua, ſed tuorum ſunt. Prętereà; apud omnes exploratum eſt Nobiliſſimam familiam Serram ſapientiſſimis producendis Senatoribus minera m infatigabilis fæcunditatis perpetuò ſtetiſſe; à quorum ſemitis non aberrat Antonius Nepos, cuius ingenij planta, ſub tui Solis radijs, antequam ætas adoleſceret, altiſſimè adoleuit. Quoniam verò ſupremo Iudici, qualem agis Ferrariæ, nihil accidere poteſt gratius, quàm res ipſa iudicata, quæ fatalem litis interitum ſecum afferre ſolet: Hunc igitur Ferrarienſium rerum, etiam me Iudice, Iudicatarum librùm in publicum edere decreui; ex quo mei quinquennalis otij rationem ſapientum Iudex, Magiſtratus; Conſiliarij, Vniuerſa hæc inclyta Ciuitas apertam videbunt. Eundem verò, vt obſeruantiam in te meam apud omnes teſtatam relinquerem nomini tuo Immortali dico, & ſacro.

Datum Ferrariæ quarto Kalendas Iunias 1623.

ERECTIO ET CONSTITVTIONES ALMÆ ROTÆ FERRARIÆ, EIVSQ. DVCATVS AVDITORII.

A S. D. N. CLEMENTE DIVINA PROVIDENTIA Papa VIII. promulgatæ.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM. In ſupremo iuſtitiæ
throno diuina diſponente clementia conſtituti, illud in primis curare tene-
mur, vt nimirùm noſtris futuris etiam temporibus Iuſtitia omnibus æqua
lance miniſtretur; & ad id, vt decet, exequendum iuſti, ac rectiſſimi Iudi-
ces, cum opportunis facultatibus deputentur, per quos non ſolùm vnicuiq.
ius ſuum tribuatur, ſed etiam incommodis, ac impenſis litigantium quan-
tum fieri poteſt, parcatur. His igitur rationibus adducti, ac populorum Ci-
uitatis noſtræ Ferrarien. ac aliorum Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, &
locorum Ducatus, & Dominij noſtrorum Ferrarien. recto gubernio, & felici regimini proſpice-
re, ac ſingulorum indemnitati, & commodis opportunè conſulere cupientes præter alia à Nobis
in eiſdem Ciuitate, & Ducatu ordinata, vnum Tribunal Iudicum Rotam nuncupandum in dicta
Ciuitate Ferrarien. inſtituere decreuimus, in quo cauſæ Ciuiles (vt inferius diſponetur) cogno-
ſci, & prout iuris fuerit terminari debeant.
2 Motu igitur proprio, & ex certa ſcientia, ac mera deliberatione noſtris, deq. Apoſtolicæ poteſta-
tis plenitudine in Ciuitate prædicta Ferrarien. vnum Tribunal Audientiæ cauſarum Rotam nun-
cupandum perpetuis futuris temporibus duraturum, quod conſtare debeat quinque Iudicibus Au-
ditoribus nuncupandis à Conſilio Ciuitatis prædictæ Ferrarien. ſingulo quinquennio eligendis,
qui omnes & ſingulas Ferrarien. & Comaclen. Ciuitatum, & quarumcumque Terrarum, Caſtro-
rum, & locorum Ducatus noſtri Ferrarien. cauſas, lites, & controuerſias ciuiles, meras, & mix-
tas quomodolibet actitandas inter Ciues, incolas, diſtrictuales habitatores, ac Collegia, agrico-
las quoque, & alios quoſcunque ſub Legatione Ferrarien. ſubditos cognoſcere, decidere, ac fine
debito terminare, ac iudicare poſſint, & debeant auctoritate Apoſtolica tenore præſentium per-
petuò erigimus, & inſtituimus
Quoniam verò omnia eò magis ſtabilia redduntur, quo ſolidiorem, ac certiorem ſtatum, per
quem feliciter regi, & gubernari valeant, aſſumunt. Idcircò hoc ipſum Rotæ Trinal infraſcriptis
conſtitutionibus, & ordinationibus perpetuò firmiter obſeruandis fulciendum duximus. Ea pro-
3 propter ſtatuimus, mandamus, & ordinamus vt prædicti quinque Rotæ Auditores debeant eſſe
Iuris vtriuſque Doctores, non ex Ciuitate Ferrar. aut aliquo ex locis prædicti Ducatus, ex alijs ta-
men ditionis Eccleſiaſticæ nobis, & Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubiectæ locis oriundi, ſummæ
integritatis, prudentiæ, doctrinæ, & experientiæ, non minores natu annis triginta, qui ſaltem
per quinquennij ſpatium in publica aliqua inſigni Academia legerint, aut in celebri aliquo loco
iudicando, vel aduocando foro operam dederint, neque in his muneribus obeundis inter poſtre-
mos habiti fuerint, ſed præclarè, ac laudabiliter ſe geſſerint.
4 Hos omnes à Conſilio Ciuitatis Ferrarien. ſingulo quinquennio (excepta hac prima vice) eli-
5 gi volumus; & poſtquam electi fuerint in principio, ſeu ante ingreſſum eorum officij in manibus
pro tempore exiſtentis noſtri, & Apoſtolicæ Sedis in Ciuitate, & Ducatu Ferrarien. de latere Le-
gati, ſeu eius Vicelegati, aut Gubernatoris, aſſiſtentibus Iudice Sapientum, & ipſis Sapientibus
Communitatis Ferrariæ iureiurando promittant, ſe ad vnguem obſeruaturos non modò has
Rotæ Conſtitutiones, verum etiam omnes, & quaſcunque Ciuitatis Ferrariæ Prouiſiones, ordi-
nationes, & ſtatuta vſu non recepta, necnon iuſtitiam, qua decet ſanctitate, & integritate admi-
niſtraturos, ſub pœnis arbitrio Superiorum infligendis in Syndicatu, cui eos omninò finito eo-
rum officio, ſubijci volumus, & in quo non niſi de dolo, fraude, baratatia, iuxta ſtylum totius
Italiæ, & legis diſpoſitionem illos teneri, & de his non niſi in ſingulos inquiri, cum non ſit præſu-
mendū vniuerſam Rotam dolum, fraudem, & baratariam commiſſurā, mandamus, & declaramus.

7 Finito autem officio eorum,& vniuſcuiuſque eorum,volumus eos, vel quenquam eorum poſſe
iterum pro alio quinquennio eligi,vel confirmari niſi tres partes ex quattuor ſuffragiorum in con-
ſilio pro noua electione, ſeu confirmatione obtinerent; concedimus verò, vt poſt quinquennium
à die eorum officij finiti elapſum, iure, & rectè denuò eligi poſſint.
Et quoniam (vt præmiſſum eſt) Auditores de quinquennio in quinquennium eligendi ſunt,
atque perpetuis futuris temporibus obſeruandum, rationique conſentaneum viſum eſt,vt vnus ex
his qui præcedente quinquennio in Rota fuit, in eadem ad hoc vt noui ingredientes facilius,& ci-
tius inſtruantur quinquennio ſubſequenti remaneat; propterea ſtatuimus electionem hoc ordine,
8 & modo fiendam; hac enim prima vice Auditores quinque eligentur,quorum officio functo vnus
9 eorum à Conſilio ſeligendus per biennium in noua Rota perſeuerabit,& alijs autem vicibus quin-
que Auditorum quidem fiat electio, & vnus eorum, nempè vltimo electus non ſtatim in princi-
pio quinquennij Rotam ingredietur, ſed biennio elapſo, & hic ille erit poſtea,qui in Rota ſucce-
dentis quinquennij per curriculum biennij pro nouis Auditoribus inſtruendis commoraturus
10 erit, & ita in perpetuis futuris temporibus obſeruari mandamus. Electionem autem dictorum
Auditorum à prædicto Conſilio Ciuitatis Ferrarien. vt præfertur, faciendam incipere volumus
poſt præſens quinquennium, in quo Auditores per dilectum filium noſtrum Petrum S. Nicolai
in Carcere Diaconum Cardinalem Aldobrandinum nuncupatum, noſtrum ſecundum carnem ex
fratre germano nepotem, ac in Ciuitate, & Ducatu prædictis noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis de
latere Legatum iam electos continuare, eorumque quinquennium à die datæ præſentium inchoa-
11 re,& vt ſequitur finire; Prætorem quoque dictæ Rotæ iam electum per annum ab eadem die datæ
præſentiũ incipien. Præturæ officium iuxta formã inferius deſcribendã exercere debere ſtatuimus.
12 Sed quid boui trituranti non eſt os alligandum, & laborum cuique præmium condignum eſt
proponendum, vt ad illos ſubeundos alacrior reddatur; Nos propterea cuilibet ex præfatis Iudi-
cibus Rotæ Ferrarien. præter Prætorem in ſingulos menſes triginta quinque ſcutorum auri in au-
ro, Prætori verò quinquaginta quinque ſimilium ſcutorum menſtruam prouiſionem ex redditi-
bus, & prouentibus Cameræ noſtræ Apoſtolicæ per Depoſitarium eiuſdem Cameræ in Ciuitate
noſtra Ferrarien. cum mandato Legati, ſeu Vicelegati, aut Gubernatoris eiuſdem Ciuitatis pro
13 tempore exiſtentis perſoluendam conſtituimus, & aſſignamus. Ac præterea volumus, & ordina-
mus vt Communitas Ciuitatis Ferrarien. locum Auditorij, in quo Rota fieri debeat, & domos in
quibus præfati Auditores commodè, & iuxta gradus decentiam honorificè habitare valeant gratis
14 aſſignare teneantur, vtque Curſores eligant,qui in Auditorio prædicto tempore Rotæ aſſiſtere,&
illud ab omnibus immunditijs ex purgare debeant. Iiſdem præterea Prætori, & Auditoribus vt
ſportulas, & emolumentum quæcunque ſecundum ſtatuta Ferrariæ, & munera iuxta conſtitutio-
nes, & conſuetudines Rotæ Bononien. recipere poſſint, permittimus, & gratiosè concedimus
Conſtitutione Aldobrandina non obſtante.
15 Præterea quò diligentius dicti Auditores cauſis expediendis id quod ſummopere nobis cordi
eſt, operam nauent, diſtrictè eiſdem inhibemus ſub pœnis arbitrio Legati, Vicelegati, aut Guber-
natoris imponendis, ne in cauſis coram alijs iudicibus in Ciuitate Ferrariæ, ac eius diſtrictu, vel
alibi in Legatione vertentibus vllo modo conſilium dare, aut aliorum conſilijs ſe ſubſcribere au-
16 deant; concedimus autem, vt id in cauſis quæ extra Legationem tractantur, aliquando facere va-
leant. Inhibemus præterea ſub eiſdem pœnis ne à Ciuitate, & Auditorio diebus non feriatis abſq;
licentia conſilij abeſſe poſſint, niſi fortaſſe eos, vel aliquem eorum ratione cauſarum,& officij ab-
eſſe oporteret, vel aliquo iuſto impedimento detineretur, quominus ad Auditorium accedere,&
cauſarum expeditioni vacare poſſit, & hoc caſu volumus, vt non obſtante impedimento, vel ab-
ſentia, ſi cauſa ad totam Rotam pertineat, alij in ea procedant,& ponens ille eſſet abſens,alius eius
loco ſubrogetur fortè extrahendus, & ſi Ponens reuertatur, vel ceſſet impedimentum, cauſa nondũ
deciſa, is cauſam ſuam denuò aſſumat in terminis, in quibus eam reperiet, & expediat; quòd ſi im-
pedimentum, vel abſentia in perſona Prætoris contingeret, loco eius ſubſtituatur Auditor Senior.
Nunc ad Auditorum iuriſdictionem propiùs accedentes principe loco conſtituimus, vt vnus
17 eorum ſit quolibet anno Prætor Ciuitatis Ferrariæ ſenior nempè, hoc eſt, qui primò Auditor ele-
ctus fuit, qui Præturam vno anno obeat, ac eo Prætura functo alij deinceps ſecundum ordinem
quo electi fuerunt Auditores in Prætura ſuccedant, & vltimus qui ſecundum ea, quæ ſuperius con-
ſtituta ſunt, anno tertio dumtaxat Rotam ingrediens in noua per biennium remanere debet, pri-
mo anno in ingreſſu nouæ Rotæ Præturam adipiſcatur,& ſic de cætero, ſemper obſeruetur, exce-
pta hac

per hac prima vice, qua ita exigente neceſſitate diſponimus, vt finito quinquennio in Rota noua is perſeueret, quem Conſilium generale elegerit, & hic denuò in ingreſſu nouæ Rotæ præturam anno primo obtineat.

18, 20 Decernimus autem cauſas omnes primarum appellationum totius Legationis Ferrariæ ad Prætorem ſolum ſpectare, qui de illis cognoſcere, eaſque fine debito ſolus terminare debeat, &
19 ſportulas, ac emolumenta ſolus quoque percipiat, nec eas, cave cum alijs Auditoribus partiri teneatur. Voluniuſque vt appellationes omnes, & quæcunque à ſententijs quorumcunque iudicum in quibuſcunque cauſis ciuilibus, necnon & reductiones ad arbitrium boni viri, quæ ab arbitris, vel arbitratoribus tã voluntarijs, quã neceſſarijs imponerentur in caſibus tamen permiſſis ad dictũ Prætorẽ, & eius officiũ deuoluantur, nec non poſſit cognoſcere quaſcunq; alias cauſas in Ciuitate & Legatione Ferrarien. prout Prætor Rotæ Bonon. poteſt in Ciuitate, & Legatione Bonon.

21 Statuentes interim, vt veteri abuſu appellandi coram bonis viris ceſſante, appellationes omnes coram iudice à cuius ſententia appellatur, omninò interponantur, & aliter interpoſitæ non valeant, nec teneant, niſi verè copia iudicis habere non potuiſſet.

22 Decernentes pro celeriori cauſarum expeditione, vt ab incidentibus, & emergentibus, ſuper quibus Prætore in interloqui contigerit in caſibus, in quibus permiſſa eſt appellatio ab interlocutorijs ex forma iuris ſtatutorum, vel prouiſionum Ferrariæ ab Rotam appelletur, quæ ſine voto Prætoris ipſam appellationem terminare debeat, ſicuti perpetuò, & inuiolabiliter ſancimus, vt in
23 quibuſcunque cauſis ad Rotam deferendis, in quibus primo loco aliquis ex Auditoribus iudicauerit, is nihilominus in ea cauſa votum habeat.

24 Denumque iubemus vt cauſæ coram vno Prætore cæptæ, finito officio, coram eodem quoque & ab eodem terminentur, dummodò proceſſus, & ſcripturæ antequam Præturę munus deponat à partibus præſentatæ fuerint iuxta formam ſtatutorum, & prouiſionum Ferrariæ declarantes id quinquennio durante locum obtinere, & cauſas coram vltimò Prætore cæptas, non coram eodem, & ab eodem, ſed coram Prætore nouæ Rotæ, & ab ipſo finiendas eſſe.

25 Ad Rotam autem ſpectare diſponimus cauſas omnes viduarum, pupillorum, ac omnium miſerabilium perſonarum ſecundum tamen diſpoſitionem l. vnicæ. C. quand. Imper. inter pup. & non aliter, necnon dotium, & alimentorum, ac prætereà omnes cauſas cumulatiuè, tamen quoad Locumtenentem generalem cauſarum Ciuilium Legati, Vicelegati, aut Gubernatoris, quæ ex forma ſtatutorum, ordinum, ac prouiſionum Ferrariæ cognoſci debent, ac terminari, appellatione remota, exceptis ijs quæ ratione perſonæ agentis, vel conuenti, vel ratione cauſæ ex forma eorundem ſtatutorum, ordinum, ac prouiſionum, vel priuilegij alicuius forum habeant particulare, & coram iudice aliquo particulari tractari, & definiri debent: Inſuper concedimus, & indulgemus eidem Rotæ cognitionem ſecundarum appellationum nedum à ſententijs Prætoris, verum etiam quorumcunque iudicum totius Legationis, & Ducatus Ferrariæ, & volumus vt ipſæ ſecundæ appellationes etiam totius Legationis omninò ad Rotam deuoluantur, dummodò quoad eas extra Ciuitatem valor cauſæ excedat aureos centum à libris quatuor. Necnon poſſint dicti Auditores cognoſcere quaſcunque alias cauſas in dicta Ciuitate, & Legatione Ferrarien. prout poſſunt
26 Auditores Bonon. in Ciuitate, & Territorio Bonon. Declarantes cauſas omnes prædictas etiam cum voto Prætoris decidendas eſſe, exceptis appellationum cauſis, quæ ab eius ſententijs interponentur, vt præmiſſum eſt.

27 In prædictis verò omnibus tàm Prætorem, quàm Rotam in procedendo ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſola facti veritate inſpecta, procedere poſſe; In decidendo verò prouiſiones, conſtitutiones, & ſtatuta Ferrariæ ab ijſdem obſeruari debere præcipimus, exceptis cauſis locorum, ac Ciuitatum, Legationis, in quibus ſtatuta, & prouiſiones eorum, earumque particularia ad deciſoria pertinentia; ſi quæ, vel quas haberent ſeruari mandamus.

28 Et quoniam vt ſæpenumero dictum eſt properamus ad cauſarum finem, & litium amputationem, iubemus vt ſtatuti Ferrariæ ordine prætermiſſo tam Prætor, quam Rota, in cauſis coram eis vertentibus Curatores, & tutores decernendi poteſtatem habeant, hæreditatibuſque iacentibus, & vacan. abſentibus minoribus, & pupillis, & alijs quibuſcunque, qui Curatore, ſeu Tutore indigerent; ita tamen vt Tutoris, & Curatoris electio præſentibus per binas cedulas cum debito vnius diei interuallo notificetur, & abſentibus, ac hæreditatibus iacentibus, & vacantibus ſuper Podiolo Palatij Communis Ferrariæ alta voce, & ſono cornu præmiſſo, & cedulæ poſtea affigantur valuis eiuſdem Palatij, & filij quibus Tutor, vel Curator decretus fuerit, comparue-

rint, & Curatorem alium, vel Tutorem petierint, vel Tutorem, ſeu Curatorem ſibi legitimè con-
ſtitutum nominauerint, teneatur Prætor, vel Rota alium dare, vel mandare, vt cum Tutore, vel
Curatore nominato iudicium peragatur.
29 Et cum aliquando vſu veniat, vt ob negligentiam litigantium inſtantia appellationis pereat,
fiatque ipſa appellatio deſerta, magna ſæpè cum negligentis iactura, qui plerumque in meritis ius
fouet optimum; Nos æquitatem præ oculis habentes decernimus, vt lege, ſtatuto, vel conſtitu-
tione aliqua non obſtante, facta prius executione ſententiæ à qua fuerat appellatum, & refectis
parti expenſis vſque ad quadrantem, is, cuius appellatio deſerta fuit, ſuper meritis audiatur per
viam reſtitutionis in integrum committendæ à Legato, ſiue à Prolegato pro tempore. Declaran-
tes id ſemel obſeruandum; nam iterum deſerta appellatione ſententiam in iudicatũ omninò tran-
ſire, & plenum ſortiri effectum, mandamus, ne cauſæ in infinitum protrahantur. Et cum accidere
poſſit vt ſententia prima retractetur. Ideo volumus, vt pars in cuius gratiam fiet executio prædi-
cta, ideoneè cauere teneatur de reſtituendis omnibus, quæ de iure eam reſtituere oportebit iu caſu
ſuccumbentiæ, & retractationis.
30 Poſtremò à ſententijs omnibus, & quibuſcunq;, quas Rota, vel huius noſtræ Cõſtitutionis teno-
re, ac virtute, vel aliàs ex noſtra, aut Legatorum, Vicelegatorũ, aute Gubẽtãtorum delegatione tule
rit, volumus, vt nullo modo poſſit appellari, de nullitate quantumuis notoria dici, vel opponi, ſup-
plicari, nec recurſus peti, vel concedi, aut etiam ad Sedem Apoſtolicã reſtitutio efflagitari, etiam ex
capite minoris ætatis, aut officiũ iudicis implorari, vel quoquomodo illis contrairi poſſit, ſed prout
latæ extiterint, omnimodo executioni demandari debeant, & caſu quo propter aliquam grauiſſimã
cauſam, remedium aliquod aduerſus prædictas ſententias concedendum ſit, ſancimus nullum aliud
concedi poſſe præter ſolã reuiſionem ad eandem Rotam coram eiuſdem Auditoribus, quibus vt
vniuerſis neminem adiunctum, ſed ipſis vti ſingulis, cum opus fuerit de eadem Rota tantum adiun-
31 ctum dari volumus, quoniam id vnum noſtræ Ciuitati Ferrariæ, ac eius diſtrictui, ac Legationi in-
dulgemus, vt cauſæ illius ne vllo vnquam tempore ſub quouis prætextu, aut quæſito colore, vel cau
ſa quantumuis graui extrahi poſſint à Ciuitate ipſa, etiam ad Curiam Romanam, ſed in ea; atq; in
ipſius Rota, quam in eius gratiam, & in ſignum noſtræ erga illam dilectionis ereximus, decidit, &
fine debito terminari, Camerali obligatione, & alijs quantumuis vrgentioribus quibuſcunq; nõ
32 obſtan. Concedentes ipſi Prætori, & Auditoribus facultatem reaſſumendi cauſas omnes prædictas,
etiam à quibuſcunque Iudicibus, & Tribunalibus, quoties opus fuerit, illaſque etiam in ſtatu, &
terminis, in quibus reperientur, proſequendi, ac ſub pœnis arbitrarijs in Legatione, & extra inhi-
bendi, ac prædictas pœnas exequendi.
Nunc cũ Auditoribus iuriſdictionẽ conceſſerimus, non ab re eſt, vt certã quoq; formam, qua ci-
33 tiùs, & accõmodatius lites expedire valeant, eiſdẽ præſcribamus. In primis itaq; volumus, vt Præ-
toris, quem ſupremũ Rotę, ac Ciuitatis Magiſtratum conſtituimus, partes ſint, & cauſas omnes Ro-
34 tales ſorte diuidendi inter Auditores, quos Auditores, & Prætorẽ ſingulos iudices cauſarum ſuarũ
ordinarios deputamus, ita tamen vt abſq; voto Collegarum, nec ad terminationem cauſarum, nec
35 articulorum quidem releuantium deuenire queant. Sportularum verò, ac emolumentorũ per No-
tarium fiat diuiſio, & idem Notarius lata ſententia ſingulis iudicibus, ſeu Auditoribus ſuã det por-
tionem. Prætore tamen nullam portionem in ſportulis, ac emolumentis ſecundarum appellationũ
36 ſibi vendicante. At quia iudex cauſę quem Ponentem vocari volumus ſatis elaborabit in ſtudendis
proceſſibus, cum velimus ab eo ſtatum, & merita cauſæ digeſta Coauditoribus proponi, & ideò quę
ſtionum reſolutioni commodè vacare non poterit, ſtatuimus, Ponentem ipſum nullum habere vo-
tum in cauſa ſua, ſed iuxta maioris partis Coauditorum votum, quemcunque articulum, & ipſam
cauſam diffinire teneri, niſi tamen Auditores eſſent diſcordes, & vota forent æqualia, quo caſu
diſponimus, vt tunc votum habeat, cum vni parti adhærere teneatur.
37 Volumus autem dictã Rotã fieri bis in hebdomada, videlicet die Lunæ, ac Veneris ſummo mane,
ac ſi dies Lunæ fuerit feriata, mandamus eã fieri Mercurij, ac Veneris proximas; ſi aũt dies Veneris
feriata fuerit, & dies Lunæ eiuſdẽ hebdomadæ fuerit iuridica, tunc fiet ipſis diebus Lunæ, & Mercu-
rij, & in ſumma bis in hebdomada diebus non feriatis fieri decernimus, ita tamen vt pro vnaquaq;
Rota vno die partes cũ Aduocatis, & Procuratoribus informent ſingulos Auditores domi relictis
etiã informationibus in ſcriptis, & Ponenti duplicatis, vt parti petẽti copiã dare poſſit; & vnſquiſq;
in ſero eiuſdem diei ad omnes Coadiutores trãſmittat ſua dubia, quę proponere decreuerit in pro-
xima futura Rota, ſequenti verò die cauſis ſtudeant, & memorialia partium ſuper reſponſione in-

formationibus

ſormationibus die pręcedenti datis accipiant, tertia verò die eis quoad fieri poterit decidant Numerum autem cauſarum, & articulorum emergentium proponendorum, & proponendarum in qualibet Rota arbitrio ipſorum Auditorum relinquimus, & relaxamus.

Vt autem dubiorum inanium otioſa euitetur diſputatio ſancimus, vt cauſa in Rotam introducta actor porrigat Ponenti ſuum memoriale ſuper dubio diſputando, quod iuxta naturam, & exigentiam celerioris expeditionis cauſæ formabit, partem aduerſam coram eo iudice citabit ad concordandum de dubio, & ipſa parte comparente, & illud acceptante ipſi dubio ſubſcribet; copiamque vtrique parti concedet, vt ſuper eo informare valeat, quòd ſi alia pars non comparuerit iudex duplicatum dubij copiam inſtanti ſubſcribet, vt vnam penes ſe retinere, aliam ſuo aduerſario per Nũcium notificare, & tranſmittere poſſit. Et ſi in acceptatione dubij partes diſcordes fuerint, ipſe Ponens eas, vt ſibi iuſtum videbitur, concordare ſtudebit, & altera parte petente, quatenus ſic res poſtulet ſuper dubio dando adhibebitur votum totius Rotæ.

38 Termini citationum pro perficiendo proceſſu coram eiſdem Auditoribus finita ſtatim Rota per Notarios actuarios, & Procuratores ſeruabuntur, quos Auditores pro ſeruato habere poſſe infra decemdium proximum etiam domi declarandos decernimus.

39 Ac vti facilius depoſitiones teſtiũ inſpiciantur, & ne Auditores magis, quã expediat, fatigentur, mandamus quoties ab vtraq; parte, vel altera earũ examinati fuerint, & Ponenti viſum fuerit, eorũ dicta in ſummariũ redigantur, & quoniã à nemine accuratius perpenduntur, quã à partibus intereſſe habentibus, fiet ab Actore Summariũ, illudq; Ponenti exhibebit, & pars aduerſa corã eo citabitur ad concordan. de ſummario, aliàs videndũ pronũciari ſtari debere ſummario per inſtantẽ porrecto, ac illud per dictũ Ponentẽ ſubſcribi, & aduerſario cõparente, ſi approbabit ſummariũ, erit cõcordatũ, ſin minus addet, vel minuet in ſolio ſeparato, ꝓut viderit cõuenire, & ipſe Ponẽs differentias dirimat, ipſiuſq. ſummarij copiã ſingulis Auditoribus à Ponente ſubſcriptã partes exhibebunt.

40 Citationes autem productæ ad concordan. de dubio, & ad concordan. de ſummario, nolumus quòd in actis redigantur, nec aliæ citationes, ac intimationes, quæ non ſint neceſſariæ ad validitatem iudicij, ſed neceſſariæ duntaxat.

41 Demumque poſt cauſarum expeditionem teneatur Rota parti petenti in cauſis exceden. ſummam ſcutorum ducentorum tradere deciſionem; In cauſis videlicet exequutiuis infra decem dies continuos; in cæteris verò quibuſcunque infra triginta dies continuos a die prolationis ſententiarum in dictis cauſis immediatè decurrendos.

42 Et quoniã Rotę Tribunal tanquam ſupremum in iudicando in Ciuitate, & tota Legatione, mereatur aliquã prærogatiuam; idęò ſancimus vt Prætor Rotæ in omnibus actionibus tam publicis, quã priuatis præcedere debeat cæteros iudices tã Ciuitatis, quã totius Legationis etiã Locatenẽtes generales cauſarũ ciuiliũ, & criminaliũ, quos poſt Prætorẽ ſupra cæteros Auditores incedere, vel ſedere volumus; Auditores verò ipſius Rotæ præcedere volumus omnes, & quoſcunq. iudices ipſius Ciuitatis, & Legationis pręter ipſos duos Locatenentes nunc & pro tẽpore generales ſupradictos.

43 Necnon eoſdem Prætorẽ, & ſingulos Auditores Rotæ immunes conſtituimus à portu literarũ, & ab omnibus datijs, gabellis, ac grauaminibus quibuſcunq. Inſuperq. etiã potiri volumus omnibus priuilegijs, immunitatibus, pręeminentijs, & prærogatiuis, quibus Conſiliarij iuſtitiæ, in quorũ locũ ipſi Prætor, & Auditores ſubrogantur hucuſq. potiti ſunt. Demũ eidẽ Rotæ Ferrar. eiuſq. Prætori, ac ſingulis Auditoribus, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, facultatibus, & præeminẽtijs, quibus Rota Bononien. eiuſq. Prætor, & Auditores quomodolibet fruuntur, potiuntur, & gaudẽt, pari modo, & abſq. aliqua differentia frui potiri, & gaudere poſſint, & valeant, ꝑpetuò concedimus, & indulgemus. Declarantes quatenus dictæ facultates priuilegia Rotæ Bononien. & Conſilij iuſtitiæ olim Ducalis eſſent minora ſupra expreſſis, & ipſa Rota Bononien. minori priuilegio, & facultate potiretur, quã ipſum Conſilium iuſtitiæ, & è contra nullatenus intendimus maiori priuilegio derogare, ſed prout per prædicta, & vnũ quodq. eorũ vberius prouiſum eſt, eo maiori etiam priuilegio, immunitate, præeminentia, emolumento, prærogatiua, facultate, & gratia Rotam noſtram Ferrar. eiuſq. Prætorem, & ſingulos Auditores decorare, illiſq. potiri decernimus, & mandamus.

44 Cæterũ dilectũ filiũ noſtrũ Petrũ tituli Sancti Nicolai in Carcere Diaconum Cardinalẽ Aldobrandinũ nuncupatũ noſtrum ſecundum carnẽ ex fratrẽ germano Nepotẽ quoad vixerit, in dictæ Rotæ, & eius Prætoris, ac Auditorũ, eorumq. iuriũ, & priuilegiorũ, ac indultorũ quorumcunq. Protectorẽ cum omnimoda facultate, & auctoritate omnia & ſingula quæ ad Prætoris, & dictorũ Auditorum officium quomodolibet vigore præſentium, & alias de iure, vel conſuetudine ſpectant, &

pertinent,

pertinent,& quę alij ſimiles S.R.E.Cardinales Protectores facere,&exercere poſſunt.& conſueue-
runt faciendi dicendi, & exercendi dicta auctoritate perpetuò etiam conſtituimus,& deputamus.
Decernentes præſentes literas ex quacunq; cauſa nullo vnquã tẽpore de ſubreptionis, vel obre-
ptionis,aut nullitatis vitio,ſeu intentionis noſtræ,vel quopiã alio defectu notari,ſiue eas infringi, in-
ualidari,ſeu reuocari poſſe;ſed illas ſemper,& perpetuò validas,& efficaces exiſtere & fore, ſuoſque
plenarios,& integros effectus ſortiri,& obtinere, necnõ inuiolabiliter perpetuo obſeruari.Sicq; per
quoſcunq. iudices,& Cõmiſſarios etiã eiuſdẽ Palatij noſtri Apoſtolici cauſarum Auditores,& eiuſ-
dẽ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiã de latere Legatos,ſeu Vicelegatos,aut Cameræ Apoſtolicæ
45 Præſidentes,& Clericos,vel quoſuis alios ſublata eis & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi,& inter
46 pretandi facultate,& auctoritate vbiq; locorũ iudicari,definiri,& interpretari debere. Irritũ quoq;
& inane quicquid ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter cõtigerit attẽtari.
47 Ac mandantes omnibus,& ſingulis totius Status Eccleſiaſtici prædictis Commiſſarijs,Guberna-
toribus,Poteſtatibus,& eorum Locatenentibus,Legatis,Vicelegatis,nec non Venerabilibus fratri-
bus noſtris Archiepiſcopis,& Epiſcopis,ac dilectis alijs eorũ Vicarijs in ſpiritualibus generalibus,
ac alijs iuriſdictionem exercentibus quibuſcunque,vt quoties ſuper hoc fuerint requiſiti,ſententias,
decreta,ſtatuta,ſequeſtra,mãdata,executoriales literas,remiſſoriales,citationes,& alia à dicta Ro-
ta,& eius Auditoribus emanãda pro tempore omnibus opportunis remedijs executioni demañ-
dari faciant realiter,& cum effectu,prout opus fuerit,& eis commiſſum extiterit.
48 Non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,& præſertim facultatibus dile
cto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori conceſſis;ac ſupradicta Conſtitu-
tione Aldobrandina,nec non eiuſdẽ Ciuitatis Ferrariæ ac aliarũ Ciuitatum,Terrarum,& locorũ præ
dicti Ducatus Ferrarien.etiam iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia ro-
boratis ſtatutis,& cõſuetudinibus Legibus etiam municipalibus,vſibus,& naturis,priuilegijs,quo-
que indultis,& literis Apoſtolicis etiam eiſdem Prouinciæ Ciuitatibus, Oppidis, Terris, Caſtris,
Villis,& locis eorumq; Communitatibus, Vniuerſitatibus, Reſidentibus, Gubernatoribus,Pote-
ſtatibus,Officialibus,& Incolis,& perſonis ſub quibuſcunq.tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis
clauſulis,& decretis in cõtrariũ forſan quomodolibet cõceſſis,cõfirmatis,& innouatis,Quibus om-
nibus etiam ſi de illis,eorumq.totis tenoribus ſpecialis,ſpecifica,& expreſſa, non autẽ per clauſulas
generales idem importantes mentio,ſeu quæuis alia expreſſio ad hoc ſeruãda foret,eorum omniũ
& ſingulorum tenores,ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur,& insererentur præſentibus pro ſuf
ficienter expreſſis, & inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris,hac vice duntaxat harũ
ſerie ſpecialiter,& expreſsè motu,ſcientia,& poteſtatis plenitudine paribus derogamus, & deroga-
tum eſſe volumus,cæteriſque contrarijs quibuſcunque.
Dat. Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xxix. Maij MDXCIX. Pontificatus
Noſtri Anno Octauo.

M.Veſtrius Barbianus.

Locus ✠ Sigilli.

49 *Die 2.Iunij 1599.ſuprascriptum Breue in plena Camera Apoſtolica præſentatum fuit, illudq; de ipſius Cameræ*
decreto Reuerendiſs.D.Horatio Ceulo dictæ Cameræ Clerico, commiſſum. & ſucceſſiue die 14.eiuſdem,Camera ipſa
citato deſuper Illuſtriſs. D. Laudiuio Zecchia dictæ Cameræ generali Commiſſario, referente prædicto Reuerendiſ. D.
Ceulo; illud admiſit, & in eiuſdem Cameræ libris regiſtrari mandauit; prout regiſtratum fuit ſcilicet libro primo Si-
gnat. Sanctiſſ.D. N. fol. 252.& collat. concordat.

Ludouicus Martini Cam.Apoſt. Not.

50 Public.in Offic.Illuſtriſ.Communitatis Ferrariæ in loco Reſidentiæ Conſilij Illuſtr.Magiſtratus eiuſ-
dem Ciuitatis per me Albertum à Monetis Not. Sapientum de ordine Illuſtr, D.Cardinalis Collegati,
& D.Co.Aloyſij Montecucoli Iudicis,& Magiſtratus Sap.Ferrariæ,exiſtentium in eorum publica audien
tia,& aſtante maiori parte Cauſidicorũ cum frequenti populo,præſentibus dictæ publicationi Illuſtrib.
DD Annibale Caſtello,Alfonſo Lauezolo nobilibus Ferrarienſibus,& magnifico D.Petro Ioanne Barano
altero ex Magiſtris rationum dictæ Communitatis Ciue Ferrariæ, & alijs &c. Anno à Natiuitate D. N.
Ieſu Chriſti 1599.Indictione xij.die verò xix.Menſis Iulij, Pontificatus Sanctiſs.D.N.Clementis diuina
prouidentia Papæ Octaui Anno octano.

51 Et quæ Conſtitutiones prius ab Ill.D.Ioanne Paulo Nichio Sauonen.vno ex dictæ Rotæ Auditoribus
earum muneri Præfecto ſub prænarrato tenore procuratæ,& in forma Breuis Apoſtolici expeditæ præſen-
tatæ fuerunt dictis Illuſtriſ.DD.Iudici,& Magiſtratui,die decima prædicti menſis,& anni.

INDEX.

Conſtitutio eſt edita ad perpetuam rei memoriam. num. 1

Motu proprio, ex certa ſcientia, & de poteſtatis plenitudine Pontifex erigit Rotam Ferrariæ quinque Auditorum. 2

Requiſita Auditorum eligendorum. 3

Electio Auditorum ad quos ſpectet. 4

Iuramentum ab Auditoribus præſtandum, & illius forma. 5

Syndicatus Auditorum. 6

Quando pro alio quinquennio veteres Auditores eligi poſſint. 7

Finito officio Auditorum primi quinquennij, vnus ex eis à Conſilio ſeligendus per biennium in ſuccedente quinquennio perſeuerabit. 8

Et ex illorum ſucceſſoribus, vltimo electus quando ingredi, & egredi debeat. 9

Conſilium incipit eligere Auditores poſt primum quinquennium à data præſentium incipien. 10

Prætoris officium conceditur ad annum à data præſentium. 11

Aſſignatio ſalarij Prætori, & Auditoribus. 12

Communitas Ferrariæ, quæ gratis Auditoribus aſſignare teneatur. 13

Prætori, & Auditoribus ſportulæ, & emolumenta iuxta ſtatuta Ferrariæ, & munera iuxta conſtitutiones, & conſuetudines Rotæ Bonon. concedantur. 14

Auditoribus in cauſis tantum, quæ extra Legationẽ tractantur, aliquando conſulere, ac aliorum conſilijs ſubſcribere, permittitur. 15

Diebus iuridicis ab auditorio abeſſe Auditores non poſſunt, niſi ex iuſta cauſa, & tunc in cauſis Rotalibus alij interim procedunt, & quid ſi abſentia accidat in perſona Ponentis, ſeu Prætoris. 16

In Præturam ſuccedunt Auditores ſecundum ordinem electionis, & Auditor remanens in noua Rota primo anno ipſius nouæ Rotæ Præturam obtinet. 17

Quas cauſas cognoſcat Prætor Rotæ. 18. & 20

Prætor emolumenta ſuarum cauſarum ſolus percipit. 19

Appellationes debent interponi coram iudice ſententiæ latæ ſi verè copia iudicis haberi poteſt. 21

Ab interlocutorijs Prætoris ad Rotam appellatur in caſibus permiſſis, & appellationis cauſa ſine voto Prætoris terminatur. 22

Auditor habet votum in cauſa Rotali in qua pronunciauit. 23

Quando cauſæ coram vno Prætore captæ, finito officio, coram eodem terminari poſſint. 24

Cauſæ ſpectantes ad Rotam. 25

Cauſæ Rotales cum voto Prætoris deciduntur niſi in caſu. 26

Facultas Prætoris, & Rotæ in procedendo, & decidendo. 27

Prætoris, & Rotæ facultas, ac forma decernendi Tutores, & Curatores. 28

Reſtitutio aduerſus peremptam inſtantiam quomodo concedatur. 29

Sententiæ Rotales executioni demandantur ſemota appellatione, & alijs quibuſcunque, ſed propter grauiſſimam cauſam datur reuiſio ad eandem Rotam; cui non datur adiunctus; ſecus tamen Auditoribus ſingulis. 30

Cauſæ non extrahuntur à Ciuitate. 31

Facultas Prætoris, & Auditorum reaſſumẽdi ſuas cauſas à quibuſcũque iudicibus, & tribunalibus, & illas etiam in terminis, in quibus reperiuntur proſequendi, ac inhibendi. 32

Dignitas Prætoris, & officium. 33

Prætor, & Auditores conſtituuntur Iudices ordinarij in ſuis cauſis; ſed non terminant eas, nec articulos releuantes abſque voto collegarum. 34

Sportularum, & emolumentorum diuiſio. 35

Ponens non habet votũ in ſua cauſa niſi in caſu. 36

Quando, & quotiens fieri debent Rotæ, & modus eidem præſcriptus. 37

Termini citationum quando ſeruandi, & declarandi. 38

Teſtificata in ſummarium rediguntur arbitrio Ponentis ſeruata præſcripta forma. 39

Citationes, & intimationes, tãtum neceſſariæ ad validitatem iudicij in actis redigen. ſunt. 40

Pro qua ſumma, & quando debeat dari deciſio. 41

Præcedentia Prætoris, & Auditorum. 42

Immunitas, & priuilegia eorumdem. 43

Deputatio Illuſtriſſimi Cardinalis Aldobrandini in protectorem Rotæ. 44

Clauſula ſublata. 45

Decretum irritans. 46

Clauſula executorialis. 47

Remotio obſtantiarum. 48

Admiſſio Breuis in Camera Apoſtolica, & regeſtatio eiuſdem de mandato. 49

Publicatio. 50

Præſentatio conſtitutionum à Io. Paulo Nichio Rotæ Auditore earumq. muneri Præfecto Illuſtriſ. Iudici, ac Magiſtratui Sapientum. 51

DECISIONVM CAPITA, ET PRINCIPIA.

A

Admodum Illuſtres Domini Stephanus deciſ.72.
Admodum Illuſtris Dominus, deciſ. 46.
An obſtet litis pendentia.deciſ.38.
Appellans tenetur tranſportare,deciſ.53.
A ſententia lata ſuper litis pendentia.deciſ.48.

C

Confirmaui ſententiam Domini Iudicis, à quo.deciſ.33.
Contra Inſtrumentum.deciſ.39
Contractus tranſactionis.deciſ.64.

D

De anno 1545. Dominus Ioannes. deciſio. 65.
De Iure.deciſ.19.
Dilationes ſtatutariæ.deciſ.56.
Domini concorditer dixerunt,vt in ſententia.deciſ.44.
Domini cenſuerunt.deciſ.7.
Domini concorditer dixerunt male fuiſſe, & eſſe Iudicatum.deciſ.40.
Domini dixerunt.deciſ.41.
Domini pro Maiori parte abſoluerunt.deciſione. 11.
Domini pro maiori parte cenſuerunt.deciſ.8.
Domini pronunciauerunt.deciſ.61.
Domini tenuerunt.deciſ.13.
Domini Dixerunt Bene fuiſſe, & eſſe Iudicatum. deciſ.12.
Domini vnica tantum parte informante. deciſi. 30.
Domina Aurelia Leuizzana.deciſ.16.
Domini dixerunt Paulum Bracciolum. deciſi. 42.
Domini Benedictus Siluestrius,deciſ.49.
Dominus Hieronymus de Conſulibus. deciſi.54.
Dominus Petrus de Carolis.deciſ.47.
Dominus Nicolaus Caballettus deciſ. 14.
Dubitatum fuit.deciſ. 5.
Dubium de prælegato.deciſ.92.

F

Facto compromeſſo.deciſ.35.
Franciſcus Coccius.deciſ.58.
Fuit per Dominus Concluſum.deciſ.43.

I

Illuſtriſſimus,& Reuerendiſſimus D.Cardinalis Aeſtenſis.deciſ.50.
Illuſtris,ac nobilis Lucretia.deciſ.55.
Illuſtriſſimus Dominus Marchio Ferrantes Aeſtenſis.deciſ.50
In cauſa Dominæ Lauræ Victoriæ.deciſ.59.
In cauſa Vertente inter Petrum Bonacoſſi. deciſi. 21.
In cau ſa,quæ vertitur.deciſ.18.
In cauſa vertente inter Illuſ.D. Paulum Naſellum deciſ.20.
Inter cauſa vertente.Inter Illuſ.D.Albertum Lolium.deciſ.15.
In cauſa admodum Illuſtris Domini Iulij Magnanini.deciſ.37.
In cauſa vertente inter Illuſtriſſimas Dominas.deciſ.10.
In cauſa Vertente inter Dominam Vergineam. deciſ.3.
In cauſa vertente inter Dominam Paulam Frontoriam.deciſ.28.

a In cauſa

In cauſa vertente inter Illuſtriſſimum Dominum Anibalem de Manfredis deciſ.34.
In præſenti cauſa.deciſ.51.
Ioannes quondam Alexandri.deciſ.4.

L

Licet quando ſtatutum.deciſ.29.
Licet de iure communi.deciſ.36.
Licet Dubium ſit.deciſ.24.
Licet regulariter periculum.deciſ. 63.

O

OB Deficientiam vnius ex Auditoribus.deciſ. 23.
Orta differentia.deciſ.6.

P

PRimo Aſpectu.deciſ.45.

Q

QValitas reſeruationis.deciſ.60.

R

REiecta Appellatione.deciſ.32.
Retenta diſtinctione.deciſ.57.

S

SEcundum electionem.deciſ.25.
Sede vacante.deciſ.17.
Sententia lata per Dominum Iudicem. deciſione. 26.

T

TEnui Iudicem delegatum loco Rotæ. deciſ. 31.
Tutores,& Curatores.deciſ.27.

V

VIgore infraſcriptarum.deciſ.2.
Vnica tantum parte informante. deciſion. 22.

F I N I S.

INDEX PRIMVS

IN QVO MATERIAE IN SINGVLIS HISCE Deciſionibus contentæ per capita, & Argumenta ſubijciuntur.

AD MAIOREM COMMODITATEM Per ordinem Alphabeti.

A

ACTA omnia facta coram Iudice, à quo fuit appellatum an transportari debeant, & à quo deciſ. 53

Appellatione prohibita, an dicatur prohibitus recurſus, & ſupplicatio. deciſ. 22

Appellationi an ſit deferendum in poſſeſſorio. deciſ. 15

Appellatio an detur, à ſententia de exequendo deciſ. 43

Appellatio an detur à ſententia ſuper litis pendentia deciſ. 48

Attentata appellatione pendente an ſint reuocanda. deciſ. 21

Auditores Rotæ Ferrarienſis an poſſint inter ſe permutare eorum officia, huiuſmodique permutatio ſit valida. deciſ. 25

B.

Bona habita ab Eccleſia an poſſint alienari, & fideicommiſſo ſubijci. deciſ. 51

Bona data in ſolutum pro credito, an ſint hæreditaria, V eneritque caſus fideicommiſſi, de quo agitur. deciſ. 50

C.

Certis caſibus, quando competat actio de euictione. Hærede cum beneficio legis, & inuentarij, & an poſſit venire contra factum defuncti. Probanda identitate. Aeſtimatione facta non ſeruata forma ſtatuti Ferrariæ Rubr. 88. lib. 2. & de probatione libri æſtimatoris defuncti deciſ. 3

Ceſſio quando non releuet. Fideiuſſor an teneatur opponere exceptiones, & defenſiones competentes ei pro quo fideiuſsit. Victus victori an condemnetur in expenſis, quando ſententia reuocatur ex eiſdem actis. deciſ. 16

Confeſſione dotis receptæ facta per Virum, & ſtatuto Ferrariæ lib. 2. Rubric. 108. deciſ. 8

Compoſitiones, & inueſtituræ de quibus ſolui debet certa conſueta portio, ſeu decima capſoldi. An debeatur Commiſſario, qui illas fecit, ſi exactæ non fuerint. deciſ. 35

Conductor conuento tempore non ſoluens an poſſit expelli. deciſ. 57

D.

Deciſio an ſit pars ſententiæ eamque declaret. deciſ. 9

De duobus reis debendi, & captura nulla an poſſit ſuſtineri pro ſumma debita. deciſ. 41

Deficiente vno ex Auditoribus Rotæ an ceſſet Iuriſdictio. deciſ. 23

De Pacto in ceſsione poſito, quod eſt ſeruandum, & cedente, qui tenetur facere debitoris nomen verum, & ſine exceptione, licet non teneatur eum facere bonum de facto, hoc eſt ſoluendo. deciſ. 7

De quolibet adminiſtratore, qui tenetur omni iure reddere rationem. Seruanda teſtatoris voluntate. liquidatione reſeruanda. Extinctione obligationis per ſolutionem. Actione pro reſiduo. Abſolutione ab obſeruatione Iudicij. Ratione ſemel reddita. Et quod ex actis ſit iudicandum deciſ. 28

E

Exceptio rei Iudicatæ quando obſtet deciſ. 49

Exceptionibus impedientibus executionem Inſtrumenti, & tempore ad id faciendum ſtatuendo deciſ. 39

Excuſsio an ſit facienda de bonis ſitis extra territorium. deciſ. 34

Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 44. nu. 48. verſ.
In prædijs autem ruſticis fol. 414. qui alios alle-
gat, & expreſſe dicit reum tunc ad eligendā acto-
ris intētionem debere probare alium extare fun-
dum eiuſdem quātitatis, cum eiſdem confinibus.

38 Etiam ſi obijceretur pluralitatem rerum præ-
ſumi ad tradita per Alex. cōſ. 134. In cauſa, nu. 3.
col. 2. verſiculo in rebus. lib. 2. fol. 115. Ruin. conſ.
46. viſa facti ſerie nu. 16. lib. 1. fol. 110. & Surd.
conſil. 540. ordinem, nu. 44. lib. 4. fol. 360.

39 Quoniam, & ſi pluritas rerum præſumatur, nō
tamen præſumitur pluralitas poſſeſſionū eiuſdē
denominationis, ſed vnitas, vt per Alex. cōſ. 172.
In cauſa, & lite, nu. 6. lib. 6. fol. 103. & Peregrin.
loco proximè citato d. nu. 48. verſiculo nec plu-
ralitas præſumatur d. fol. 414. & me referente
cenſuit Rota Iſta in cauſa vertente inter D. Vir-
gineam filiam q. Domini Bonifatij de Areoſtis,
ex vna, contra Dominum Ioannem Baptiſtam
& alios conſortes de Bononis proximè præteri-
ta quæ in hoc volumine eſt deciſio tertia, nu. 21.
& 22. In verſiculo & maximè.

Confirmāt quoq; quæ dicta ſūt circa idētitatis
probationem ex cōfinibus ſpecificatis in Inſtru-
40 mentis antiquis per nomen loci ac ipſius poſ-
ſeſſionis, etiam enuntiatiuè prolatis, ac conſide-
ratis, quæ ſicut probant Dominium in antiquis.
Rubeus Alexand. conſ. 17. Præſupponitur in
facto. num. 4. fol. 19. Alb. conſ. 83. licet præſens
cauſa, nu. 6. fol. 76. Burſat. Conſ. 27. Allegatum
fuit alias &c. nu. 7. & 8. lib. 1. f. 94. Dec. cōſ. 428.
Viſo conſilio celebratiſſimi, nu. 4. fol. 79. Pariſ.
conſ. 104. in præſenti cauſa, nu. 47. 49. & 50. lib.
primo. fol. 211. Alciat. in regula 2. præſum. 3.
num. 2. fol. 221. Aymo in tractat. de Antiquitat.
tempor. in princip. nu. 3. fol. 3. qui id ampliat,
etiamſi ageretur de re maximi præiuditij. Vrſil.
in additionibus ad Afflict. Deciſ. 277. an teſtes,
nu. 1. in Verſiculo idem quando. fol. 251. & Pe-
regrin. de fideicommiſſ. articul. 44. num. 19. fol.
409. & Nicol. Genua in eius tracta. de verbis
enunciatiuis. quæſt. 50. nu. 4. verſiculo fallit au-
41 tem. fol. 80. multo magis Iunctis teſtibus de poſ-
ſeſſione & Iuribus Pompoſianæ Præpoſituræ
optimè loquentibus, probant identitatem etiam
inter alias perſonas, vt per eūdem Pariſ. d. Conſ.
104. n. 25. lib. 1. fol. 211. quæ facilius præſumitur
ad tradita per Cephal. Conſ. 170. In cauſa regi-
ſtrationis, nu. 25. lib. 2. fol. 48. ac probatur, cum
in ea ſufficiant probationes minus perfectæ, Item
coniecturæ, & argumenta, quæ in alijs non ſuffi-
cerēt ad tradita per eundem Pariſ. vbi ſupra nu.
24. lib. 210. ſaltem omnibus ſimul iunctis ad tra-
dita per Crauett. d. Conſ. 400. nu. 40. & 41. fol.
126. & Pariſ. loco proximè citato, nu. 25.

42 Præſertim cum agatur de pia cauſa, cuius fa-
uore verba enunciatiua emiſſa propter aliud, in-
ducunt diſpoſitionem, vt poſt Bart. & Abbat.
conſuluit Deci. conſ. 159. caſus qui proponitur.
nu. 2. fol. 131. & cenſuit Afflict. Deciſ. 83. In cauſa
Antiqua Sancti Sebaſtiani, nu. 5. fol. 80. Quam
ex forma ſtatuti Ferrariæ Rubr. 127. ſuper inter-
pretatione Bullæ Bonifatianæ, in verſiculo item
quod ſi, nu. 6. lib. 2. fol. 105.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ Semper Virgini.

ARGVMENTVM.

De litteris cambij, & recognitione per comparationem litterarum.

SVMMARIVM.

1 *De moneta Marcharum.*
Captura non Iuſtificato credito ante eam eſt nulla, etiam ſi poſt eam de credito doctum fuerit. eod. num. 1. Verſiculo Moti.

2 *Captura eſt interlocutoria in qua quod non fuit allegatum ante, non poteſt poſtea allegari.*

3 *Captura eſt iniurioſa, & iniuriarum nulla eſt confirmatio.*

4 *Infirmandum eſt, quod ſine ratione praceſſit.*

5 *Ordinis peruerſio vitiat.*

6 *Capturæ nullitas non impedit quin poſſit agi ad creditum.*

7 *Solutione eius quod debetur, tollitur omnis actio.*

8. *Nullitas quid ſit.*

9 *Litteræ cambij an probent & 14.*

10 *Litteras cambij ſcribens, quando redeunt, cum proteſtatione, ad quid teneatur.*

11 *Litteras cambij ſcribens numquam liberatur, niſi ſecuta vera, ac effectuali ſolutione.*

12 *Litteræ cambij, vbi non habuerunt effectum, ſemper durat prima obligatio.*

13 *Contractus litterarum cambij eſt licitus, quia eſt emptio, & venditio.*

15 *Litteræ Mercatorum habent vim publicorum documentorum, & ſententia.*

16 *Litterarũ recognitio, an de Iure ſit faciẽda, et quomodo.*
17 *Litterarum ob ſimilitudinem teſtes facilè decipi poſſunt.*
18 *Scribendi forma multis de cauſis quotidiè mutatur.*
19 *Litterarum cambij recognitio, an requirat, quod teſtes fuerint præſentes; & viderint ſcribere dictas litteras, & ſufficiant teſtes dicentes ſe habere notam manum.*
20 *Vbi agitur inter Mercatores, & de litteris cambij, & credentia exuberare debet quædam bona fides.*
21 *Recognitio facta per cõparationem litterarũ, an probet.*
22 *Statutum Ferrariæ lib. 2. Rub. 21. an concernat deciſoria, vel ordinatoria, & num. ſeq.*
23 *Statuta loquentia de iuribus probationum reſpiciunt deciſoria.*
24 *Forenſis quando poſſit Iudicari ſecundum ſtatuta loci.*
25 *Ordo datus à ſtatuto ad faciendam comparationem litterarum pro conſtituenda plena probatione, an ſit de ſubſtantia probationis.*
26 *Forenſis in quibus gaudeat beneficio ſtatuti.*
27 *Ciuibus conceſſum forenſibus denegatur.*
28 *Forenſes ſicut non ſentiunt incõmodum ex ſtatuto, ita non debent ſentire commodum niſi eſſẽnt effecti ciues, ex priuilegio, nam iſti licet onera non ſuſtineant gaudent beneficijs ſtatutorum.*
29 *Dictio ſolummodo eſt taxatiua.*
30 *Teſtes deponentes ſuper recognitione litterarum, qui præſentes non fuerunt, nec ſcribere viderunt, ſed ſolum dicant recognoſcere illas, quia habent notam manum ipſius ſcribentis Vbi non probarent, concurrentibus adminiculis probant.*
31 *Litteræ cambij ſcriptæ in inclita ciuitate Venetiarum vigore conſuetudinis, et ſtatuti dictæ ciuitatis, an probent, & quid ſi in alio loco productæ fuerint.*
32 *Statutum, ac conſuetudo alterius fori, vt probet debet produci.*
33 *Doctori atteſtanti de aliquo ſtatuto, vel conſuetudine, an credatur.*
34 *Forenſis, qui non ligatur ſtatutis, ſi vtatur illis in aliqua parte, ligatur etiam alijs partibus ſtatutorum.*
35 *Statutum tractans de ſubſtantia probationum dicitur deciſorium, ſecus quando ſolum de ordine probandi agit.*
36 *Qui ſecum ipſe diſſidet, non auditur.*
37 *Dictio, vel eſt alternatiua, quæ in remedijs proditis alternatiuè ad probandum, electionẽ tribuit probare volenti.*
38 *Nemo tenetur ſtare ſtatuto facienti contra ſe reiectis fauorabilibus.*
39 *Statutum Ferrariæ lib. 1. cap. 6. an procedat in his, quæ contra ſtatutum facta ſunt de conſenſu partium.*
40 *Pactum derogat ſtatuto, & rumpit legem.*
41 *Recognitio priuatæ ſcripturæ contra tertiũ nõ poteſt fieri.*
42 *Tertius non dicitur qui aliquid facit propter rationem, ſed principalem.*
43 *Qui per alium facit ipſe facere dicitur, etiam ſi fecerit per alium facientem pariter per alium, quia ad huc primus dicitur ipſe facere.*
44 *Comparationi litterarum an ſit locus, quando cauſa excedit libram auri.*

DECISIO. II.

MAXIMO DEO AVCTORE.

VIgore infraſcriptarum literarum cambij, quæ redierunt, cum proteſtatione ex Placentia quarum ſupraſcripta cantat à Giouanni Baptiſta Saccardi in fiera di Biſenzone proſſima intus vero dicit, adì 9. Nouemb. 1604. In venetia ſcudi 387. 9. 2. de Marchi in proſſimi pagamenti di fiera di Apparitione pagate, per queſta prima di cambio, à voi medeſimo ſcudi 387. ſoldi noue, dannari dui de Marchi la valuta, qui dal Clariſſimo Signor Lorenzo Raimondi, & ponete à noſtro conto, tornate à valer qui da noi, che li pagaremo, à Dio. Giulio Cęſare, Vincenzo per mio nome, & per nome del Signor Nicolò Vincenzi in ſolido. Fuit tamquam ſuſpectus de fuga captus d. Dominus Nicolaus Vincentij ad inſtantiam d. Domini Raimundi pro ſumma ducatorum 530. Monetæ Venetę, & pro ſorte, & expenſis librarũ quadraginta vnius pariter monetæ Venetæ paruarum. Idem Nicolaus contra dixit dictæ capturæ, & de eius Nullitate dixit. Raimundus audita contradictiodictione ſuam dedit petitionem, ſuper qua D. Locumtenens Ciuilis pronuntiauit. Nicolaũ Nulliter fuiſſe captum, & abſoluendum eſſe à petitis, cum liberatione ambarum partium ab expenſis. Huiuſmodi ſententia (Appellante dicto D. Raimundo) fuit per Prætorem cõfirmata, & poſtea in cauſa Appellationis, pariter per eundem Raimundum interpoſitæ, reuocata per Dominum Iudicem, de conſenſu partium ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Legato deputatum, qui reformando ſententiã Domini Iudicis, à quo declarauit capturam nullã, & Nicolaum eſſe debitorem dicti Raimundi de Ducatis quingentis triginta videlicet 530. lib. 41. ſol. 14. & 41. monetæ Venetę vna cum damnis, & intereſſe liquidandis, & abſolutione ambarum partium ab expenſis honorario excepto.

Appellauit à dicta ſententia Nicolaus, & cauſam commicti obtinuit pariter de conſenſu partium, ſed quia Iudex deputatus durante eius officio illam nõ expediuit, in eius locum fuit poſitus alter Iudex, qui ſententiã d. D. Iudicis, à quo confirmauit, & victũ victori, in expenſis condẽnauit.

Ab huiuſmodi ſententia dictus Nicolaus iterum appellauit, & cauſam Rotæ commicti obtinuit, coram qua, à me propoſito Dubio an ſententia Domini Iudicis, à quo eſſet confirmanda, vel infirmanda, ſeu reformanda. Domini concorditer dixerunt, illam quò ad nullitatẽ capturę eſſe confirmandam prout confirmauerunt, Quo ad reliqua reformandam, prout reformauerunt, condẽnando prout condẽnauerunt, d. Nicolaum ad ſoluendũ ſummã in dictis literis cãbij contentã monetæ Marcarum vna cũ cambijs, ſeu dãnis, & intereſſe, ac expẽſis liquidã, &c. ad quas victus

victori

victori in ſpecie iſta ad ratam victoriæ tenetur.

1 Quod nomen monetæ marcharum licet apud peritos linguæ Latinæ non reperiatur, quia recẽs fuit, & vulgare nomen, quo mercatores vtuntur, de eo tamen meminit tex. in c. conſtitutis de procurato. ibi vnam marcã ſterlingorum. & in c. 2. de Arbitris ibi. præceperunt, vt quinque marchas pro conditione ſuſciperet. & in cap. cum pridem: de pactis, ibi pro expenſis quas fecerat. tres marchas argẽti ſolueret. & in c. ſignificauit, & c. quanto de cenſibus, & Gomez. ſuper regul. Camell. de Valor. exprimen. in impetra. bene: quæſtio. 9. nu. 2. fol. 234. qui dicit extimationem huiuſmodi monetę marchę eſſe legalem, & vniformẽ, quoad omnes, exceptis locis vbi eſt ſpecialis conſuetudo, circa valorẽ, quia in illis extimabatur marcha ſecũdum communem vſum illius prouinciæ, niſi in ſolutionibus à lege impoſitis, quia tali caſu ſolutio alicui facienda per marchas, intelligitur de marcha, tempore legis conditæ, non autem vſuali alicuius loci, reprobato conſil. Romani Conſ. 223. circa primum nu. 1. in verſi. ſi ergo fol. 85. quæ opinio eſt veriorum, & fortè communior * * vt per Mandoſ. in addit. ad dictum conſ. Rom. 123. in verſic. verius. littera à, fol. 83. & latè per Surd. conſil. 454. Quæritur princeps nu. 10. cum ſeq. fol. 4. & ſeq.

Moti quo ad primam partem ſententiæ quia captura obtenta per Raimundum non ſeruatis ſeruandis, hoc eſt non Iuſtificato credito ante capturam eſt nulla, etiamſi poſt eam de credito doctum fuerit, vt in puncto conſuluit Bald. conſ. 318. iſta captura, nu. 4. libro quarto fol. 156. &
2 tradit Maſcard. concluſ. 823. nu. 116. lib. 2. fol. 219. ea ratione motus ex Baldo loco proximè citato, quia captura eſt interlocutoria, in qua, quod non fuit allegatum ante eam non poteſt poſtea
3 allegari. Item quia captura fuit iniurioſa, & Iniuriarum nulla eſt confirmatio, ſed infirmãdum
4 eſt, quod ſine ratione præceſſit, vt in l. ſi cum nulla. ff. de re Iudica. clemen. Appellanti, de Appellat. & per Roman. cõſ. 241. ſpectabiles Domini, num. 5. verſiculo & ad hoc accedat fol. 170. Di-
5 centem, quod vbi captura non eſt legitimè probata, non ſufficit, quod ſuperueniat ratione peruerſi ordinis vitiantis, quod geſtum eſt. l. prolatam: C. de ſenten. & interlocutor. omne: Iudic. de quibus meminit Maſcard. loco proximè citato.
6 Quo ad ſecundam partem eiuſdem ſententiæ quia capturæ nullitas non impedit, quin Iuſtificato poſtea credito, & captura annullata nõ poſ-
7 ſit debitor condemnari, vt factum fuit per Dominos, quia ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis actio. inſtitution. quib. mod. tollit: obligatio in princip. l. ſi pupillus. ff. ad leg. falcid. Gloſ. in c. 1. de reg. iur. in verbo omnis res, litera a. in Verſiculo Item tollitur ſolutione. Surd. conſ. 82. de Anno nu. 1. lib. 1. fol. 53. non autem per nullitatem capturę ad dictum creditum non ſpectan
8 tem vti quid diuerſum ab eo, prȩſertim cum nullitas ſit ius, & communè auxilium competens ad euitandum, ſeu irritum nuntiandum actum, de quo quæritur, ſecundum. Vant. de Nullitat. in titulo, quid ſit nullitas nu. 1. fol. 2. & 3. non autem ad ſoluendum, quod debetur.

9 Quod creditum ſit Iuſtificatum patet manifeſtè ex dictis literis cambij poſtea recognitis, quæ fidem faciunt ad beneficium illius ad cuius inſtantiam ſunt factæ. Videlicet illius, qui pecunias cambio dedit dicto Nicolao, vt per doctrinam Baldi conſ. 349. factæ fuerunt litteræ cambij lib. 1. f. 83. Soccin. cõſ. 68. in cauſa lib. 3. f. 82. cenſuit,
10 ex noto ſtilo mercatorum Rota Genuenſ. deciſ. 6. Ioannes Baptiſta num. 6. fol. 30. & ſcribens tenetur ad ſolutionem ſummæ in illis contentæ, & intereſſe, ad quod, vt ſupra pariter dictus Ni-
11 colaus fuit condemnatus. Rota Genuen. d. deciſ. 6. nu. 6. & numquam liberatur, niſi ſecuta vera, ac effectuali ſolutione. l. ſi litterarum, & ibi Bald. & Salicet. C. de ſolution. Salicet. in l. ſi pro debito C. de Bon. auctor. Iudici poſſiden. & in l. filius. ff. ad Macedonia: vbi dicitur; quod mandans non liberatur, niſi quatenus mandatarius ſoluat contenta in litteris cambij, vt etiam tenet, & per dicta Iura ſequitur Rota Genuen. Deciſ. 2. erant Impoſitæ nu. 10. fol. 10. & Deciſ. 1. omnis actio num. 37. fol. 8.
12 Et ſic vbi litteræ non habuerunt effectum ſemper durat, ac remanet prima obligatio, vt per Bald. in dicta. l. litterarum C. de ſolutione: & Rota Genuenſ. dicta deciſion. 1. nu. 37.
13 Nec dicatur, quod litteræ cambij cuius contractus eſt licitus ex proprio genere contractus quia eſt emptio, & venditio. Bald. d. conſil. 349. num. 6. lib. 1. fol. 83. non probant, & vbi probarent, quod ille non fuerunt ſaltim legitimæ, ac ſufficienter recognitæ.
14 Quia circa primum certè Iuris eſt, quod litteræ cambij probant, vt patet ex ſupra dictis, ac deducendis, & præcipuè vbi materia patitur, & diſpoſitiuè loquuntur, vt per textum in terminis in l. Titius. 24. ff. de conſtitut. pecu. Marſil. in Rubr. de probation. num. 283. fol. 37. & alia Iura latè deducit, ac probat Maſcard. de probatio. concluſ. 989. num. 1. & 4. lib. 2. fol. 258. dicentem id procedere contra ſcribentem, non contra eum cui diriguntur, contra quem neq; obligationem neque probationem inducunt, vt ibidem nu. 6.

15 Et

15 Et agitur de litteris Mercatorum, quę habent
vim publicorum documentorum, vt per Zaba-
rell. conſil. 153. In ſocietate, nu. 2. fol. 17. & Bur-
ſat. conſil. 103. quamuis, nu. 8. lib. 3. fol. 311. &
ſententiæ quæ tranſeunt in Iudicatum, ideſt in
ſoliditatem firmitatis, & irreuocabilitatis, vt per
Bald. dicto conſ. 349. nu. 4. lib. 1. fol. 83. de qui-
bus meminit Rota Genuenſ. dicta deciſion. 2.
nu. 9. fol. 11.
16 Circa ſecundum reſpondetur, quod licet reco-
gnitio litterarum ſit de Iure facienda, quia abſq;
legitima recognitione nullam faciunt probatio-
nem. Innoc. in c. 1. de fide Inſtrumentorum. nu.
1. in verſiculo, dummodo conſtet, fol. 328. Ge-
minian. conſ. 15. nu. 16, verſiculo, ſuper quarto.
Bar. in authent. ſi cõtractus. C. de fide inſtrumẽ-
torum, nu. 10. Pariſ. conſ. 15. Iohannes aduerſa-
rius, nu. 5. vol. 4. fol. 146. Ripa in l. admouendi,
num. 96. & 103. ff. de Iur. Iurand. & quidem per
teſtes, qui fuerint præſentes, quando ſcriptæ fue-
rint, & viderint illas ſcribere, vt per Rebuff. ſu-
per conſtitutio. de chirographi; & ſchedular. re-
cognitione, nu. 76. fol. 192, Afflict. Deciſ. 181. in
quodam proceſſu, nu. 7. & 9. fol. 133. & ſeq. &
ibi Vrſull. in addit. Grammat. deciſion. 84. Fuit
producta. nu. 1. fol. 121. Rolan. conſ. 26. in præ-
ſenti, nu. 5. lib. 1. fol. 189. Ruin. Conſ. 79. Quoad
primum dubium. num. 4. lib. 4. fol. 98. Decian.
conſ. 615. viſa inquiſitione, nu. 3. fol. 11. Bertian.
Conſ. 114. locatio. ſeu emendamentum, num. 3.
lib. 2. fol. 215. Menoch. de Arbitrar. Iud. centu. 2.
lib. 2. Caſ. 114. nu. 22. fol. 301. Galleſ. ad formu-
lam Cameral. obligation. de Inſtrumento, quęſt.
2. nu. 10. fol. 85. Farinac. conſ. 170. Adſit Deus,
nu. 9. verſ. 2. quia, fol. 348. & nu. 11. fol. 349. Ro-
ta diuerſorum, deciſio. 224. Domini ſteterunt in
deciſ. nu. primo, parte ſecunda, fol. 654. Grauat.
in ſuis additionibus ad Veſtrium, in ſua prox. 1.
Rotal. lib. 6. c. 1. num. 26. fol. 152. & Maſcard. de
probatio. concluſ. 987. nu. 1. lib. 2. fol. 257. Ea ra-
17 tione, quia ob litterarum ſimilitudinem facilè
teſtes decipi poſſunt, ſi per alium ſcribantur lit-
teræ eiuſdem formæ, vt per Dec. d. Conſ. 615.
nu. 3. Menoch. & Grauat. in locis proximè cita-
tis, præſertim cum ſcribendi forma multis de cau
18 ſis quotidiè mutetur, & aliter quis in Iuuentute
ſcribat, quam adoleſcentia, & aliter poſtea, cum
ſenio confectus fuerit, aliter ſanus, quam cũ mor-
bo laboret, aut conualeſcere incipiat, aut ſi ma-
nus ex aliquo opere, (vt contingere ſolet) prius
defatigata fuiſſet, vel quis diuerſis calamis vta-
tur, ex quibus diuerſitas facilè oritur, vt per Gra-
uat. loco proximè citato; Ludouic. Deciſ. Peru-
ſin. 7. Hieronimus. nu. 17. part. 1. fol. 22. & Do-
minus Nicolaus Genua in ſuo tractat. de ſcriptu-
ra priuata. lib. 2. ſub titulo de Apoca, Manu debi-
toris conſcripta. num. 203. & 204. cum ſeq. fol.
92. & 93.
19 Id tamen non procedit in iſtis litteris cambij,
& miſſiuis ab vno alteri, vt ſunt iſtæ, de quibus a-
gitur, in quibus non ſolent adhiberi teſtes, qui
fuerint præſentes, & viderint ſcribere, quoniam
tunc ſufficit, quod teſtes deponant habere notam
manum, & caracterẽ, & viderint illũ multoties,
ſcribere, de cuius littera probanda agitur, vt ple-
nè probent, etiam, quod præſentes non fuerint
celebrationi ipſarũ litterarum cãbij, de cuius re-
cognitione agitur, vt poſt Soccin. in l. ſi ita ſcrip-
ſerit. ff. de conditio. & demoſtratio. num. 11. fol.
76. & Burſat. conſil. 103. quamuis ad eſſentiam.
num. 9. lib. 1. fol. 311. ſcribit Maſcard. d. Conclu-
ſione 987. num. 4. lib. 2. fol. 257. Theſaur. in ſuis
quæſtionibus forenſibus, quæſt. 24. comparatio-
nem, nu. 22. fol. 77. Motus ex conſiderationibus
Burſatti. conſ. 39. in cauſa ſubhaſtationis, nu. 25.
in fine, fol. 124. & aliorum, & D. Nicolaus Ge-
nua loco proximè citato, nu. 225. fol. 94. qui di-
cit in praxi talium teſtium depoſitiones vbiq; re-
cipi, & ſic ſeruari in curia Romana, allegando in-
ter cæteros Viuium, in ſuis communibus opinio-
nibus. opinion. 889. in fine fol. Granut. theore-
ma. 15. perplexa nimis, & vaga. nu. 23. fol. 79. qui
nu. 23. in verſiculo, quid ergo dicendum. fol. 81.
dictum ſtilum, ac obſeruationem reſtringit in re-
cognitione ſcripturarum factarum abſente parte,
in quarum confectione parti aliquid imputari
nequit, quare de legitima probatione ſibi non
proſpexit, ſecus verò in ſcriptura parte pręſente
facta, quę habere debet, quod ſibi imputet, & Ma
reſcotum Variarum Reſolution. lib. 1. c. 79. nu.
4. cum ſequent. fol. 185. à quibus non videbatur
recedendum, ſaltem ex obſeruantia vrbis, de qua
per Veſtr. in ſua prox. Rota: lib. 6. cap. 1. num. 8.
verſiculo Nihilominus. fol. 146. Maſcard. d. Con
cluſ. 987. nu. 2. & 4. lib. 2. fol. 257. Genua, & Ma-
reſcott. in locis proximè citatis, quæ tamquam
Magiſtra ab omnibus eſt ſequenda, & præcipuè
20 vbi agitur inter mercatores, & de litteris cambij,
& credẽtię, de quibus per Theſau. in ſuis quęſtio-
nibus forenſibus. d. quæſt. 24. num. 21. & 22. fol.
77. in quibus debet exuberare quædam bona
fides, ne aliter detur occaſio reuocãdi in dubium
omnes ſcripturas mercatorum, & ſimilium ſcri-
pturarum, quæ quotidiè fiunt, ex quibus facilè
ciuile commercium perturbaretur, & multi à ne-
gotijs deſiſterent, vt conſiderauit Burſat. d. conſ.
39. nu. 25. eod. lib. 1. fol. 124.
21 Et tanto magis cum dictę litteræ fuerint reco-

gnitæ

gnitæ per comparationem litterarum, quæ facit plenam probationem, ex ſtatuto Ferrariæ lib. 2.
22 rub. 2 1. de ſcripturis priuatis, in verſiculo, vel etiam per comparationem, ſol. 35. de quo meminit Paſett. conſ. 209. Pro reſolutione dubiorum, num. 52. fol. 191. concernente deciſoria, non autem ordinatoria, vt tradit Dominus Alderan. Maſcard. in ſuo tractatu de generali ſtatuto interpreta. concluſ. 7. num. 77. fol. 311. ea ſola ra-
23 tione motus, quia ſtatuta loquentia de Iuribus probationum, reſpiciunt deciſoria, qui licet nihil alleget, probatur tamen iſta ratio per Ruin. conſ. 69. In cauſa, nu. 6. lib. 4. fol. 87. Beron. quæſt. famil. 50. An ſtatutum, num. 1. fol. mihi 781. Maſcard. de probatio. concluſ. 423. nu. 10. lib. 1. fol. 415. Aſin. in ſua praxi, §. 19. limita. 3. fol. 31. nã probatio cauſæ, vt ipſe Aſinius dicit, deciſionem reſpicit, cum victoria à probationibus pendeat. l. qui accuſare. C. de eden. quod tenet etiam Bartho. in l. ictus fuſtium, in fine, ff. qui notãt infam. eiuſdem ſententiæ fuit Rimin. Sen. conſil. 416. ſpectabiles Domini, nu. 5. & 6. lib. 3. fol. 2. qui in terminis ſtatuti Ferrariæ loquentis de recognitione per cõparationem, dicit, illud eſſe deciſorium, non autem ordinatorium, eadem ratione motus, quod d. ſtatutum ſapiat deciſionem, videlicet probationem, præſertim cum Raimundus, ſe expreſsè ſubiecerit dicto ſtatuto eligendo pro dicta comparatione litterarum faciendã, duos peritos pro parte ſua, conſentiente d. D. Nicolao, qui pariter alios duos peritos pro ſua parte elegit ad formam eiuſdem ſtatuti, qui Domino Iudici retulerunt, dictas litteras cambij de quibus
24 agitur, eſſe ſcriptas manu dicti Iulij Ceſaris Nicolai, ex quibus non ambigitur forenſem, qui alias Iudicari non potuiſſet ſecundum ſtatuta, & conſuetudines loci Iudicis, quo ad deciſoria, vt per Marſar. conſ. 9. cum ſubtiliter, num. 9. fol. 52. Nunc Iudicari debere ſecundum præfatum ſtatutum Ferrariæ, ad tradita per Rimin. Iunio. d. Conſil. 275. nu. 57. lib. 3. fol. 193. & D. Gaſpar. Anton. Theſau. in ſuis quæſt. forenſ. quæſt. 7. poſtea quam, nu. 9. lib. 2. fol. 16. etiam quod opponatur pro parte dicti Nicolai, huiuſmodi conſenſum ſibi non nocere, niſi quo ad modum faciendæ comparationis litterarum, reſpiciens ordinatoria, non autem in eo quod dictæ comparationi fides adhibeatur, cum reſpiciat deciſoria, & ſubſtantiam probationis, in quibus forenſis non vtitur beneficio ſtatuti, nam præterquam quod dicta diſtinctio de Iure non probatur, de ſubſtan-
25 tia probationis eſt etiam ordo datus ad illam faciendum, pro conſtituenda plena probatione, à ſtatuto introducta, cum abſq; eo nihil actum di-

catur, nec poſſit perueniri ad ea, & tanto magis cum huiuſmodi ordo vltra Ius commune, ſit de forma dictæ recognitionis, qua omiſſa, vitiatur quod actum eſt.

Vltra, quod de vento ſeruiret dictus conſenſus, ſi facta recognitio per comparationem non importaret plenam probationem ad formam ſtatuti, quo mediante facta fuit.

Immò vbi ſæpè dicta recognitio per comparationem litterarum de d. conſenſu Nicolai tam-
26 quàm plena probatio, non ſuffragaretur dicto de Raimund. vti forenſi, niſi in ordinatorijs, ſecus in deciſorijs, tàm de Iure communi ad tradita per Bartho. in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinita. & fid. Cathol. nu. 14. & 15. cum ſequen. & D. Alderan. Maſcard. in ſuo tractat. de General. ſtatuto interpretato. concluſ. 6. nu. 195. & ſequent. fol. 277. quàm ex beneficio alterius ſtatuti Ferrariæ lib. 1. Rubr. 6. ſol. 3. facti ad fauorem ciuium non forenſium, & inquit Riminald. Senior. d. Conſil. 417. nu. 6. lib. 3. fol. eod. & Rimi-
27 nald. Iunio. conſ. 275. Domina Gentilis, nu. 53. lib. 3. fol. 193. quibus conceſſum, forenſibus dicitur denegatum, per regulam legis cum prætor. ff.
28 de Iudic. ratio eſt, quia forenſes ſicut non ſentiũt incommodum ex ſtatuto, ita nec ex eo poſſunt ſuſcipere commodum, vt poſt Roma. conſ. 224. iſta captura fol. 115. & in addit. in verbo conſtituto, littera. A. fol. eodem. Bart. in tractat. de Repreſal. in quinta quæſt. nu. 1. fol. 119. Tiraquell. de Iure Primogen. quæſt. 44. numer. 4. fol. Pariſ. Conſ. 12. In præſenti Informatione, nu. 26. lib. 3. fol. 22. qui teſtatur de communi, & vera opinione. Marſil. ſingu. 519. Illi qui nõ ſuſtinẽt, fol. 159. qui id limitat in forenſibus, effectis ciuibus, ex priuilegio ciuitatis, qui licet onera non ſuſtineant, gaudere tamen debent beneficijs ſtatutorum ciuitatis, vt ibidem, in verſiculo, tamen hoc. Alexand. conſ. 111. videretur prima conſideratione poſt princip. numer. 1. lib. 7. fol. 63. Ruin. conſ. 119. primò per ordinem in fin. lib. 1. fol. 184. Deci. conſ. 114. & pro tenui, poſt principiũ fol. 96. Roland. conſil. 79. in præſenti conſultatione, num. 35. lib. 3. fol. 189. Cephal. conſ. 451. Multę excitantur, num. 98. lib. 4. fol. 12. & Alderan. Maſcard. de generali ſtatutorum Interpretatione, Concluſ. 6. nu. 74. fol. 258. maximè cum
29 dictum ſtatutũ vtatur dictione, ſolummodò, quę eſt taxatiua, & Iuncta verbo ciuibus, forẽſes omninò excludit, vt in terminis præfati ſtatuti conſuluit Riminald. Iun. dicto cõſil. 275. n. 53. & 54. li. 3. fol. 193. & de ciuibus tãtũ intelligitur, vt per Alderan. Maſcard. in d. ſuo tractatu de Generali ſtatutorũ Interpretatione, cõcl. 6. n. 193. fol. 277.

30 Suſ-

30 Suffragatur tamen, tamquam adminiculum
ad dictos teſtes examinatos, etiam in caſu, quod
dicti teſtes habentes notam manum, qui præſen-
tes non fuerunt quando litteræ ſcriptæ fuerunt
non probarent, prout probare ſufficienter ſupra
demonſtratum fuit. Vbi enim ad minicula con-
currunt teſtes memorati probant, vt in puncto
cenſuit Rota diuerſorum dicta decision. 224. nu.
3. part. 2. ſol. 655. dicens ſic tentum fuiſſe in To-
letana Matrimonij de Signoroſtro, & Parmenſi
ſtatus, & præcisè tenet Granut. theorem. 15. Per-
plexa. nimis, n. 19. cũ ſequen. fol. 78. & ſequen.
vbi quam plures Rotarum deciſiones adducit
Ruin. Conſil. 46. Vita facti fere, nu. 9. In verſi-
culo ſuppletur autem fol. 60. & nu. 11. verſiculo
iſtud vltimum ſol. 61. Crauett. de antiquitat.
tempor. part. 1. §. viſo de Verbis, nu. 7. in fine fol.
39. & Mareſcot. Variar. reſolutio: lib. 1. c. 79. nu.
6. cum ſequen. ſol. 185. & Nicolaus Genua in di-
cto ſuo tractatu de ſcriptura priuata lib. 2. ſub ti-
tulo de Apoca manu debitoris conſcripta, nu.
213. fol. 93.

Quod adminicula adſint in hac ſpecie, eſt
manifeſtum, quia in primis cõcurrit d. recogni-
tio facta per comparationem literarum quæ ve-
riſimiliter facta non fuiſſet, ſi cognitum non eſ-
ſet dictas litteras fuiſſe ſcriptas propria manu ip-
ſius qui illam ſcripſit. Secundo litteræ ſubſcriptæ
per Dominum Nicolaum Vincentij, & Bartho-
lomeum Mõticelli ſub data Ferrariæ 17. Septẽ-
bris 1605. ſol. 66. & ſeq. directis Domini Io.
Baptiſtæ Saccardi in Ciuitate Venetiarum com-
moranti, quos idem Nicolaus per Verbum cre-
dit ſuper. 13. poſitione d. D. Raimundi ſol. 62.
cõfeſſus fuit manu propria ſubſcripſiſſe. Ex qui-
bus facilè conſtat creditum d. Raimundi per di-
ctum Nicolaum fuiſſe agnitum ad tradita per
Deci. conſil. 618. in caſu propoſito num. primo
fol. 261.

31 Tertio, quod litteræ cambij de quibus agitur
ſcriptæ in inclita Ciuitate Venetiarum, quæ vi-
gore cõſuetudinis, ſeu ſtatuti dictæ ciuitatis pro-
bant, vt per Albanum in ſuis Additionibus ad
Bart. in l. admonendi, nu. 18. & 19. ff. de Iur. Iu-
ran. nu. 78. ſol. 200. Decian. conſ. 22. Incipe Pla-
cent. &c. nu. 10. lib. 3. ſol. 166. etiam, quod in alio
loco productæ fuerint, vt notabiliter poſt Io.
Andream in Adition. ad ſpeculato: in titulo de
Inſtrumẽtorum editio. §. nunc dicendum in ad-
ditione magna, quæ incipit priuatorum circa fi-
nem fol. Butr. & Imol. in c. 2. extra de fide inſtru-
mento pertex. in C. cum dilectus extra de con-
ſuetu. & in l. 1. C. de emancipatio. liberorum; vbi
conſuetudo loci ſeruanda eſt, in puncto conſue-
tudinis, ac ſtatutorũ dictæ ciuitatis Venetiarum
ſcribit D. Nicolaus Genua in ſuo tractat. de
ſcriptur. priuat. ſub rubrica, An ſcriptura priua-
ta in genere ſumpta probet quæſt. 4. nu. 200. fol.
20. vbi in terminis ſcripturæ priuatæ dicit, ita
conſuluiſſe Socin. conſ. 102. Viſa ſcriptura, &c.
Col. 1. nu. 1. lib. 3. ſol. 132. Riminald. Iun. Conſ.
779. Dominus Hyſidonus. n. 3. li. 7. fo. 120. quod
tenet etiam Maſcard. de Probation. concluſ. 11.
nu. 12. lib. 1. fol. 148. & conſuluit Menoch. conſ.
787. nu. 5. lib. 6. fol. 200. dum dicit talem ſcriptu-
rã factam, vel ſubſcriptam in loco, vbi talis con-
ſuetudo vel ſtatutum viget, vbiq. terrarum ple-
nam fidem facere, vt nu. 203. etiam contra tertiũ
32 quod intelligo vbi ſtatutum præfatũ vt ibi poſt
Menoch. d. Conſ. 787. d. nu. 5. qui plures addu-
cit, alterius fori fuiſſet productum ad tradita in
terminis per Barthol. in l. omnes populi nu. 67.
ff. de Iuſtit. & Iur. Card. conſ. 72. Sigillatim col.
5. nu. 5. fol. 69. cum alijs citatis per Pedemont.
deciſ. 141. in hac cauſa, nu. 13. fol. 253. in propo-
* ſito Regiarum conſtitutionum de communi at-
teſtantem, non autem quando non fuit produ-
ctum, ſed aliquis Doctor de ſtatuto, vel conſue-
33 tudine memorata atteſtatur, quia Doctoribus
atteſtantibus de his, quæ ſunt facti, non creditur,
etiam ſi mortui fuerint, vt in puncto tradit idem
Pedemontan. loco proximè citato nu. 15. & 16.
exemplificans de Rebuffo In ſpecie iſta, in qua
non conſtat de productione memorati ſtatu-
ti, ac conſuetudinis Venetæ faciente ſaltem ali-
quod adminiculum.

Non obſtat ſtatutum Ferrariæ Rubrica 21.
d. lib. 2. in Verſiculo Volumus, ſol. 35. vbi di-
ſponitur probationẽ ſcripturæ priuatæ fieri poſ-
ſe per teſtes ſubſcriptos ſi qui fortè ſubſcripti,
vel per alios teſtes non ſubſcriptos, qui depone-
rẽt debitorem, vel eum, cuius manus eſſe dicere-
tur ſcripſiſſe, vel ſubſcripſiſſe dictam ſcripturam
ad demoſtrandum, quod dicta recognitio facta
per teſtes, qui non viderunt ſcribere, ſed ſolum
dicunt habere notam manum nõ releuet, Etiam
in cauſis mercatorum, vt pariter diſponitur in
alio ſtatuto Ferrariæ lib. 8. rub. 6. de ſcripturis
priuatis in Verſiculo volumus autem ſol. 251.
cui ſe ſubieciſſe videtur Raimundus dum ad cõ-
parationem litterarum ſecundum illius formam
34 habuit recurſum, quia etiam forenſis, qui non
ligatur ſtatutis ſi vtatur illis in aliqua parte, liga-
tur etiam alijs partibus ſtatutorum, vt in termi-
nis ſtatuti Ferrariæ conſuluit Paſett. Conſil. 150
quoniam, nu. 10. ſol. 143. exemplificans de cle-
rico, vtente ſtatuto laicorum per Dotrinã Bald.
in l. de quibus col. 16. nu. Verſiculo ſexto quæro.

ff. de

ff.de leg.Felin. in c. de quarta nu.33. de præſcri-
ptionib.ſol.130.& aliorum.

Nam fuit reſponſum,quod cum dictus Nico-
laus contendat Raimundum non gaudere bene-
35 ficio dicti ſtatuti ſuper deciſorijs, ſed ordinato-
rijs tantum intelligendo id de ſtatutis tractanti-
bus de ſubſtantia probationis, ſecus quando de
probando ſolum agunt, vt per Paſett.dicto con-
ſil.150. num. 14. verſiculo non obſtat fol. 143.
quod repugnat prædictis, quia dictum ſtatutum
dicitur deciſorium concernens ſubſtantiam pro-
bationum, dum diſponit huiuſmodi recognitio-
nem factam per comparationem plenam fidem
facere, non autem ordinarorium, nõ poteſt tam-
quam ille, qui ſecum ipſe diſſidet audiri.l.Titum.
ff.de condit.& demoſtratio. l.2. §.1.quando ap-
pellandum ſit.l.1.C.de furt.l.fin.C. eod.Fulgoſ.
conſ.20.pro pleniori veritate in fine.Bald. in l.1.
C.ſi ſeru.exter.num.1.Verſiculo octauo nota.

Secundo fuit dictum præfatum ſtatutum non
aſtringere ſimpliciter ad faciendum recognitio-
nem ſcripturæ dicto modo per teſtes, qui fuerint
præſentes ſcripturę,& viderint illam ſcribere, ſed
vlterius procedendo addens alium modum inter
cætera dicit, vel etiam per comparationem litte-
rarum, quaſi dicat dictam recognitionẽ ſcriptu-
ræ, modis à ſtatuto expreſſis alternatiuè fieri poſ-
ſe, ob dictam dictionem, vel poſitam inter plura
37 Bartho.in l.ſupra iter.§.officium, num. 3.ff.de a-
qua pluuia arcend. ad electionem ipſius partis
probare volentis, Felin.in cap.inter cæteras nu.
12.de reſcript.fol. 78.qui in ſpecie loquitur in
remedijs proditis alternatiuè, à Iure in Ciuilibus,
quæ cum facta fuerint per Raimundum ei om-
ninò prodeſſe debet ad plenam probationem ex
38 forma eiuſdem ſtatuti, niſi temerè diceretur Rai-
mundum teneri ſtare dicto ſtatuto in partibus
facientibus cõtra ſe, reiectis partibus pro ſe, quod
non eſt dicendum, tam ex traditis per Paſett. di-
cto conſil.150.num.11.& 12.fol.143. quam ex
quadam naturali ratione vt contrariorum ea-
dem ſit diſciplina,& qui damnum ſentit, ſentiat,
quoque commodum, vt de foreoſi loquens tra-
dit Alderan.Maſcard. in d. ſuo tractat. de Gene-
ral.ſtatuto: interpretatio. concluſ. 6.nu.206.fol.
279.& tanto magis, quia faciens actum obligat
ſe legibus loquentibus de illo actu. l. ſi duo vbi
Bald.ff.de acquirend.hæredita.Becc.conſ.35.nu.
11.& conſ.101.nu.6.fol... Natt.conſ.49. Ven-
didit miles nu. 22.lib. 1. ſol.96.Cagnol.in l.qui
cum alio 19.num.8.ff.de reg. Iur.fol.599. Boſſ.
in titul.de principe num.362.& ſeq.fol.265. Ri-
min.conſ.1.Intendit &c. num. 14.lib.1. fol.2.&
Surd.conſ.371.impetrata nu.21.ſol.336.conſil.
310.Interogatus num.10.fol.48.conſil.375.ar-
dua eſt nu.26.fol.358.& conſil.391. perſuadere
num.32.fol.445.& conſ. 374. De Iuſtitia num.
13.lib.3.fol.352.

Nec dicatur, quod id fortè procederet ſi non
adeſſet dictum ſtatutum lib. 1. c. 6. ſub rubrica,
quibus caſibus forenſis &c.quod omninò eſt ſer-
uandum, vt poſt Bald. Roccum de Curte, & Fe-
lin.declarat idem Alderan. Maſcard. vbi ſupra
num.207.& fol.eod.279.

39 Nam fuit reſponſum, præfatum ſtatutum nõ
procedere in his, quę contra dictum ſtatutum fa-
cta ſunt de conſenſu vtriuſque partis ad eorum
priuatam vtilitatem, quaſi renuntiatum fuerit
Iuri pro ſe introducto.l.paciſci & l.pactum.ff.de
pact.l.penult. C. eod. titul.Alderan.in dicto ſuo
tractat.de General.ſtatutorum Interpreta, con-
cluſ.9.num.26.cum aliquibus præcedentibus, &
40 ſequentibus fol.348.huiuſmodi.n.pactum denè
gat ſtatuto, & rumpit legem Surd. deciſ. 260.
Dominus Iudex.n.12.fol. 592. etiã ſi factum ſit
contra regulas Iuris Surd. deciſ. 259. Conuen-
rio.... num.5.fol.589.& tanto magis, cum non
ſit contra ſtatutum admittens forenſes certis ca-
ſibus, ex quibus fortè moueri potuit d. Ciuis ad
admittendum, vt ſupra dictum forenſem.

41 Non obſtat recognitionem priuatæ ſcripturę,
contra tertium minimè fieri poſſe, eo quod illa
contra ipſum nihil probat; vt poſt docto.in l.ad-
mouendi,& præcipuè Ripam num.140. fol.per
tex.in l.exemplo C.de probation.& in l.epiſtola
in principio.ff.de pact.Grat.conſil.5. .. Thema
tale eſt: nu. 27.lib.1.ſol.14. Maſcard.de Proba-
tio.concluſ.627.num.14.fol.34.vol. 2. Medices
deciſ.8.ex pluribus num.7.ſol.39. & Anton.de
Gama in ſuis deciſionibus: Luſitan. Deciſio.336.
Aduerſus Simonam nu.5. fol. 297.tradit Nicol.
Genua in dicto ſuo tractatu de ſcriptura priuata
ſub rubr.de Epiſtola num.187.ſol.112.

Quoniam fuit reſponſum d. Nicolaum Vin-
centium, qui dictas litteras cambij facere, & ſcri-
bere curauit in Ciuitate Venetiarum, à Domino
Iulio Cæſare Vincentio eius patre ad id ſpeciali-
ter deputato non eſſe tertium, ſed principalem,
42 qui, & ſi per alium id fecerit ipſe tamen Nico-
laus dicitur dictas literas cambij feciſſe, ac ſcri-
43 pſiſſe per regulam, qui per alium facit, de qua in
l.1.§. deceſſiſſe ff.de vi, & vi armat.C. qui per a-
lium de regul.iur.in 6. l. Item eorum. §. ſi decu-
riones.ff.quod quiſq; vniuerſitat. l. 15. Damnũ.
ff.de Regul.Iur.& Bartho.in l.ſed ſi vnus. §.1.ff.
de adulter.num.qui in puncto dicit, quod illud,
quod fit per procuratorem dicitur verè per man
dantem fieri in re licita, de quo meminit Paſett.
conſ.

conſ.191. In cauſa Fuſati num.17. fol.175. etiam ſi fecerit per alium facientem pariter per alium quia adhuc primus dicitur ipſe facere,& per Bal. in l.1.§.ne autem, C.de caduc. tollen.& alios citatos per Paſett.conſ. 1. licet epiſcopatus num.2. fol.1. Nam actus attribuitur, non exequenti, ſed mandanti,& ordinanti. Crauett.conſil. 144. Magnificus num.3. fol.149.& Surd.conſ.29. quia Illuſtris Comes num.3. lib.1. fol.140.

44 Non obſtat, quod agatur de cauſa excedente libram auri cum ſit ſcutorum 530. & vltra, quo caſu, non eſt locus comparationi literarum, vt probatur in authent.ſi cōtractus.C.de fid.inſtrumento, & per Anchar. in ſuis quæſtion.familiarib.quæſtio 56.num.12.&13.& quæſt.62.lib.2. num.10.& 11.fol... Peregrin.conſ. 101. Si Angelus.num.11.lib.2.fol.106.Surd.conſil. 187. fidem adhibendam eſſe nu.29.lib. 2. fol.103. Rimin. Iun.conſil.39. In præſenti cauſa, quę vertitur num.45.lib.1.fol.180. Et Nicolaus Genua in dicto ſuo tract.de ſcriptur.priuat.ſub rubrica de Apocha manu debitoris conſcripta num.98. fol.86. Quam opinionem, quicquid dixerit Gaſpar Theſaur.in ſuis quæſt.forenſ.quæſt.29. mater quæ. num.19.fol.58. Veriſſima dicit Genua vbi ſupra nu.99. fol... Nam præterquam quod Theſaur.loco citato,& etiam Coſta de Remedijs ſubſidiar.lib.1. Remedio. 7.num.9. contrarium tenent,& ſic res non tranſit ita de plano in facto non conſtat, niſi de quantitate in literis cambij expoſita quæ eſt de ſcutis 387.9.& 2.monetæ de marchis, fuit reſponſum hanc quæſtionem fuiſſe ſublatam, à ſtatuto Ferrariæ, c.21. ſub rubrica de priuatis ſcripturis lib.2. fol.loquente de ſcriptura priuata quacumque, quantitatem continente ad cuius formam de conſenſu, tam dicti Raimundi, quam Nicolai fuit facta ſæpè dicta recognitio per comparationem literarum.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De certis caſibus quando competat actio de euictione; de Hærede cum beneficio legis,& inuentarij, & an poſſit venire contra factum defuncti; De probanda indentitate; de extimatione facta non ſeruata forma ſtatuti Ferrarię Rub.55.lib.2.& de probatione libri extimatoris, defuncti.

SVMMARIVM.

1 *Euictio debetur ex ſtipulatione, & pacto.*
2 *Euictio ex contractu diuiſionis venit.*
3 *Quilibet ex diuidentibus re euicta, de euictione pro ſua rata tenetur.*
4 *Euictio quando ſequitur ex natura rei non debetur.*
5 *Fallit, quando diuidentes ſciuiſſent rem eſſe ſubiectam fideicommiſſo, ſecus quando ignorabant.*
6 *Scientia non pręſumitur, niſi probetur.*
Ignorantia regulariter pręſumitur. num.eod.
7 *Exceptio firmat regulā in cōtrariū ſuper nō exceptuatis.*
8 *Hęres tenetur ſeruare factum defuncti, & reputatur vna & eadem perſona cum defuncto.*
9 *Quem de euictione tenet actio, eundem repellit exceptio.*
10 *Hęres cum beneficio legis, & inuentarij, non tenetur agnoſcere, niſi quantum ſe extendunt vires hęreditariæ.*
11 *Hęres cum beneficio legis, & inuentarij ſolum tenetur ſeruare factum defuncti, quatenus hęreditatis vires ſuppetunt.*
12 *Hæres quando poſſit venire contra factum defuncti. & num.13.*
13 *Hęres adeundo hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, an ſuſcipiat obligationes defuncti, prout ſunt in perſona defuncti.*
14 *Inuentario an ſtandum ſit.*
15 *Diſpenſatio, eſt ſtricti Iuris.*
16 *Princeps non pręſumitur voluiſſe tollere Ius tertij, etiam vbi de modico pręiudicio tractaretur.*
17 *Conſenſus non cadit ſuper ignoratis.*
18 *Identitas rerum probatur etiam coniecturis.*
19 *Identitas, & cæterę qualitates, facilius præſumuntur, quam ſubiecta.*
20 *Identitas probatur duabus demonſtrationibus. & num. 23. & pręſertim quando concordat nomen denominationis poſſeſſionis, de qua eſt quęſtio.*
22 *Pluralitas poſſeſſionum, ſeu villarum euiſdem nominis non præſumitur, etiam, quod regulariter pluritas rerum præſumatur.*
24 *Euictionis actio non ceſſet in an notificante litem, Illamque defendente.*
25 *Extimatio facta non ſeruata forma ſtatuti Ferrarię lib.2. c.88. an poſſit ſuſtineri.*
26 *Obſeruantia ſubſecuta tollit omnem defectum, omnemq; prorſus remouet dubitationem, quæ poſſit eſſe in præcedentibus.*
27 *Liber, quando ſcribens erat probus vir, eo mortuo, quam probationem faciat.*
28 *Liber mortui, quare probet.*
29 *Mors habet vim Iuramenti.*

DECISIO III.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa vertente inter D. Virgineam filiam q. D. Bonifacij de Areoſtis, ſeu pro ea legitimè intercedentem, ex vna, & D. Ioannem Baptiſtam, & alios conſortes de Bononis ex alia no. cauſa, & occaſione de qua in actis.

Domini concorditer dixerunt benè fuiſſe, & eſſe Iudicatum per Dominum Iudicem, à quo ad fauorem dictæ Dominæ Virgineæ reuocando ſententiam primi Iudicis, qui abſoluit dictos de Bononis, à petitis, pro parte Domini Bonifacij Areoſti; & declarauit ſubhaſtationes

ſtationes bonorum, de quibus agitur, fore, & eſſe committendas prout illas commiſit ad fauorem d. Dom. Virgineæ, ſeu pro ea legitimè interuenientis, contra dd. de bononis, & alias prout in ea &cæt.

Moti, quia cum de anno 1557. ſub die 18. Decembris per acta Domini Philippi Siuerij notarij rogati fuerit facta deuiſio omnium bonorum; de qua in proceſſu acto. fol. 6. cum ſeq. inter ſp. olim Dom. Franciſcum, & Alfonſum fratres, de Areoſtis, ac dictum D. Nicolaum, & Anibalem ipſorum fratrum nepotes, vti hæredes dicti Domini Nicolai Mariæ &cæt. quilibet pro ſua tertia parte &cæt. & huiuſmodi diuiſionis cauſa obuenerit in partem dicto Domino Alfonſo vna poſſeſſio Aratiua, Bradiata, poſita in Villa Laguſelli diſtrictus Ferrariæ, loco dctto (allaghiara) iuxta hæredes D. Mariæ Areoſti, Hæredes Domini Sigiſmondi Zamboldi, & viam, aliosque confines, de quibus in dicto Inſtrumento diuiſionis; quæ quidem poſſeſſio poſtea fuit euicta Domino Bonifacio filio dicti Domini Alfonſi de Areoſtis, à Domino Antonio alterius Antonij, Io. Mariæ, & Iulij Fratrum. de Areoſtis, vigore fideicommiſſi olim Domini Aldobrandi Areoſti per duas ſententias conformes, de quibus in proceſſu act. fol. 47. 48. & 49. dictus Dominus Bonifacius habuit regreſſum ad bona per Reuerendiſſimum Dominum Nicolaum alienata, tanquam bona ipſi Domino Bonifacio obligata, ac hypotecata pro euictione dictæ ſuæ poſſeſſionis alias in partem obuentæ prædicto Reuerendo Domino Nicolao, in dicta diuiſione inter dictas partes facta pro concurrenti quantitate librarum. 6000. ac pro damnis, expenſis, & intereſſe vigore pacti executiui poſiti in dicto Inſtrumento diuiſionis, in quo partes contrahentes ſibi inuicem promiſerunt de euictione, & manutentione omnium comprætenſorum in dicto Inſtrumento; cœpit Iudicium contra dictum Dominum Ioannem Baptiſtam, & alios de Bononis per viam tenutę, aſſerendo ipſos tenere, & poſſidere non nulla bona immobilia ſita in Villa Caſſanæ diſtrictus Ferrariæ, Iuxta ſuos fines, de quibus agitur, & obti-

1 nuit; quia præterquam, quod ex ſtipulatione, & pacto debetur euictio, vt probatur in l. fundum. C. de euictio. & per Gloſſ. in l. ſi fratres. C. com-

2 mu. vtrius. Iudi. in Verbo agere poteſtis littera. t. & Caballin. de euictio n. in præfat. num. 11. & 12. verſic. tertio quæritur ſol. 14. In contractu diuiſionis, de quo agitur indubitanter illa venit d. leg. ſi fratres. 7. c. commu. vtrius. Iudic. & leg. ſi familiæ. C. famil. hercicu. Roman. conſil. 457. circa propoſitam. numer. 2. verſiculo ſecundo, quia. fol. 246. Alexan. conſil. 30. viſis dubitationibus, num. 2. lib. 6. fol. 23. Petr. de Vbald. in tracta. de duobus fratr. part. 8. quæſt. 225. num. 23. fol. 129. Lamberteng. de contract. eorum qui ſine cert. ſolemn. Gloſſ. 1. num. 35. in fin. fol. 17. cum cæteris adductis per Surd. conſil. 67. breues,

3 num. 7. lib. 1. fol. 302. & conſil. 311. clarè, & concludentes, num. 26. lib. 3. fol. 53. Ita vt quilibet ex diuidentibus pro virili, de euictione, pro ſua portione teneatur, ſi bona diuiſa euicta fuerint, vt ſimile habetur de duobus fratribus vendentibus per Surd. conſil. 271. Franciſcus de Induſia num. 60. 61. & 62. lib. 2. fol. 308. & Caballin. de euiction. §. 4. num. 33. in verſiculo decimus caſus eſt, fol. 216.

4 Nec dicatur, quod euictio, non veniat, nec debeatur, vti ſecuta ex natura rei, nempe ex fideicommiſſo Domini Aldourandi Areoſti præfati, cui ſubiecta erat, vt tenet idem Surd. d. conſil. 67. nu. 53. fol. 308. & Alex. conſil. 21. Viſo compromiſſo, col. 3. numer. lib. 5. fol. 24. Rolan. conſil. 51. Quoniam ex facto, num. 10. cum ſeq. lib. 4. fol. 105.

5 Quoniam reſpondetur id procedere, quando ipſi diuidentes ſciuiſſent, rem eſſe ſubiectam fideicommiſſo, ſecus quando ignorabant vt hic, vt in puncto habetur in d. leg. ſi fratres. 7. C. Commun. vtriuſ. Iudic. conſuluit Alexan. d. conſil. 21. Viſo compromiſſo, colum. 5. num. Verſiculo tamen, iſtis non obſtantibus, lib. 5. fol. 24. Becc. con ſil. 24. cum Magnificus & Reuerendus, num. 33. & ſeq. fol. 45. Surd. conſil. 311. clari, & concludentes num. 27. lib. 3. fol. 53. & Iacob Mandell. de Alba conſil. 311. Motiuum excitatum num. 6. part. 1. fol. 106. & Caballin. de euictio. dicto §. 5. numer. 34. Verſiculo intellige tamen, fol. 216. Ratio eſt, vt inquit Becc. & Surd. in locis proximè citatis, quia tota vis euictionis conſiſtit in ſcientia eius, qui rem feudalem, vel fideicommiſſariam recepit.

6 Quod ignorarent, eſt manifeſtum, quia ſcientia non præſumitur niſi probetur, cum regulariter præſumatur ignorantia. l. verius. ff. de probatio. l. fina. ff. pro ſuo. Surd. conſil. 73. Quia Iacobus, num. 42. lib. 1. fol. 328. Pedemon. deciſ. 73. Propoſitum, numer. 5. fol. 269. Magon. deciſio. Lucan. 49. Publico, num. 11. fol. 198. Barz. deciſ. 62. Domina Hypſicratea, num. 47. fol. 165. Seraphin. deciſ. 916. fuit dubitatum num. 9. & ſeq. fol. 420.

Et ſi ſciuiſſent, veriſimiliter declaraſſent diuidentes eorum Intentionem, ſicuti illam declarauerunt circa alia bona ſubiecta fideicommiſſo de qui-

de quibus nôtitiam habebant, dum in eodem diuiſionis Inſtrumento dixerunt præmiſſa proteſtatione, quæ in qualibet parte præſentis Inſtrumẽti repetita Intelligatur, nempe, quòd per præſentem diuiſionem, & contenta in ea, non præiudicetur bonis ſubiectis fideicommiſſo de quo in ineſtitaris, neque fideicommiſſis contentis in teſtamentis cõditis ab ipſis q.D. Nicolao Maria, & Domina Gabriella, quo minus vocati, compræhenſi, & ſucceſſorij in feudo, & fideicommiſſis, cum caſus euenerit, poſſint ſuccedere.

7 Ex quibus facilè colligitur, quod pro alijs non exceptuatis, cuius cauſa ſecuta eſt euictio, de qua agitur, quæ ignorabatur, vt ſupra voluerunt teneri diuidentes, de euictione, quia exceptio firmat regulam in contrarium. l. nam quod liquidè §. final. ff. de pecul. legat. l. quæſitum §. deniq; ff. de fund. Inſtruct. Socc. conſ. 72. Viſis ſtatutis, num. 1. lib. 4. fol. 240. & Crott. in l. omnes populi. ff. de Iuſt. & Iur. num. 240. lib. 1.

8 Non obſtat, quod Dominus Bonifacius eſſet Hæres Domini Nicolai alienantis, qui tenetur ſeruare factum defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendic. Duran. de Arte teſtan. in tit. de lib. Inſtituen. num. 1. caut. 14. tit. 3. fol. 68. cum quo reputatur vna, & eadẽ perſona. §. 1. in auth. de Iur. Iuran. à morient. præſtit. & repellitur per regulam, quem de euictione tenet actio, eundem repellit exceptio, de qua in leg. vendicantem 17. ff. de euictioni, cum ſimilibus vulgatur. Item per aliam regulam. l. ex qua perſona, & in l. ſecundum naturam. ff. de reg. Iur. de quibus per Fanucc. de Inuentar. Hæred. part. 6. numer. 64. fol. 124.

9 Præſertim cum Dominus Nicolaus Venditor, cuius ipſe Dominus Bonifacius fuit Hæres, fuerit diſpenſatus, à Sereniſſimo Domino Duce Ferrariæ, vt facere poſſet dictam electionem.

10 Nam circa primã partem obiectionis reſpondetur, illam non procedere in hærede cum beneficio legis, & inuentarij, Nam iſte cum non teneatur agnoſcere, niſi quantum ſe extendunt vires Hæreditariæ, vt per Surd. conſ. 7. Magnifici Domini num. 30. & 31. lib. 1. fol. 47. & quo ad ea, quæ ſunt, & fuerunt hæreditaria, vt per eundem Surd. conſ. 305. Alienationem feudorum num. 45. lib.

11 3. fol. 31. ſolumq; teneatur ſeruare factum defuncti, quatenus hæreditatis vires ſuppetant, vt per eundem Surd. conſil. 353. Præclara nu. 7. eodem lib. 3. fol. 248. in reliquis, hoc eſt quatenus hæres lucrum non ſentiat, vt per Mantic. in tract. de In-

12 uent. hæred. c. 1. num. 12. fol. 25. poteſt venire contra factum defuncti. Secundum Ruin. conſ. 47. pro ſolutione num. 9. in verſiculo ex alio etiã

Decis. Rotæ Ferr.

poſſunt lib. 1. fol. 87. qui dicit hanc fuiſſe opinionem Domini Nicolai de Mattarellis, & Baldi, qui Nicolaus fuit inſignis, ac celebris Doctor, qui edidit pulchras lecturas ſuper ff. & C. quarũ copia Rara eſt. Floruit anno 1230. & fuit contemporaneus Iohannis Andreæ, vt teſtatur Sebaſtia. Brant. in ſuo tract. de modo ſtudendi in vtroque Iure in quinto documento colum. 7. in verſiculo floruit anno. fol. 130. & de eo mentionem facit Bart. in l. quædam §. Numularios num. 1. in verſiculo ita tenet ff. de eden. Lanfranc. de oriano in ſua practica de confeſſio. num. 34. fol. 31. & in Rubr. de depoſition. teſt. num. 19. fol. 36. Angel. Aretin. Inſtit. de exemplari num. 25. verſiculo reperio quod Nicolaus Mattarellus. fol. 99. & alij. De cuius Nobili ac antiqua familia de qua fuit admodum Illuſtris ac Reuerendiſs. Dominus Iohannes Maria Mattarellus Epiſcopus Caſſenſis, Vir multiplici ſapientia præcellens, canonumq; decretis cumulatiſſimè imbutus, cui Lodouicus Cellius Rodiginus librum tertium ſuarum antiquarum Lectionum dedicauit, vt in epiſtola poſita in initio eiuſdem libri fol. 70. Hodie eiuſdem nominis eſt Dominus Iohannes Maria Mattarellus. Rauennatenſis. I. C. excellens, Dudum Rotæ criminalis Genuæ, & Peruſinæ Auditor, nunc verò collega, & Dominus meus in hac Rota. à qua non diſcrepat Fanuc. in tract. de Inuentar. hæred. part. 5. num. 66. fol. 124. & num. 69. fol. 126.

13 Ratio eſt, quia hæres adeundo hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, non ſuſcepit obligationes defuncti, prout ſunt in perſona defuncti, ſed quo ad certum effectum, ſcilicet, quatenus capit emolumentum ex ea, & illud vult, vt dicit idem Fanuc. de Inuent. hæredit. part. 5. num. 90. in verſ. verum. His non obſtantibus. fol. 132.

Et quod hæres cum beneficio legis, & inuentarij poſſit venire contra factum defuncti expreſsè poſt Deci. conſil. 185. in cauſa iſtorum nobilium num. 5. & 6. fol. 156. & Grammat. deciſio. 93. In cauſa numer. 10. fol. 461. Conſuluit Tobias Nonius. conſil. 2. Viſis, ac diligenter numer. 13. fol. 10. Grammat. deciſio 93. In cauſa Illuſtris Ducis numer. 10. fol. 127. Pedemontan. deciſio. 68. quoniam numer. 14. fol. 241. Barzi. deciſio. 64. Dominus Camillus numer. 12. fol. 171. ſecus vbi contrarium fuit oſtenſum per inſpectionem inuentarij in publicam formam reducti, ſuper quo fuit diſputatum, cui ſtandum videbatur ſecundum Mantic. in tractat. de inuentar. hæred. c. 12. numero 222. fol. 219. In quo non reperiuntur appoſita

B 2

poſita, niſi certa mobilia valoris librarum 491. & 10. quæ defalcata fuerunt, etiam in maiori quantitate, quia cum poſſeſſio euicta d. D. Bonifacio eſſet valoris librarum 21612. 15. 11. vt ex extimatione q. D. Hippoliti de Pauia alias Millone Agrimenſoris, de qua fol. 135. & 136. in proceſſu actoris, & tertia pars eſſet de longè maiori ſumma apprehendit d. Dominus Bonifacius totam tenutam pro dicta ſumma librarum 6000. per qua petijt d. bona vendi ſub haſta, ſeu in ſolutum ſibi dari, & adiudicari pro concurrenti quantitate ſui crediti librarum ſex mille.

Ad ſecũdam partem difficultatis reſpondetur Sereniſſimi Domini Ducis diſpenſationẽ, ſeu licentiam, quod bona, etiam fideicommiſſis expoſitis ſubiecta poſſint vendi, non officere.

15 Quia huiuſmodi diſpenſatio, quę eſt ſtricti Iuris non extẽditur ad caſum diuerſum Natt. conſ. 504. non ſum neſcius nu. 4. &. 5. lib. 3. fol. 56. nec compræhendit ſpeciem de qua agitur in qua actor veuit, non tamquam fideicommiſſarius ad vendicandum bona alienata per d. D. Nicolaum cum d. licentia Sereniſſimi Ducis Ferrariæ, ſed ex perſona ſua virtute obligationis ad hipotecæ ad eius fauorem factæ per eundẽ Nicolaum de conſeruando ipſum indemnem in caſu euictionis bonorum diuiſorum, cui Sereniſſimus Dom. Dux

16 Ferrariæ numquam derogauit, nec credendum eſt, quod derogare voluerit, tum quia numquam in dubio creditur principem voluiſſe tollere Ius tertij vt per Natt. d. conſ. 504. nu. 6. & 7. Gomeſ. ſuper regul. cancel. in regula de non tollen. Iur. quæſit. q. 5. nu. 5. fol. 22. & nu. 6. &. 7. fol. 23. qui loquitur de Papa, etiã, vbi de modico preiudicio tractaretur, vt per eundem Natt. vbi ſupra. Seraphin. deciſ. 398. Dubitani nu. 11. fol. 146. & deciſ. 1041. fuit dubitatum num. 5. part. 2. fol. 211. cum quia de eo nullam notitiam habebat, qui defe-

17 ctus tollit conſenſum non cadens ſuper ignoratis. l. cum aquiliana. ff. de tranſactio.. l. mater decedens. ff. de Inoffic. teſta. Fulgoſ. in l. Item, quæritur §. qui in pleto. ff. locat. Salic. in l. legem. C. locat. num. 5. Surd. conſ. 7. Magnificus Dominus Hieronimus nu. 38. lib. 1. fol. 48. & Seraph. dicta deciſ. 398. num. 11. fol. 146. Non obſtat defectus identitatis circa poſſeſſionem Laguſelli, loco detto le Giare euictam.

18 Nam cum identitas rerum probetur, etiã coniecturis, ſecundũ Rimin. Senio. conſil. 254. nu. 1.

19 lib... fol... Cephal. conſ. 170. In cauſa regiſtrationis nu. 25. lib. 2. fol. 48. & Seraph. deciſ. 1461. fuit Dubitatum nu. 3. part. 2. fol. 246. quia illa, & cęteræ qualitates facilius præſumitur, quam ſubſtantia, vt dicit idem Cephal. ibidem, qui dicit id probari per doctrinam Angel. in l. ſi certis annis C. de pact. & per Rimin. in l. 1. nu. 24. verſ. & adducta. ff. de offic. Eius, & in ſpecie ex his quæ habentur in l. ſi filius C. de petitio. hæreditat. & in l. ſciendum de verbor. obligat. Surd. conſ. 414. ad demoſtrandum nu. 68. lib. 3. fol. 576. & Seraph. deciſ. 462. Propoſui in contrarium n. 8. fol. 180. Ob quod etiam videtur facilius quantitatis decla ratio, quam ſubſtantia ipſa perceptionis fructuũ teſtibus ſcripturisq; demoſtrari, & quod per teſtes minus idoneos, & quorũ teſtimonia ad exonerationẽ ipſorum ſpectant, fructuum quantitas doceatur, quamuis fidem perceptiones non facerent. Bart. conſ. 150. Cum prædicta examinarem col. fin. nu. 9. fol. 48. Crauett. conſ. 815. quãquam nu. 16. lib. 5. fol. 132.

Negari non poteſt, quin in ſpetie de qua agitur identitas dicatur probata, nam inprimis conſtat dictam poſſeſſionẽ in Villa Aguſelli nominata le giare obueniſſe in partẽ q. D. Alfonſo patri D. Bonifacij Areoſti, vt ex inſtrumento diuiſionis producto fol. 10. vbi de eo fit mentio, cum expreſſione, quod ſit in diſtrictu Ferrariæ loco detto alla Giara iuxta ab vno capite hæredes D. Io. Mariæ Areoſti: altero Capite hæredes D. Sigiſmundi Zamboti, vno latere viam, pro parte Moniales Sanctæ Catherinæ Martiris, & altero latere viã, & ipſas Moniales, vel iuxta alios ſuos plures, & veriores confines dictæ rei ſi qui forẽt, & cum caſamẽtis deputatis, pro patrono, & Caſtaldioni Colũbaria, & tegete coperta de coppe pro vaccis, & alijs exiſtentibus per D. Laboratura.

Secundo quia illa fuit poſita ad librũ extimi. 1582. ad poſtam D. Bonifacij filij dicti Alfonſi, cum expreſſione Illorum finium Viæ Zambotti, & Monialium Sanctæ Catherinæ vt ex fide ſubſcripta per D. Io. Baptiſtam Perinellum notariũ ad offitium tranſlationum extimorum ciuilium communis Ferrariæ, producta in Iudicio contra Dominum Bonifacium tempore litis ſibi motæ per dictos de Areoſtis.

Tertio quod eadem poſſeſſio ſub dictis finibus, ſeu demoſtrationibus, de Villa Aguſelli, & Giaræ fuit petita in Iudicio fideicommiſſario, à Dominis Io. Maria Antonio, & Iulio de Areoſtis vt legitur, & probatur ex libello porrecto de anno. 1583. contra dictum Dominum Bonifacium, & ſententijs deſuper latis, ac ſecutis virtute proceſſus fabricati, à Memoratis de Areoſtis contra dictum D. Bonifacium, à quo fuit euicta,

20 ex quibus demoſtrationibus cũ duo ſufficiãt, optimè videtur probata identitas rei petitę. l. patronus. §. 1. ff. de legat. 1. l. formam. ff. de cẽſibus Bar. in l.

in l.demoſtratio falſa nu.24.& in l.ſi quis in fundi vocabulo de legat.1.vbi omnes, Alex. conſil. 73.Videtur prima conſideratione num.4.& colum.3. verſiculo quia ſatis lib.3.fol. 64. & conſil.180.In cauſa & lite nu.7.lib.6.fol.132. Crauett.conſil.198. Videtur num. 1. verſiculo cum duæ ſol.203.Abb.conſil.10. Vt ſemel Imponatur num.5.lib.1.fol.16.Natt.conſil.314. Intendit Ius dicens num.3.lib.2.fol.155.Tobia.Non. dicto conſil.2.nu.60.fol.14.Roland. conſil. 67. Prima conſideratione num.14. 15. & 16.lib. 2. fol.118.Barz.deciſ.33. Poſt reſolutionem num. 13.& 14.fol.98.Seraphin.deciſio. 600.Propoſito num.5.fol.243.& deciſ.1425.Domini cenſuerunt num.4.part.2.fol.225.& Surd.conſ.44. dubitatum num.20. lib. 1.fol.206.

21 Et maximè cum concordet nomen denominationis d.poſſeſſionis,de qua quęſtio eſt ad tradita per Rolan.d.conſ.67.num. 4. lib.2.& Peregrin.de fideicommiſſ.articul.44. num. 48.Verſ. in prædijs autem ruſticis fol. 414.

22 Nec præſumatur quod plures fuerint poſſeſſiones, ſeu Villæ eiuſdem Nominis, quoniam licet regulariter præſumatur pluralitas rerum. Alex.conſ.134.in cauſa num.3.col.2.Verſiculo in rebus lib.2.fol.115.Ruin.conſ.48. Viſa facti ſerie nu.16.lib.4.fol.62.Pariſ.conſil.104. In præſenti cauſa num.11.lib.1.fol.110.Natt.conſ.80. in cauſa Falconis num.4.lib.1.fol.165. Crauett. conſ.112.in cauſa num.4. fol.112.Surd. conſil. 540.ordinem num.44.lib.4. fol. 360.& Peregr. de fideicom. dicto Artic.44.d.nu. 48. ob quam vt ibi num. 45. quis aſtringitur ad probandam Identitatem, non tamen præſumitur pluritas poſſeſſionum eiuſdem denominationis,vt in pūcto conſuluit Alex.conſ. 16. in cauſa, & lite in fine verſiculo non obſtat col.11.nu.23. lib. 5.fol. 19.quem refert,& ſequitur Tuſc.concluſio. 368. pluritas perſonarum num 12. fol. 261. Nec ſtabilium, ſed vnitas vt pariter tradit Alex. conſil. 88.quoniam omne col. 6. in verſ. præterea vnitas eod.lib.5.fol. 261. & Tuſc. loco proximè citato num.13.Facit Crauett.conſil.198. Videtur eſſe num.2.fol. 203.

Præterea cum illa confinia monialium Sanctæ Catherinæ Martiris, Viç,& Zambetti poſita in memorato Inſtrumento diuiſionis concordēt

23 cum. d. libro extimi vbi eadem poſſeſſio deſcripta eſt per d.D. Bonifatiū verè dicitur probata Identitas, quia concurrunt ne dum duæ demonſtrationes, quæ ſufficiunt.l. Titius hæres.ff.de actio.empt.& in l.cum ſeruo. §. fina.ff.de contrahen. emptio Gloſſ. in l. forma in Verbo Vicinos.ff.de cenſibus Alex.conſil. 73. num. 4.Col. 3. Verſic.quia ſatis lib.3.fol. 64.& conſ.180. in cauſa, & lite num.7.vol.6.fol.132.Crauett.conſil.198.verſiculo cum duæ fol. 203. cum cæteris adductis per Surd.conſil.135.Vendirio num.11. lib.2.fol.214.ſed plures aliæ,de quibus ſupra.

24 Non obſtat quod Dominus Bonifacius non notificauerit litem ſibi motam ſuper bonis in diuiſione obtētis q.D. Alfonſo eius Patri, & quod hac de cauſa ceſſet prætenſa euictio poſſeſſionis Laguſelli loco detto le giare.l. emptor fundi. C. de euictio.& Caballin.in tract. pariter de euictionib.§.3. num. 4.cum ſequent. verſiculo contrarium tamen vbique fol. 39.

Quia cum dictum Ius denuntiandi in contractu diuiſionis pręfatæ fuerit ſpecialiter,& expreſsè rem iſſum,vt ibi in Verſiculo remittentes prædictæ partes fol. 17. obſtat exceptio pacti, quæ per regulam vulgati quod pacta ſunt ſeruanda euictionem tollit, & tanto magis, quod Bonifacius cauſam defendit. d. l. Emptor fundi 8. C. de euictio.& Caballin.in dicto tract. de euiction. §.3.nu.73.verſic.3.limitatur fol. 78. & nu. 114. verſiculo octauo fallit fol.104.

Non obſtat, quod d.q.D. Bonifacius non liquidauerit, nec probauerit, quid,& quantum importet euictio ſibi facta, nec Iuſtificauerit illam aſcendere ad ſummam, & quantitatem intenuta contentam,vt erat neceſſarium.

Quoniam huiuſmodi defectus fuit ſublatus in cauſa Appellationis coram Prætore, coram quō fuerunt examinati teſtes, & producta extimatio poſſeſſionis euictę, facta à Domino Hippolito de Pauia alias Melonæ, quæ continet pretium illius aſcendens ad libras 21612. quarum tertia pars eſt de libris 7304. & optimè comprobat inten-

25 tionem dicti q.D.Bonifacij, & pro eo in Iudicio Intercedentis, etiam quod aduerſus dictam extimationem de nullitate opponatur ob non ſeruatam formam ſtatuti Rubr.88.de offic. Iurament. & ſalario extimato:lib.2.fol. 83.

Nam aut quæritur an huiuſmodi extimatio ex.d. defecta valeat,& dictum fuit quod ſic, quatenus illa obſeruata fuerit, quia ſtatutum memoratum procedit, & intrat, niſi aliter de partium voluntate proceſſerit, vt ibi in Verſiculo niſi &c.

Quod ſic proceſſerit extimator de voluntate partium in tali extimatione, eſt clarum, quia cum quæſtio eſſet inter Bonifacium,& D.Franciſcum Areoſtum, qui tenebatur ſoluere tertiam partem rei euictæ.d.D.Bonifacio; Io.Baptiſta filius dicti Franciſci ſoluit ſuam ratam iuxta dictam extimationem, vt ipſe Io. Baptiſta in ſuo examine medio Iuramento, ſeruatis ſeruandis atteſtatur,

quod abſq; obſeruantia, & partium voluntate, factum minimè dici poteſt quod præceſſit, cum
26 obſeruantia ſubſecuta tollat omnem defectum Becc.conſ.6.Reuocatur num. 17.fol. 14.& omnem prorſus remoueat dubitationem, quæ poſſit eſſe in præcedentibus, vt per eundem Becc.conſ. 101.in propoſita facti nu.49 .fol. 188. Rot.Bono. in nouiſſ.deciſ. 125.mandatum Generale nu. 10.fol.325.

Aut quæritur. An prædicta extimatio valeat, tamquam ex libro dicti publici extimatoris prædefuncti, qui vir probus erat in caſu, & ad effectũ, de quo agitur.

Et tunc Domini pariter dixerunt, quod ſic, quia talis liber quando ſcribens erat probus vir facit præſumptionem, hoc eſt ſemiplenam probationem ad effectum, vt ſufficiat vnus teſtis, cũ illa ſcriptura libri, vel poſſit deferri hæredi Iuramentum in ſupplemẽtum probationis verioris, ſi ſciebat veritatem, vt declarat Boer.deciſ. 105. & videtur, quod libri nu.5.fol. 136.& cum alijs adminiculis plenam probationem vt per tex. in l.rationes. C.de fid.Inſtrumen. & Doctrin.Anton.& Abb.in c.2. de fid. Inſtrumen.& aliorum cenſuit Boer.in d.deciſ. 105.num.6.in verſiculo ſi defunctus; & Rot.in nouiſſ.deciſ.776, Domini dixerunt num.3.par.1.fol.487.

Quæ adminicula hic adſunt, Nam in primis concurrit tempus 30.annorum, & vltra, à die confecti libri, & extimationis factæ in d.libro ſcriptę.

Secundo quod.d.examinatio habuit effectum per d. ſolutionem factam eidem D. Bonifatio à D. Io. Baptiſta. filio Domini Franciſci Arcoſti ad quem ſpectabat ſoluere tertiam partem cuictæ poſſeſſionis, de qua agitur.in vim. d.extimationis; vt ſupra fuit dictum.

Et tanto magis, quod etiam. abſq; d. diſtinctione huiuſmodi librum probare affirmant Crauett.conſ.275.Quæritur in hac cauſa nu. 5.cum ſeq.vſq; ad.11.fol.95.& Magon. deciſ.Floren.
28 95.diuidentibus fratribus.num.6. Cum ſeq.fol. 295.& ſeq.ea ratione moti, quia non eſt veriſimile quod ſcribens ille mortuus, ita ſcriptum reliquiſſet ſi veritas aliter ſe haberet, & perpetuæ ſalutis immemor fuiſſet, vt arguit Crauett. loco citato nu.6.& conſil.815. quamquam cumulatè num.15.lib.5. fol.132.& ſequitur Magon, vbi ſupra num. 6.ſeu voluerint cum peccato mori vt per Boer.d.deciſ.105.num.6.
29 Præſertim, quod mors habet vim Iuramenti, vt per eundem Crauett.ibidem d.num.6.& Magon.num.8.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De fideicommiſſo, detractionibus circa funeris impenſam, ęre alieno, legitima Trebellianica, dote, legatis, & melioramentis. Item de auocatione bonorum fideicommiſſi alienatorum lite pendente, & de Remed.l.fin. C.de edict.Diui Adrian. tollend.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium de teſtamento dari non poteſt eo non viſo.*
29 *Liber extimi an probet.*
30 *Remedium l finalis.C de edicto diui Adria.tollen.an intret.quando nulla per hęredes fuit facta reſtitutio hęredibus fideicommiſſarys.*
31 *Aequitas canonica, quid operetur dicto caſu.*
32 *Ius canonicum viget, ac ſeruatur in terris Eccleſię, ibidem verſ. maximè Aequitas pręualet, etiam de Iure ciuili.*
33 *Hæres quando reſtituit primo fideicommiſſario, actiones tranſeunt in ſecundum fideicommiſſarium abſq; reſtitutione.num.3. Remedium d.l.finalis C. de edict. diui Adria.toll.an detur hęredi, & fideicommiſſario, quando bona reſtitutioni ſubiecta penes aliquem reperiuntur, qui ab alio, quam teſtatore poſt eius mortem titulum habeat.*
34 *Notarij imperitia eſt periculoſa, & mundum deſtruit, conſcientiaſq; proborum virorum in magno diſcrimine ponit.*
35 *Dubia voluntas teſtatoris non attenditur.*
36 *Scriptum in teſtamento, quod intelligi non poteſt, habetur pro non ſcripto.*
37 *Filiorum appellatione, an comprehendantur fœminę.*
38 *Aequalis eſſe debet omnium determinatio.*
39 *Proœmium declarat finalem intentionem loquentis.*
40 *Liberorum appellatione, qui veniant.*
41 *Subſtitutio reciproca.licet ſimplex abſq; alia conditione, quam mortis, intelligitur ſemper ſub conditione ſi ſine filijs.tam maſculis, quam fœminis deceſſerit.*
42 *Conditiones voluntariæ debēt Impleri in forma ſpecifica abſq; extenſione.*
43 *Ceſſante pręſuppoſito ceſſat diſpoſitio.*
44 *Fideicommiſſum caducatur, & euaneſcit, quando ſubſtitutus deceſſit ante inſtitutum.*
45 *Verba, vel non exiſtentibus quomodo intelligi debeant.*
46 *A voluntate defuncti non eſt recedendum.*
47 *Teſtatorem de fœminis non curaſſe, ex quibus colligatur.*
48 *Qualitas maſculinitatis ſępè ſępius repetita in teſtamento quid operetur.*
49 *Nepos quando non excludat ſubſtitutos maſculos, & maſculi pręualeant.*
50 *Maſculi deſcendentes ex fœminis excluſis, an admittantur ex teſtamento.*
51 *Teſtator quando vocauit maſculos cum qualitate, quod ſint legitimi, & de legitimo matrimonio, an dicatur habuiſſe rationem conſeruandę agnationis.*

52 *Baſtardi*

52 Baſtardi Iura Agnationis, non habent, ſed cognationis.
53 Conditio ſi ſine filijs quando contineat fœminas.
54 Qualitas Maſculinitatis, quando cenſeatur repetita.
55 Coniectura conſeruandæ agnationis eſt potens.
56 Maſculorum appellatione an veniant deſcendentes ex fœminis.
57 Imperitia notarij, non nocet partibus.
58 Diminutio in teſtamento quando poſſit ſuppleri.
59 Oratio imperfecta perficitur ex præſumpta voluntate teſtatoris, Item præcedentibus, & ſequentibus.
60 Grammatica falſa, & mala latinitas, an vitiet teſtamentum.
61 Verbum dictis eſt relatiuum præcedentium cum omnibus ſuis qualitatibus.
62 Præcedentia declarant ſequentia, & è contra.
63 Verba clara teſtamenti non recipiunt interpretationem, à prohemio.
64 Teſtator, qui Excluſit filias fœminas in inſtitutione propter maſculos, multo magis voluit excludere neptes; & eius filias in ſubſtitutione.
65 Lex enim auus de cond. & demoſtra. & l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. quando procedant.
66 Relatio vniformis an fiat ad proxima, quando alij ſunt caſus diſpoſitiui, alij condicionales.
67 Interpretatio eluſorij actus non eſt recipienda.
68 Reſolutio circa caducitatem fideicommiſſi.
69 Impenſa funeris debentur ex quaſi contractu cum defuncto ex actione funeraria, quæ de æquitate competit, etiam illi, qui ſe hæredem putabat.
70 Creditores præualent omnibus per teſtatorem honoratis.
71 Legitima, quo ad fideicommiſſarios, & legatarios loco æris alieni habetur, & præualet legatis, & fideicommiſſis pijs.
72 Trebellianica, an poſſit prohiberi filijs primi gradus, eſt dubium ab varietates opinionum in terminis Iuris cõmunis, de conſuetudine tamen Ferrariæ præualet opinio negatiua, quod prohiberi non poſſit.
73 Trebellianam non amittunt filij etiam ſi non confecerint inuentarium, & ita eſt conſuetudo Ferrariæ, & nu. 77.
74 Doctori Illuſtri atteſtanti de conſuetudine, ſtandum eſt.
75 Conſuetudo Ferrariæ, an extendatur ad loca ſubiecta.
76 Conſuetudo, an veniat appellatione legis.
77 Per approbationem teſtamẽti adeundo ſimpliciter hæreditatem patris, filius an perdat trebellianicam, & legitimam, ſi fuit prohibita in teſtamento.
78 Approbatio cenſetur facta ſecundum diſpoſitionem legis.
79 Conſuetudo eſt altera lex, habet vim conſtitutionis, quæ debet ſeruari ad vnguem.
80 Conſuetudo eſt actus practicus.
81 Trebellianica an filijs primi gradus poſſit imperſonaliter prohiberi.
82 Trebellianica, quando filijs primi gradus, non poteſt prohiberi expreſſè, nec tacitè, coniecturaliter, vel per Indirectum id fieri poteſt.
83 Dotibus non obſtat exceptio fideicommiſſi.
84 Authen. res, quæ. C. commu. de legat. Ita habet locum in reſtitutione dotium, ſicut in conſtitutione, & poſt onus fideicommiſſi.
85 Legata debentur titulo donationis, & ſoluta per hæredem de ſuo proprio in reſtitutione fideicommiſſi detinentur, & ſi reſtituit non facta detractione repetuntur à fideicommiſſario.
86 Melioramenta vtilia, & neceſſaria, an repetantur.
87 Bona per cohæredem alienata lite pendente contra prohibitionem teſtatoris, an poſſint vendicari ab alijs cohæredibus, ſi fuit à d. cohærede tranſactum.
88 Mens contrahentium debet attendi.
Notorium facti permanentis, an ſit probandum ibidem in verſ. vt fuit pro notorio.
89 Exceptio de Iure tertij excluſiua Iuris agentis obſtat.
90 Fideicommiſſum ſub conditione ſi deceſſerit ſine filijs, an euaneſcat ſi deceſſit cum filijs.
91 Filij poſiti in conditione, an dicantur poſiti in diſpoſitione, & vocati.
92 Qui ſunt in conditione non intelliguntur eſſe in diſpoſitione.
93 Coniectura maſculinitatis, quid operetur in quæſtione de filijs in conditione poſitis.
94 Geminatio maſculinitatis, an operetur in caſu, de quo agitur.
95 Coniectura de deſcendentibus an operetur in d. quæſtione de filijs in conditione poſitis.
96 Diſtinctio, quæ fit inter deſcendentes teſtatoris, & extraneos, an ſit vera.
97 Conditio nihil ponit in eſſe.
98 Coniectura digreſſionis ad plures gradus ſubſtitutionis, an ſit vera.
99 Petens fundum Ceſani, cum petere deberet fundum Preſenzani, an obtineat.

DECISIO IIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IOannes q. Alexandri Rondinelli, de Lugo de anno. 1546. prima Aprilis, condidit teſtamentum, cuius tenor infra ponitur; ne contingat de eo Iudicari non lectis, cognitiſq. verbis ipſius cõtra ea, quæ tradit Mantic. de coniect. vlt. volu.
1 tit. 4. lib. 3. nu. 1. fol. 39. in quo ad effectum ne ſui liberi, eorumq. deſcendentes, & ipſis deficientibus ſui, eorumq. conſanguinei debita ſucceſſione bonorum per ſe, & ſuos maiores aquiſitorum fraudarentur, dictaq. ſua bona iuxta ſuam voluntatem melius conſeruarentur, vt ipſe teſtator in proœmio narrat.

2 In omnibus, &c. inſtituit hæredẽ D. Pantaſileam Vxorem, Alexandrum, Antonium, Camillum, Fabritium filios legitimos, & naturales.

3 Dictiſq. ſuis filijs deficientibus omnibus,

4 Et ſingulis in pupillari ætate,

5 Vel quandocumq. ſuam dilectiſſimam, dictoſq. ſuos filios ſuperſtites in capita;

6 Et ipſis mortuis eorum filios maſculos legitimos, legitimoq. matrimonio procreatos, & naturales inſtituit, atq. ſubſtituit, vulgariter, pupillariter, exemplariter, & per fideicommiſſum.

7 Et pro Ampliori declaratione dictæ ſuæ inſtitutionis, & ſubſtitutionis aduenientẽ caſu, quo dicti ſui hæredes, quod dicta ſua vxor non poſſet, vel nollet habitare, cum dictis ſuis hæredibus, vel aliquibus, vel aliquo eorum, quod omne in eius

merum

merum ſolutum Arbitrium, & conſcientiam re-
tulit,tūc;& eo caſu, vel caſibus ſucceſſiuè accidē-
tibus, voluit, atq. Inſtituit hæredes omnes, vel
aliquos,vel aliquem eorum cum quibus ipſa ha-
bitare noluerit, vel non potuerit, etiamſi dictus
caſus ſemel, & pluries in aliquibus perſpicitus
fuerit,& eſſe voluit ſolum in legitima quam pręſtari
voluit in terris de Diolo, & non alibi. Item
in terris,quas terras conſecutus eſt ex hæreditate
paterna, in ceteris autem Bonis ipſam Dominā
vxorem dicto caſu,ſeu dictis caſibus inſtituit, cū
ceteris dictis hæredibus, vel cum altero eorum,
qui cum ipſa manſerint, velmanſerit.

8 Et ſi caſus aduenerit, quod prædicta D. eius
vxor noluerit habitare cum dictis ſuis hæredi-
bus,vel cum nullo eorum,tunc cæteros ſuos hæ-
redes Inſtituit in eorum legitima tantum,quam
præſtari voluit in prædictis terris de Diolo, vt
ſupra,dictamq. Dominam eius vxorem caſu ad-
ueniente,& noluerit habitare cum aliquo dicto-
rum ſuorum hæredum inſtituit hæredem vni-
uerſalem in dictis alijs ſuis bonis,& etiam in do-
mo, quam ſemper præcipuam eſſe voluit.

9 Item in omnibus caſibus prædictis annullans,
& caſſans inſtitutiones, & ſubſtitutiones in caſi-
bus antecedentibus factas,aduenientibus caſibus
Inferioribus, quorum ordinem gradatim ſerua-
ri,& ſucceſſiuè annullari voluit, prout ſucceſſiuè
euenerint vſq. ad vltimum excluſiuè; & dicto
vltimo caſu adueniente dictam Dominam vt
ſupra, iterum, atq. iterum inſtituit, ipſa tamen
viuente, & ſeruante vitam caſtam, honeſtam, &
vidualem in Gubernatione dictorum ſuorum
filiorum,& hęredum, vel ſaltem ſuę hæreditatis.

10 Dicto vero caſu mortis.

11 Aut ſecundarum nuptiarum aduenientibus,
tunc, eis aduenientibus caſibus, & quolibet eo-
rum volui dicta bona, in quibus dicta Domi-
na inſtituta eſſe reperitur, pleno Iure ſpectare,
& pertinere ad prædictos eius filios, & hære-
des pleno Iure, atq. integrè abſq. diminutione
aliqua alicuius legitimæ, aut Trebellianicæ in
prædictis caſibus, vel aliquo eorum ſibi quo-
quomodo, Iure, titulo, & colore obuenire poſ-
ſent, & potuiſſent.

12 In dictis caſibus vel aliquo altero eorum vo-
luit ipſam habere lib. 400. videlicet libras 200.
in bonis mobilibus, & libras. 200. in pecunia
numerata, Videlicet in termino quatuor anno-
rum hoc eſt centum quolibet anno, prout di-
ctus Teſtator habuit, à d. q. eius ſocero, Diſpo-
13 nens,& grauans ipſam Dominam,quod donec
fuerit hæres ipſius teſtatoris, non poſſit aliquid
diſtrahere ex dicta eius hæreditate,ex quacumq.
cauſa,modo,& via ſub priuatione pręmiſſorum.

14 Inſuper dicto caſu adueniente,quod ob mor-
tem dictę ſuæ vxoris, vel aliquem alium caſum
ex prædictis.

15 Vel caſu adueniente, quod dicti filij ſuperſti-
tes dictæ ſuæ matri præmoriantur.

16 Tunc, & eo caſu voluit omnia ſua bona per-
uenire ad dictos ſuos filios, vt ſupra.

17 Adueniente vero ſecundo caſu proximè præ-
ſcripto voluit dicta bona deuenire pleno Iure
18 ad dictam ſuam matrē, Si vero caſus aduenerit,
poſt tamen mortem dictæ ſuæ vxoris, inſtituit,
& ſubſtituit præfatos eius filios, & hæredes per
capita, & eorum videlicet prædefunctorum fi-
lios,& deſcendentes per ſtirpes, & non per capi-
ta ordine ſucceſſiuo, & ſalua ſemper gradus præ-
rogatiua.

19 Mandans, & prohibens præfatos eius filios,
& hæredes, & eorum deſcendentes aliquid, nec
in caſu neceſſitatis vendere,nec alienare,nec etiā
titulo locationis, quā vltra quinquenium, quod
tempus vltra duas vices permiſſum eſſe noluit.

20 Et hoc ideo fecit, quia bona de ſuo labore
aquiſita in d. ſua agnatione voluit permanere.

21 Dictis vero ſuis deſcendentibus maſculis Item
ex maſculina linea procreatis fœminis exiſtenti-
bus, legauit cuilibet earum lib. 400.

22 Fęminis vero non exiſtentibus,tunc,& eo ca-
ſu legauit dominabus Agneti, Cremeti,& Octa-
uiæ, ſi ſuperuixerint.

23 Et ipſis non exiſtentibus in rerum natura ea-
rum filijs, & deſcendentibus legitimis, & natu-
ralibus in infinitum legauit lib. 300. pro quali-
bet in ſtirpes tamen, & non in capita, ita quod
portio præmortuæ ſuperuiuenti accreſcat.

24 Dictis vero filijs ex ſua linea, & ex dictis ſuis
Patruelibus, & earum filijs exiſtentibus.

25 Vel non exiſtentibus omnia alia ſua bona
mobilia, & immobilia, Iura, & actiones, præ-
mortua ſemper dicta ſua vxore vel vltimo ma-
ſculo ex perſona maſculina procreato ex legiti-
mo matrimonio, vt ſupra pleno Iure ſpectare
voluit, abſq. diminutione legitimæ, & trebellia-
nicæ, vt ſupra, Item Domino Hieronimo q. Ma-
gnifici Domini Cæſaris Rondinelli pro tertia,
& pro tertia Alfonſo q. Magnifici D. Antonij
Rondinelli, pro vltima tertia Io. Paulo, Io. Ma-
theo, Antonio, & Cæſari q. D. Alexandri Ron-
dinelli cum grauaminibus, & ex cauſis, de qui-
bus ſupra.

26 Ipſiſq. vel altero eorum Videlicet, quem-
libet in ſua ſtirpe mutuo, & viciſſim ſubſtituit
pleno Iure, vt ſupra.

27 Ipſiſq. ſtirpibus aliquibus deficientibus ſine

filijs

filijs maſculis,vt ſupra,ſtirpem,vel ſtirpes ſuperſtites ſubſtituit, vt ſupra.

28 Dictiſq. omnibus ſtirpibus deficientibus Videlicet eorum maſculis, ex maſculina linea, & legitimo matrimonio procreatis vltimo loco ſubſtituit.

Hoſpitale Sanctæ Mariæ de Lugo pro duabus tertijs, & conuentum Sancti Dominici de Lugo pro alia tertia rogans, &c. vt dignentur ſupplicare Deo pro anima ſua, &c.

Obijt teſtator, nec non Antonius, & Fabritius, ante matrem, & quilibet eorum ſine filijs.

Succeſſiuè deceſſit Pantaſilea mater,quę nunquam declarauit,ſe nolle,aut non poſſe habitare cum filijs.

Poſtea mortuus eſt Alexander, vnica relicta filia nomine Agneſina.

Demum obijt Camillus, ex Iunipera filia præmortua relictis nepotibus, &c.

Domini de Rondinellis deſcendentes, à dd. Dominis Hieronimo, Alfonſo, & Alexandro prætendentes eueniſſe caſum fideicommiſſi ad eorum fauorem, & ad illud omninò debere admitti excluſis præfatis nepotibus Camilli ex dicta prædefuncta filia, aut alijs Alexandri ex fęmina deſcẽdentibus, egerunt cõtra Excellentiſs. D.Guidonem, & D.Io. Baptiſtam de Caſſanis, & alios tertios poſſeſſores bonorum memorati fideicommiſſi vigore d. teſtamenti, non aboliti, neq. cãcellati ex remedio.l.fina.C.de Edict. Diu. Adrian. tollen. & quocunq. alio remedio,&c.ab Excellẽtiſſimo D.Gratiano Rot.Auditore Iudice ſubrogato in locum D. Gubernatoris Lugi reportauerunt ſententias fauorabiles, cum certis reſeruationibus, de quibus in illis, à quibus cum fuiſſet appellatum per Caſſanos, & alios conuentum, & cauſa fuiſſet commiſſa Excellentiſſimo Domino Minio pariter Rot. Auditori ex numero confidentium, qui ſententias dicti primi Iudicis reuocauit. DD. Rondinelli Appellauerunt, à dictis ſententijs, & obtinuerunt ab Illuſtriſſimo,& Reuerendiſſimo D.Cardinale Legato cauſam committi Auditorio Rotæ,coram quo, cauſa propoſita dubitatum fuit.

An venerit caſus fideicommiſſi.

Secundo An poſſit detrahi funeris Impenſa. Æs alienum, legitima ac trebellianica filijs d. q. Ioannis debita.Dotes vxorum ipſius,& filiorum ab Ipſo Domino Ioanne receptæ,legata, & melioramenta vtilia, & neceſſaria.

Tertio an bona ſuper quibus per Dominum Ioannem Paulum Rondinellum vnum ex actoribus lite pendente ſuit tranſactum, dimittendo, ſeu relaxando,ac recipiendo certas petias terræ à Dominis Caſſarijs reis conuentis poſſint per alios actores cohæredes de Rondinellis vendicari tamquam alienata contra expreſſam prohibitionem teſtatoris.

Quarto an in memorato fideicommiſſo Io. veniant etiam bona Alexandri eius patris ſtante teſtamento eiuſdem, In quo ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit d. Ioannem eius filium legitimum, & naturalem; & maſculos naſcituros ex Agneſina eius vxore æquis portionibus, cum dicto Io. & ſi naſcentur fęminæ eas inſtituit in libris.150.monetæ pro qualibet, & ſi dd.ſui filij Maſculi, & hæredes quandocumq. decederent, ſine filijs maſculis, ſubſtituit eis Hieronimum fratrem ipſius teſtatoris.

Quinto ex his an ſententia, ſeu ſententiæ memoratę eſſent confirmandæ vel Infirmandæ.

Incipiendo à primo dubio, Domini cõcorditer dixerunt eueniſſe caſum fideicommiſſi ad fauorem Excellentis Domini Antonij, aliorumq. de Rondinellis.

Moti quia cum deceſſerit Pantaſilea vxor teſtatoris,omneſq. eius filij,ſitq. eius linea maſculina extincta, factus fuit locus fideicommiſſo, & ſubſtitutionibus in eo appoſitis ad fauorem DD. Rondinellorum, tamquam ex deſcendentibus ſubſtitutorum in d. teſtamento per verba diſpoſitiua,& præceptiua, quę abſq. dubio ſemper inducunt fideicommiſſum. Peregrin. de fideicom. art. 1.num.5 .fol.6. expreſſi vocatorum,nempe Alfonſi,Hieronimi, & Alexandri,vt Arbor ipſa eorum ſtirpium apertè demoſtrat, & probatur propoſitiones confeſſatas per DD.Caſſanos, & reſtitutionẽ bonorum eidem fideicommiſſo ſubiectorum, quæ tempore mortis teſtatoris exiſtebant, de quibus ſufficienter fuiſſe probatum conſtat, tam per extimum Ioannis, & poſt eius mortem Camilli,& Alexandri eius filiorum deſumptum ex libro publico communitatis Lugi, & productum in præſenti cauſa, qui quidem liber extimi adeò probat in caſu,& ad effectum,de

29 quo agitur,vt in puncto tradit Alba.conſ.6.pręſupponitur in facto num.8.lib.1.fol.6.quem refert,& ſequitur Peregr.in ſuo tract. de fideicom. art.44.num.7.fol.406. de quo meminit Nicola. Gen.de ſcriptur.priuat.lib.5. in tit. de lib.extim. Quæſt.1.num.8.& 9. & num. 18.fol.270.Quod dicenti contrarium incumbit onus probandi ob præſumptionem,quod res dicatur fuiſſe, & eſſe in bonis illius ad cuius nomen ſuit deſcripta, donec contrarium probetur per dicentem rem illã eſſe ſuam vel ab eo poſſideri, vt poſt Bald.Caſtr. & Bart. Socc. tradit idem Peregr. loco proximè citato num.12.fol. 407. Quam per teſtes reſpe-

ctiue

ctiuè deponẽtes de domo poſſeſſa per Caſſanos,
& de alia ibi contigua, quæ ad præſens tenetur
per Dominum Gauatium, & Zannottos, de bo-
nis in fundo Dioli, de bonis in fundo Saliani,
De bonis ſitis in Villa Sancti poſitis nempe in
fundo Biedarũ, in fundo Campadelli, In fundo
Petrignani, de ſundo Quarantulæ, quæ reuerà
non controuertuntur. Ex intentato remedio. l.
fina. C. de edict. Diui Adrian. toll. cuius requiſi-
ta plenè probarunt actores, ex iam dictis.

30 Quod huiuſmodi lex finalis. C. de edict. Diui
Adriani tolle. non intret quando nulla per hæ-
redes fuit facta reſtitutio hæredibus fideicom-
miſſarijs l. facta reſtitutione. ff. ad trebell. l. 1. ff.
Communia delegat: Gloſſ. & doctor. in l. ſi ſine.
C. ad trebell. & in l. ſi legatus. ff. eod. titu. Pe-
regr. de fideicom. artic. 48. numer. 5. fol. 439.
& ſeq. non applicatur quia id non procedit de
31 æquitate canonica, vt tradit Bald. in C. in præ-
ſentia. nu. 31. in Verſic. dicas, quod extra de pro-
batio: dicens, etiam de Iure Ciuili aliquando
hoc euenire. Deciſ. ibidem nu. 115. Paris conſil.
12. trãſactio iſta. nu. 115. lib. 2. ſol. 39. & Rimin.
32 Iun. conſ. 363. Magnificus Dominus Cæſar. nu.
26. lib. 4. fol. 65. quæ præualet, & attenditur, etiã
de Iure Ciuili. Deciſ. in dict. C. in præſentia ex-
tra, de probation. d. nume. 115. maximè in terris
Eccleſiæ, in quibus viget, ac ſeruatur Ius canoni-
cum, vt poſt Grat. cõſ. 37. Viſis ſubtiliſſimis du-
bijs, col. 4. nu. 25 fol. 58. lib. 1. tradit Ronchagal.
in l. 3. §. vbi duo, de duob. reis nu. 126. fol. 162.

Nec quando per hæredem facta eſt reſtitutio
primo fideicommiſſario, vt hic, quia tunc ipſo
33 Iure actiones tranſeunt in ſecundum fideicom-
miſſarium abſq. reſtitutione, vt de hoc eſt tex. in
l. penult. §. fin. C. ad trebel. & conſuluit Bero.
conſ. 58. Viſo teſtamento, num. 3. lib. 2. fol. 229.
Rurſus dixerunt remedium, d. l. fin. C. de edict.
Diu. Adrian. tollen. dari hæredi, & fideicõmiſſa-
rio, quando bona reſtitutioni ſubiecta, penes ali-
quem reperiuntur, qui ab alio, quam à teſtatore
poſt eius mortem titulum habet, vt poſt Alex.
conſ. 4. Videtur inſpectis col. 8. Verſ. retenta er-
go communi opinione, lib. 2. fol. 6. Afflict. deciſ.
119. vtrum diſpoſitio. l. fin. circa fin. verſiculo
fuit concluſum, nu. 6. ſol. 107. tradit Brun. conſ.
141. cogitaram in præſenti nu. 5. fol. 312.

Dum abijcitur Rondinellos non poſſe ex ſe-
quẽtibus ſuccedere in fideicõmiſſo; de quo agitur

Primò, quia nulla extat pars teſtamenti, quæ
ad eorum fauorem ſit clara, ſiue id euenerit ex
34 imperitia notarij, quæ & periculoſa eſt, mũdum
deſtruit, ponitq. conſcientiam proborum viro-
rum in magno diſcrimine Cagnol. in l. librarius
nu. 2. ff. de regul. Iur. fol. 702. quia multi ſunt no-
tarij nomine, pauci verò re, & intelligẽtia, Marſ.
ſing. 466. quoniam multi, fol. 126. ſiue ex alia
cauſa, vt ex ea ſuccedere non poſſint, nempe
35 quia talis voluntas ſit dubia, quæ non attendi-
tur. l. ſi alij. ff. de vſufruct. legat. l. in ambiguo. ff.
de reb. dub. Crauett. conſ. 180. Quando reddidi,
in fin. verſ. poſtremo, fol. 184. & conſ. 328. quæ-
ritur, nu. 14. part. 3. fol. 5. Mantic. de coniectu. vl-
tima: volunta. lib. 3. tit. 4. nu. 3. fol. 39.

36 Vel aliquid in teſtamento ſcriptum ſit, quod
pro non ſcripto habetur. l. quo tutela, 74. §. quæ
in teſtamento. ff. de Reg. Iur. l. 2. ff. de his, quæ
pro non ſcript. haben. & in l. 1. ff. de his, quæ in
teſtam. delen.

Secundò, quia teſtator vtitur verbis commu-
37 nibus, tam maſculino, quàm fœminino generi,
vt num. 24. ibi dictis verò filijs ex ſua linea, quæ
referuntur, tam ad filios maſculos, quàm fęmi-
nas, de quibus ſupra locutus fuerat, vt æqualis ſit
38 omnium determinatio. l. cum hoc Iure. ff. de
vulgar. & pupilla, & demonſtrant Rondinellos
nõ fuiſſe vocatos, niſi in defectum vtriuſq. lineę.
39 Tertio quia idẽ colligitur ex proœmio dicti te-
ſtamenti, ex quo ſolet declarari finalis intentio
ipſius teſtatoris loquentis. l. fin. ff. de hæred. in-
40 ſtituen. vt ibi. nu. 1. in verſiculo, ne ſui liberi eo-
rumq. deſcendentes, &c. cum appellatione libe-
rorum, & deſcẽdentium veniant omnes vtriuſq.
Sexus liberi, & deſcendentes, vt per. l. liberorum
l. cognoſcere. §. liberorum, l. nõ eſt ſine liberis. ff.
de verborum ſignifi. l. fin. ff. de pollicita. l. ſed ſi
hac. §. liberos. ff. de i Ius vocan. & §. 1. in authen.
de Hęredi. venien. ab Inteſta. poſt Alex. Corn.
Socc. Iaſo Deci. Curt. Iunio Alb. conſ. 19. caſus
Iſte verum, num. 7. lib. 1. fol. 24. Rolan. conſ. 82.
factum præſentis nu. 31. fol. 198. & 40. 41. lib. 3.
fol. 199. tradit Peregrin. de fideicom. art. 22. nu.
43. fol. 198. & Art. 25. num. 8. fol. 235. vbi etiam
alios allegat.

Quarto, quia idem ſuadet principium inſti-
tutionis vniuerſalis, in qua poſtquam teſtator
hæredes ſibi inſtituit Pantaſileam, Antonium, &
alios filios ſtatim reciprocam ſubſtitutionem in-
ter eos fecit, de qua num. 3. cum ſequentibus, ibi
41 dictiſq. ſuis filijs, &c. quę reciproca licet ſimplex
inter eos abſq. alia conditione qua mortis, in-
telligitur ſemper ſub conditione, ſi ſine filijs, tam
maſculis, quàm fœminis deceſſerit. l. cum auus de
condit. & de moſtra. l. cum accutiſſimi C. de fi-
deicom. l. generaliter. §. cum autem, de Inſtitu-
tio: & ſubſtitutio: Seraphin. Deciſ. 1216. Andreas
Stanchus per tot. part. 2. fol. 146. Cephal. conſ.
46. Adhuc, videtur, nu. 57. lib. 1. fol. 84.

Quinto

Quinto, quia vocatio, ſeu ſubſtitutio Rondi-
nellorum eſt concepta ſub conditionibus volun-
tarijs, ſi dicta Pantaſilea vxor teſtatoris erit hæ-
42 res Vniuerſalis, quia noluiſſet, aut non potuiſſet
cohabitare, cũ filijs, quæ voluntariæ conditiones
habẽt impleri in forma ſpecifica, abſq. eo, quod
in his poſſit fieri extẽſio de caſu ad caſũ ex ſimi-
litudine, & identitate rationis ad tex. in l. qui hæ-
redi, & in l. Meuius. ff. de cõditio. & demõſtra. &
theorigam. Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum
col. 3. nume. 5. ff. de lib. & poſth. & facta cum hoc
43 ſuppoſito, quòd D. Pantaſilea fuerit hæres Vni-
uerſalis, quo ceſſante, ceſſat quoque eius diſpoſi-
tio, vt poſt Gloſſ. in l. Mancipia. C. de ſer. fugiti.
Bart. Roma. Deci. Ruin. Cephal. Hippolit. Ri-
min. Becc. & alios conſuluit Surd. conſ. 150. ver-
ba contractus. nu. 78. lib. 1. fol. 682. & alibi ſæpè,
vt conſ. 45. excludenda, nu. 20. fol. 209. & conſil.
135. Non ignoro, nu. 50. eod. lib. 1. fol. 609.

44 Sexto, quia in omnem caſum fideicõmiſſum
euanuit, & caducatum fuit, ex quo Hieronymus,
Alfonſus, Ioannes, Paulus, & alij fratres ſubſtitu-
ti præmortua vxore, vel vltimo maſculo, vt nu.
25. ibi, vel non exiſtentibus, &c. præobierunt
maſculis teſtatoris. l. vnica. §. ſin autem aliquid
C. de Caduc. tollen. Rot. diuerſorum Deciſio.
374. Domini abſq. difficultate. n. 1. p. 1. fol. 226.

Ad primum obiectum Reſponſum fuit præ-
dicta non procedere in ſpecie, de qua agitur vbi
vocatio auctorum DD. de Rondinellis, de qua
nu. 25. ibi, vel non exiſtentibus, &c. eſt clara, ac
manifeſta, non autem in aliqua ſui parte ambi-
gua, cum reperiantur vocati præmortua vxore,
45 vel vltimo maſculo, ideſt, & vltimo maſculo co-
pulatiuè, vt euitetur abſurdum, quod venire po-
tuiſſet, vbi alternatiuè poſita fuiſſet, ad tradita
per Peregr. de fideico. art. 13. nu. 34. Verſic. limi-
tatur tamen. ſol. 123. & faciunt tradita per Alber.
in dictione vel.

Vt quoq. clara eſt ſubſtitutio, ſub qua com-
prehenduntur dicti Domini Rondinelli, de qua,
num. 26. ibi ipſiſq. vel aliquo eorum, &c. quibus
facienda eſt reſtitutio memorati fideicommiſſi
Iuxta tradita per eundem Peregrin. de fideicom.
art. 14. num. 7. verſ. at ſecus ſol. 129.

46 Et quod, vbi conſtat de alia volũtate defuncti
obiecta non officiant euidenter per tex. in l. 1. C.
de conditio. inſert. probat Peregrin. articul. 25.
num. 10. ſol. 235. Ratio eſt quia, à tali voluntate,
quę facit totum. l. ex facto. ff. de hæred. Inſtituen.
non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. Pe-
regrin. ibidem.

47 Quod autem voluntas teſtatoris talis fuerit, &
48 quod de fęminis teſtator non curauerit, facilè
percipitur ex ſæpè ſæpius repetita qualitate ma-
ſculinitatis, de qua, nu. 6. ibi eorum filios maſcu-
los, &c. nu. 21. ibi deſcendẽtibus maſculis. nu. 25.
ibi vel vltimo maſculo. numer. 27. ibi ſine filijs
maſculis. nu. 28. ibi Videlicet eorum maſculis ex
maſculina linea, &c. Rota diuerſorũ Deciſ. 374.
Domini abſq. diffieultate. num. 5. cum præced. &
ſeq. p. 1. fol. 226. Theſaur. Deciſ. 188. conditio ſi
49 ſine filijs. num. 2. fol. 161. vbi apertè dicit, quòd
neptis, tunc non excludit ſubſtitutum, & tantò
magis, cum Rondinelli ſint de familia teſtatoris,
vt ibidem nu. 3.

Item quia maſculi ſunt ſubſtituti, vt ſupra,
quo caſu nepotes maſculi, ex filia concepti, non
debent admitti, vt poſt Deci. conſ. 139. Primò,
non videtur. num. 5. fol. 22. & Crauett. conſ. 22.
Magnificus Dominus: nu. 10. ſol. 36. atteſtando
* de communi tradit Mantic. de Coniectur. vlt.
Vol. lib. 8. titu. 8. nu. 23. ſol. 186. imò, vt inquit,
Crauett. loco proximè citato in fine dicti conſi-
50 lij, quod maſculi deſcendentes ex fęminis exclu-
ſis admitti poſſint ex teſtamento, Iure defendi
non poteſt.

Et etiam quia maſculi ſunt poſiti, cum illa
qualitate, quod ſint legitimi, & de legitimo ma-
trimonio procreati, & naturales, vt numer. 6. ibi,
& ipſis mortuis eorum filios maſculos legiti-
mos, &c. quo caſu multo magis d. Concluſio
51 procedit ſecundum Deci. d. Conſil. 139. num. 5.
verſiculo, & prædicta concluſio, quaſi voluerit
habere rationem cõſeruandæ agnationis, de qua
in eodem teſtamẽto. nu. 20. ibi, & hoc ideo fecit,
quia bona de ſuo labore aquiſita in d. ſua agna-
tione voluit permanere, & excludere illegitimos
52 iura agnationis non habentes. l. ſi ſpurius. 4. ff.
vnde cognat. Corn. conſ. 200. ad Euidentiam,
num. 10. & ſequent. libro quarto fol. 166. Aimo
Crauet. cõſil. 138. Deceſſit Martinus. num. 3. fol.
242. ſed cognationis tãtum. l. hac parte 2. ff. eod.
53 Quo caſu in conditione ſi deceſſerit ſine filijs,
non continentur fęminę, quæ non ſunt aptæ cõ-
ſeruare agnationem, vt poſt Socc. Ruin. Grat.
Pariſ. Gabr. & alios ſcribit Menoch. de præ-
ſumpt. præſum. 84. nu. 8. lib. 4. fol. 647. ſed præ-
ſumitur illa qualitas maſculinitatis repetita in ea
nominatione ſimpliciter facta de filijs, vt per
eundem Menoch. loco proximè citato. nu. 6.

Et quod non contineantur fęminæ dicto
caſu, in quibus non conſeruatur agnatio, di-
ctaq. qualitas maſculinitatis cenſeatur repetita
per multa Iura, quæ allegat, tradit Peregrin. de
fideicom. art. 25. nu. 47. fol. 244. & num. 48. ſol.
55 245 reſpectiuè. Idem tenet Mantic. deciſ. 319.
Apud me nu. 6. fol. 507. qui coniecturã memo-

ratam

ratam conſeruandæ agnationis potentem Appellat;Imò Peregrin:de fideicom.Art.22.nu.25 fol. 195. poſtquam explicauit, qui ſub agnationis nomine contineantur, dixit reperiſſe, á grauiſſimis auctoribus reſponſum in fideicommiſſis ordinatis in fauorem agnatorum, pro conſeruatione bonorum in familia,& in agnatione fęminas agnatas, non contineri.

Quæ voluntas pręualet,ac attenditùr Mantic.
56 de Coniectur.vlt.voluntat.Titul.8.lib.8.nu.56. verſiculo, niſi repugnet fol. 206.vbi dicit, quod licet,ſub appellatione maſculorum,non veniant deſcendentes ex fęminis,tametſi ſint maſculi, tamen veritas ſeu magis, communis opinio eſt, quod de proprietate ſermonis comprehendatur, &admittatur cum effectu,niſi aliquid repugnet. Item, Materia ſubiecta, vt patet in feudo, & diſpoſitione facta fauore agnationis, quæ hic eſt clariſſima, vt patet num.20.ibi quia bona de ſuo labore aquiſita in d.ſua agnatione voluit permanere,&c. tam effectiuè, quàm contentiuè, vt demoſtrat. d.ſubſtitutio Hieronymi.nu.25. ibi D. Hieronymo, &c. & aliorum maſculorum tranſuerſalium excluſis fęminis, tam deſcendentibus ipſius teſtatoris, quam collateralibus proximioribus,vt nu.27.ibi deficientibus ſine filijs maſculis,& nu.28. ibi Item eorum maſculis ex maſculina linea,& legitimo matrimonio procreatis,ad tradita per Mantic.de coniectur.vlt.vol.lib.6.titul.15. nu.2.& 8.fol.139. vel expreſſa mens teſtatoris, quæ pariter clariori non indiget expreſſione.

Et ſi quid ex imperitia notarij obijci poſſet, vel fortè, quod teſtator eſſet diminutus, Ita, vt oporteat ſenſu Intellectuali perficere orationem, quæ in ſuo conſtructu perfecta non eſt.

57 Domini dixerunt Imperitiam huiuſmodi nō nocere partibus. Maſcard. de probatio conclu. 1099.nu.19.& 20.lib.2.fol.577.Et diminutio-
58 nem præfatam poſſe ſuppleri per Infraſcripta Iura, de quibus meminit Peregrin. de fideicom. art.11.nu. 26.fol. 88.

Primo per tex.in l.ſi in teſtamento 109. ff.de legat. 1. vbi ſi in teſtamento ſcriptum ſit hæres meus centum Licinio damnas eſto ad ſuſtinendum legatum ſubintelligitur dare, & Bart. in
59 ſummario notat,quod oratio Imperfecta perficitur ex præſumpta voluntate defuncti.

Secundo per tex.in l.verbum volo.C.de fideicom. vbi ſi in teſtamento ſit ſcriptum Titio decem dari, ſub Intelligitur verbum volo ad ſuſtinendum relictum.

Tertio per tex. in l. vnum ex familia. 69. §. ſi omiſſa.ff.de legat.2. Vbi ſi omiſſa fideicommiſſi verba ſint, & cętera, quæ leguntur cum ijs, quæ ſcribi debuere,congruant rectè datum, & minus ſcriptum exemplo inſtitutionis, legatorumq. intelligetur.

Quarto per tex.in l.1.ff.de hæred.Inſtitut.vbi valet inſtitutio facta Illis verbis, Lutius eſto, vel Illis, Lutius hęres, quia ſub intelligitur id, quod deeſt.

Quinto per tex.in l. cū pater 79.§. cum Imperfecta.ff.de lega.2.vbi Oratio Imperfecta, perficitur ex præcedenti, aut ſequēti ſi congruè fieri poteſt, & quod fit, ex mente loquētis factum dicitur, vt poſt Rip.in Rubr.ad trebel. nu.2.Curr. Iun.conſ.5. videretur prima nu.15.fol.12.tradit Pereg.de fideico.d.art.nu.27.eod.fol.88.

Idem quoque dixerunt, ſi error falſæ grammaticæ, & latinitatis in d.teſtamento fortè reperiretur, nam falſa grammatica, & mala latinitas, non poteſt vllo modo ſubuertere claram,& perſpicuam teſtatoris voluntatem,vt poſt Bart.in l. Plautius 9.nu.5.ff.de aur.& Argent.legat.tradit Paul.de Caſtr.conſ.308.In iſto.facto nu.2.lib.1. fol.161.Gloſſ. in l. Imperator.ff.de Stat. homini in verſ. Imperator litera T.

Ad ſecundum obiectum, quod Rondinelli; nō ſint vocati,niſi in defectū lineæ maſculinæ,& fęmininę,quia teſtator vtitur verbis cōmunibus.

Reſpōſum fuit,quod illa verba,dictis vero filijs ex ſua linea.num.24.non applicantur,nec faciunt, cùm intelligantur in illo propoſito de filiabus tantum, non autem de filijs, & filiabus ſimul, vt correſpondeant ſuperius in teſtamento diſpoſitis,& non contradicant ſequentibus, nam ſi intelligerentur, de maſculis, & fęminis ſimul,
61 illud verbum,dictis, non poſſet referri ad proximiora,& ſic ad filias fęminas,de quibus in proximè antecedenti caſu,vt referri debet, cum ſit relatiuum pręcedentium,cum omnibus ſuis qualitatibus.Bart.in l.1.§. hoc edicto.n.2.ff.de Poſtulā.Pariſ.conſ.58.ſi uis commune num.18. lib.4. Deci.conſ.465. Perſcrutatis verbis.num.8.& 9. Part.4.fol.21. Curt. Iun.conſ.58.circa præmiſſam conſultationem.col.1.nu.2.fol.76. Crauett. conſ. 98. nobilis, & Potens, numer.8. fol. 100. Cephal. conſ.44. Magnificus Dominus.numer. 13.lib.1.fol.79. Rimin. Iun.conſ.37. Illuſtriſſ. num.8.lib.1.fol.172. & contradicerent ſequentibus,vbi dicitur, & earum filijs, quæ verba non
62 applicantur maſculis, & fęminis communiter, ſed filiabus tantum. Quod non eſt dicendum maximè cum ex præcedentibus, quæ declarant ſequentia. l. ſi ſeruus. Plurium. 53. §.fina. ff.de leg.1.Gerard. Mazzòl.conſ.51. pro defenſione. num.15.fol.129. Soccin.conſ.52. Dominus Labia

bia mea.numē.10.lib.1. Et ex ſequentibus, quæ declarant præcedentia l.1.§. fina. C. de Impo- nen.Lucrat.deſcriptio.lib.10.Crauet.conſ.101. Nobilis Guigo nu.3.fol.103. Magon.deciſ.Floren.117. D.Zenobius.nu.27.fol.346.apertè cōſtet teſtatorem intellexiſſe de filiabus tantū, non autem de maſculis,& fœminis ſimul.

Ad tertiū obiectū de intētione teſtatoris,quæ colligitur ex proœmio ipſius teſtamenti fuit re-
63 ſponſum non procedere circa ea, de quibus teſtator apertè diſpoſuit in eodem teſtamēto,nam illa vti clara aliquam, à proœmio non recipiunt declarationem.

Secundo fuit reſponſum, quòd teſtator, qui
64 excluſit filias fœminas in inſtitutione propter maſculos, multo magis voluit excludere neptes, & eius filios in ſubſtitutione ad tradita per Cephal.conſ.46.adhuc videtur.nu.39.lib.1.fol.84. & Rolan.à Valle, conſ.82.factum.num.8.lib. 3.fol.198.

Ad quartum obiectū,quòd ſubſtitutio,de qua agitur, *intelligitur ſemper ſub conditione ſi ſine filijs*, tam maſculis, quam fœminis deceſſerit.

Dictum fuit iura ad id probandum allegata
65 procedere ex coniectura pietatis,quę ceſſat,quādo vt hic teſtator exclusit fœminas propter maſculos, cum dicatur tunc diligere filium, non vti filium, ſed uti maſculum, & eius poſteritatē maſculinam, vt probat Ruſt. in d.l.cum auus.ff.de conditio.& demonſt.lib.3.c.10.nu.43. fol.435. Vltra quod id nō procedit in ſpecie, de qua agitur ex iam dictis, nec in contrariū allegata applicantur ad hanc ſpeciem, in qua expreſſè conſtat teſtatorem voluiſſe conſulere agnationi, & conſeruationi familiæ, vt per eundem Seraph. d.deciſ.1216.nu.6.par.2.fol.146.

Ad quintum obiectum, quod ſubſtitutio fuit facta ſub conditionibus volūtarijs, ſi vxor teſtatoris erit hæres vniuerſalis, quia noluiſſet,vel nō potuiſſet habitare cum filijs, & retēto ſemper eodem themate, quæ cauſa nunc ceſſat.

Fuit reſponſum, id non probari ob varios caſus dicti teſtamenti, ex quibus ſemper dictum idem thema retineri non potuit, qui ad euitandum prolixitatem omittuntur, maximè eum ex teſtamento memorato facilè colligantur, & appareant.

Secundo fuit reſponſum, quod id thema non
66 potuit retineri, quia aliqui ſunt caſus diſpoſitiui, alij conditionales, ad quos vniformis non fit relatio, præſertim cum illa fiat ad proximè diſpoſitiuè prolata, non autem conditionaliter, aut acceſſoriè, vel incidenter, ſeu enuntiatiuè, vt poſt Bartol.in l.ſi cui.55.§.ſi à filio.ff.de leg.1. Aretin.in §.apium in 4.notab. Inſtitut.de rerum diuiſio. Ruin.conſil.131. Quia iampridem. nu.3. & 5.lib.2.fol.182.& alios conſuluerunt Cephal. conſil.107. Magnificus Dominus Cæſar. nu.7. lib.1.fol.184. & Surd.conſil.430. quod Domina Maurelia.num.20.lib.3. fol.662. Vt ſunt illa concernentia vxoris viduitatem, de qua.num.9. ibi ipſa tamen uiuente, & ſeruāte vitam caſtam, & vidualem, tranſitum ad ſecundas nuptias, de quo.num.11.ibi aut ſecūdarum nuptiarum,quod ſit hæres vniuerſalis, vt nu.8.ibi dictamque Dominam eius vxorem &c. & Mortem, de qua.nu. 10.ibi dicto caſu verò mortis &c.

Tertiò fuit reſponſum, quod ſi dicta ſubſtitutio facta fuiſſet ſub dictis conditionibus voluntarijs, ſi vxor erit hæres vniuerſalis, & filij non potuiſſent ſuccedere matri, niſi illa prius fuiſſet effecta hæres vniuerſalis fruſtra mater fuiſſet ſubſtituta filijs ſi ijdem præmorerentur, vt nu.17. ibi.adueniente vero ſecundo caſu,cum eiſdem filijs in ſola legitima,eo caſu inſtitutis nihil rema-
67 neret in quo grauari poſſent, ſed conſequens eſt falſum, quia talis interpretatio eluſorij actus non eſt recipienda ergo,& antecedens.

Ad ſextum, & vltimum obiectum de caducatione fideicommiſſi, quia ſubſtituti obierunt ante inſtitutos.

68 Fuit dictum id in facto non verificari, quia Ioannes Matthęus nominatus in teſtamento,ſuperuixit Camillo vltimo grauato, & vna cum alijs cōtra Dominos Caſſanos, & alios iudicium inſtituit, quo caſu de tranſmiſſione fideicommiſſi nullo modo dubitari poteſt.l.in perſonam. C. de fideicōm.

Circa ſecundum principale dubium de detractionibus per reos conuentos, faciendis,& in ſententijs ad fauorem actorum de Rondinellis ſpecificatis.

69 Domini in primis dixerunt poſſe detrahere impenſam funeris, quia illa debetur ex quaſi contractu cum defuncto.l.1. ff.de Religios, & ſumptib. funerum, & ibi Aſſini.nu. 1.fol. 20. ex actione funeraria, quæ ex æquitate competit, etiam illi, qui ſe hæredem putabat, & niſi id arbitratus eſſet nōn funetaſſet, vt per Aſſin. vbi ſupra in l.14.§.quoniam.num.13.fol.288.

70 Secundo æs alienum, quia creditores præualent omnibus per teſtatorem honoratis hæredibus, legatarijs,& fideicommiſſarijs.l.Papinianus §.Quoniam autem quarta. ff.de inoffic. teſt. l.in quantitatē. §.fin. ff.ad leg.falcid.l.ex aſſe.ff.eod. Salic.in l. 2. C.ad Trebell. Peregr.de fideicom. art.4.num.6.fol.42.

71 Tertiò legitimam, quia illa quo ad fideicom-

miſſatios, & legatarios loco æris alieni habetur, & ante eos detrahitur d.l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic.teſta.& præualet legatis,& fideicommiſſis, etiam ad pias cauſas relictis Bartol. in d.l. Papinianus.§.ſi Imperator. Ruin. conſ.89. quo ad primum.num.7. lib.3.fol.148. Rolan.conſil. 65.præſuppoſita.num.27.lib.1.fol.368.& conſ. 39.quatuor ſunt.num.29.lib.3.fol.29. cum alijs citatis per Peregrin.de fideicomm.d. artic.4. nu. 14.fol.42.

Et in hoc non fuit aliqua controuerſia, maximè cum per reos conuentos allegaretur ſententiam latam, à primo Iudice circa legitimam feciſſe tranſitum in Iudicatum, & non poſſe de eius detractione vlterius dubitari eo prætextu, quod fuerit à teſtatore prohibita,& per hæredem, ſeu hæredes addita hæreditas, quia quamuis iſta quæſtio, non tranſeat ſine contradictione, per ſimplicem additionem ſatis clarum videtur, quod filius, ſibi non præiudicat in legitima requirente particularem expreſſionem.

72 Quarto Trebellanicam, quia licet de iure cõmuni in filijs primi gradus valdè dubium ſit, an Trebellanica poſſit prohiberi ob doctores pro & contra tenentes cumulatos per Medic.deciſio. 61.circa primum.fol.125.qui tenet negatiuam, & me in deciſ. Marchiæ deciſ.11. Trebellianica. fol. 17. vbi pariter cumulatis Doctoribus hinc inde tenui affirmatiuam, nempe Trebellianicam filijs primi gradus poſſe prohiberi, hæc tamen altercatio ceſſat in hac ciuitate Ferrariæ, in qua præualet negatiua opinio, quod non poſſit Trebellianica filijs primi gradus prohiberi, vt
73 eſt notorium,& tradit Laderch.conſ.26. Legitima olim.nu.12. fol.108. Imò filij primi gradus illam non amittunt, etiam ſi inuentarium non confecerint, vt pariter atteſtando de conſuetudine ciuitatis Ferrariæ conſuluit Bertazzol. conſil.79. motiua. numer.5. fol.354. dicens, quod ita iudicauit, & quod eius ſententia fuit confirmata per conſilium iuſtitiæ, loco cuius ex conſtitutione fęlicis recordationis Clementis Papæ octaui.num.43. fuit ſubrogata Rota. Idem atteſtando de conſuetudine huius Ciuitatis Ferrariæ poſt Bertaz. vbi ſupra, & Simon. de Pret. de interpretatio.vltim. voluntat.lib. 3.dubit. 5. fol.6.nu.9.fol.... tradit Peregrin. de fideicom.
74 artic.31.numer.74.verſiculo, vbi hanc, verſic.& ſic Ferrariæ. fol. 31. quibus ſtandum videtur ad tradita per Natt.conſil.218.licet de iure.num.4. lib.1. fol. 483. Dum loquitur de doctore atteſtante de conſuetudine.

Sed quia dubitatum fuit, an d. conſuetudo Ciuitatis Ferrariæ ſe extendat ad terram Lugi.

Secundo, an dicatur ab ea receſſũ per ſimplicem additionem hæreditatis, quaſi acceptata fuerit prohibitio Trebell.facta filijs primi gradus.

Tertio, an obſtet, quod hic agitur de prohibitione Trebellianicæ facta imperſonaliter.

Satisfaciendo his difficultatibus, circa primũ, Domini dixerunt memoratam conſuetudinem Ferrariæ, quæ alias vti ſtricti iuris non uidebatur extendenda de vno caſu ad alterum, nec de perſona ad perſonam, nec de loco ad locum, nec de re ad rem contra ius commune ad tradita per Tob.Non.conſil.11. viſis, & diligenter. num. 4. 5.& 6. folio.32.extendi ad dictam terram Lugi, quia ea ratione, quòd ad ſtatuta Ciuitatis Ferrariæ in defectum ſtatutorum, & oppidorum ſubditorum recurritur, vt diſponit conſtitutio poſita ante princ. ſtatuti Ferrariæ, de qua meminit Bero.conſil.65. ab arbitris.num.8. verſic. ſed ex forma.lib.2.fol.268.& in terminis eiuſdem ſtatuti Ferrariæ circa oppidum Bagnacaballi, quod eſt de diſtrictu, & ſub Imperio dictæ Ciuitatis traditi. Barz. deciſio. 117. Immunitatis priuilegium.num.23. fol. 303. vt patet ex conſtitutione. Rotal. Sanct. D. Clementis Papæ VIII. num. 27. in verſiculo in decidendo. Eadem ratione, vbi extat conſuetudo Ciuitatis Dominantis, ſecundum talem conſuetudinem iudicatur in defectum conſuetudinis locorum ſubiectorum, ut conſuluit Pariſ.conſil.25. vidi conſilium Excellentiſſimi Domini. nu.42.lib.4. fol.42. & tradit Ludouic.concl.2. de ſtatut.in fin. ſecundum ordinem.C.lib.3.commun.opin. diuerſo.fol.562. Et probat.Bart.in l.ex ea cauſa, in fin.nu.3. ff. de poſtulan. fol. 100. vbi dicit conſuetudinem Ciuitatis habere locum etiam in caſtris,& locis Ciuitati ſubiectis, & fortè etiam in curia Epiſcopi maximè cum id videatur fuiſſe de mente dictorum ſtatutorum Ferrariæ, vt demonſtrat memorata conſtitutio poſita in principio dicti ſtatuti.ibi ſic docet, vt quibus ſtatutis,& legibus ip-
76 ſa regitur ponderandum illud verbum legibus ſub quo venit etiam conſuetudo, quæ dicitur lex & pro lege ſuſcipitur.c.conſuetudo.diſt.1.

Quo ad ſecundam difficultatem Domini in eam venerunt ſententiam, quod ſcilicet per ap-
77 probationem teſtamenti adeũdo ſimpliciter hæreditatem patris filius nõ remaneat priuatus ſua Trebell.retenta dicta opinione, quòd Trebell. virtute.d.cõſuetudinis, nõ poſſit prohiberi. Ratio eſt, quia ſicut non poteſt prohiberi legitima, ita nec Trebell. dicta ratione, vt conſuluit Bero.cõſil. 93. viſis teſtamento. numer. 65. lib. 2. fol. 404. Riminald.iun. conſil.510. Dominus Sigiſmundus.num.62.lib.5.fol.103.& tenet Mantic.

de

de coniect. vlt. voluntat. lib. 7. titu. 11. numer.
30. fol. 162. & Turret. conſ. 77. redeundo ad
primum numer. 40. lib. primo fol. 144. qui di-
** cit, quod communior, & receptior in pratica ob-
ſeruata opinio eſt, quod trebellanica filijs pri-
mi gradus prohiberi non poſſit etiam, quòd adi-
uerint hæreditatem ſine proteſtatione, & Inuen-
tarij confectione. Idem ſtante dicto præſuppo-
ſito, quod dicta trebellanica prohiberi non poſ-
ſit, conſuluit Surd. conſ. 322. Imprudens ſanè.
nu. 9. & ſeq. lib. 4. fol. 278. & firmat Theſaur. vi-
den. in ſuis quæſtio. forenſ. quæſtio. 20. Trebel-
lanicæ. num. 10. fol. 51. dicens ſic cenſuiſſe Se-
natum Pedemont. Ratio eſt ſecundum Surd. lo-
co proximè citato. nu. 10. quia non videtur re-
nuntiare benefitio ſibi, à lege conceſſo, vt etiam
dicit Rim. Iun. d. conſ. 516. num. 62. verſic. quia
ex eo ſolo lib. 5. fol. eod. immo approbatio cen-
ſetur facta ſecundum diſpoſitionem legis, hoc eſt
ſecundum dictam conſuetudinem Ciuitatis Do-
minantis, quæ eſt altera lex. c. conſuetudo diſt. 1.
79 Et habet uim conſtitutionis. l. 1. §. denique, & l.
2. & ibi Bart. ff. de aqua pluui. arcen. quæ debet
80 ſeruari ad vnguem, quia eſt actus practicus. Bal.
in l. quicunque. 7. col. nu. 20. Verſiculo ſcias au-
tem, quod id. C. de ſer. fugit. fol. 7. col. 1. & tena-
citer Bald. in c. 1. num. 4. qui feud. dar. poſſ. fol. 6.
col. 1.

81 Circa tertiam difficultatem concernentẽ pro-
hibitionem Trebellianicæ impersonaliter factã;
fuit dictum opinionem Ruin. conſ. 130. Primò
per ordinem. nu. 18. verſ. quod non eſt, lib. 3. fol.
216. Marzat. conſ. 11. Memini alias. num. 7. fol.
62. Cephali. conſil. 153. Magnificus Dominus.
nu. 66. lib. 2. fol. 24. & Adrian. Neguſan. in ſua
Silu. quæſt. 137. Articuli per aduerſarios. nu. 20.
fol. 217. tenentium Trebellianicam non poſſe
detrahi, quando teſtator illam prohibuit per ver
ba imperſonalia, non eſſe veram, ſed reprobatã;
82 quia ſicut Trebellianica in terminis, de quibus
agitur ſtante dicta conſuetudine, non poteſt pro
hiberi expreſsè, ita nec tacitè, & coniecturaliter,
ſeu per indirectum, vt in puncto pleniſſimè ſcri-
bit Theſaur. in ſuis quæſt. forenſ. quæſt. 20. Tre-
bell. nu. 4. 5. & 6. cum ſeq. reſpectiuè viden.

83 Quinto dotes, quia aduerſus eas exceptio fi-
deicommiſſi non opitulatur, cum detur actio pro
dotibus tali caſu. authẽ. Res, quæ C. commun. de
leg. etiam, vbi obſtaret voluntas teſtatoris. Gui-
do Pap. deciſ. 96. Nobilis Antonius. num. 3. cum
ſeq. fol. 47. Couar. variar. reſol. lib. 3. c. 6. nu. 10.
fol. 454. & Peregrin. de fideicom. art. 42. nu. 81.
verſiculo contrariam opinionem. fol. 388. qui
multos allegat, vel ageretur de dotium Inſtitu-
tione, quia. d. aut res, quæ ita habet locum in re-
ſtitutione dotium, ſicut in conſtitutione, & poſt
onus fideicommiſſi, vt conſuluit Rolan. conſil.
20. legitur inſtrumento, num. 1. cum ſequ. lib. 4.
fol. 40. & conſ. 85. Domini Georgius. num. 29.
& 30. lib. 1. fol. 477. & tenet Peregr. loco proxi-
mè citato. nu. 82.

85 Sexto legata, quia illa debentur titulo dona-
tionis, à defuncto factæ. §. Legatum inſtitutio.
de legat. Et vbi ſoluta ſunt per hæredem de ſuo
proprio in reſtitutione fideicommiſſi retinen-
tur, quatenus ſoluit, vel ſi reſtituit, non facta de-
tractione datur repetitio, à fideicommiſſario, vt
poſt Roman. conſil. 276. viſis dubijs in 8. dubio
conſuluit Crauet. conſ. 16. poſt reditum. num. 1.
fol. 27. quorum determinationem veram eſſe di-
cit Peregrin. de fideicommiſ. artic. 4. numer. 22.
fol. 43.

86 Septimo melioramenta vtilia, & neceſſaria;
quia quantum attinet ad vtilia poſſeſſor bonę fi-
dei ea deducit iuxta tradita per Peregrin. de fi-
deicom. art. 50. de vtilibus, & uoluntar. impenſ.
part. 2. num. 31. fol. 468. & multo magis cum ti-
tulo, vt per eundem Peregrin. vbi ſupra nu. 38.
& 39. fol. 469. vbi exemplificat de eo, qui impen
dit in re ſubiecta reſtitutioni, & in hærede per fi-
deicommiſſum conditionale grauato. Vt quo-
que indiſtinctè deducit neceſſaria, ſiue is poſſeſ-
ſor ſit bonæ, vel malæ fidei, ſiue cum titulo habi-
to, à Domino, ſiue non Domino, ſiue etiam ſine
titulo, vt latè per eundem Peregrin. dicto art. 50.
de impenſ. neceſſar. nu. 24. & 25. reſpectiuè fol.
466.

Et pro illis habet retentionem, iuxta text. in
l. ſi in area. ff. de condi. indebi. in l. in rebus. §. poſ
ſunt. ff. commo. in l. idemque. §. illud. ff. de actio.
empt. in l. colonus. ff. locat. Ruin. conſ. 100. Nar-
ratur in themate. num. 6. lib. 4. fol. 123. Aluat.
de præſumptio. reg. 1. præſ. 50. num. 3. fol. 52. &
alios citatos per Peregr. de fideicom. art. 50. de
impenſis pro tertia parte. nu. 55. & ſeq. fol. 472.
& ſeq. immò Gloſſ. in d. l. ſi area dicit dari ne dũ
actionem, ſed retentionem per tex. in l. domum.
C. de rei vendica. vt per eundem Peregrin. loco
citato. nu. 56. verſiculo Gloſſ. tamen. fol. 473.

87 Circa tertium principale dubium, an cohęre-
des de Rondinellis poſſint vendicare bona ſuper
quibus fuit per vnum ex cohæredibus trãſactum
lite pendente ſtante teſtatoris prohibitione.

Domini dixerunt id eſſe non poſſe, niſi in ca-
ſu alienationis ob quam prætenditur eueniſſe
caſum fideicommiſſi reſpectu portionis alie-
nantis ad tradita per Peregrin. de fideicommiſ.
articul. 14. num. 15. & 18. fol. 130. Qui caſus,

an euenerit eſt dubium, quia etiam præſuppo-
ſito, quod per tranſactionem, vt prætendunt co-
88 hæredes Rondinelli eſſet facta alienatio non ta-
men eſt clarum in caſu, de quo agitur conſide-
rata mente tranſigentium ab ipſis partibus de-
clarata, quæ fuit in caſu, quod non adeſſet fi-
deicommiſſum, & ita ab vno ex doctoribus in
ſcriptura nominatis conſultum fuerit, cui con-
ſultationi partes tranſigentes, tanquam ſenten-
tiæ ſtare promiſerunt, à qua nullo modo eſt re-
cedendum. l. in conuentionibus. ff. de verbor. ſi-
gnificatio. Rolan. conſ. 59. In cauſa agitanda. nu.
2140. lib. 3.

Immò ob conflictum rationum hinc inde in
tali cauſa, ſeu fideicommiſſo dicta tranſactio, vti
bona fide facta ſuper illos videtur ſuſtentabilis
ad tradita in puncto per Peregrin. artic. 52. nu-
mero 88. fol. 508. Vbi. numer. 90. & 91. & 92.
reſpectiuè fol. eod. dicit quid iuris ſit in hære-
dibus tranſigentis, ſeu filijs, ac renuntiante Iu-
ri ſuo.

Hæc tamen licet non fuerint firmata, fuerunt
tamen ab aliquibus ex Dominis conſiderata,
vti impeditiua, ne caperetur ſuper hoc reſolu-
tio ad fauorem Rondinellorum. Rurſus fuit
dictum ex hoc non probari; fuiſſe apertam
viam cohæredibus de Rondinellis ad bona, quæ
lite pendente alienata prætenduntur per Domi-
minum Ioannem Paulum Rondinellum, cum
adſint eius filij, qui dictos cohæredes de Ron-
dinellis in paterna portione excludunt, vt fuit
pro notorio facti permanentis in informationi-
bus datis ex parte Dominorum de Caſſanis al-
legatum, quod ſufficit Maſcard. de Probation.
concluſione 1148. numer. 4. lib. 2. fol. 552. &
tanto magis cum ſapiat defenſionem non impu-
gnationem, vt per eundem Maſcard. ibidem
numer. 15. fol. 553. dicentem, illud non debere
de neceſſitate allegari, & ex quadam fide Domi-
nis data probatum, idq. per Rondinellos mini-
mè negetur.

89 Sed Illis obſtare exceptionem de Iure tertij
penitus excluſiua Iuris agentis per ea, quæ poſt
Caſtrenſ. conſ. 454. viſo, & examinato, numer.
2. lib. 1. fol. 232. Crauett. conſ. 166. licet pluri-
mi numer. 14. fol. 171. tradit Peregrin. de fidei-
commiſſ. artic. 43. num. 61. fol. 401.

90 Circa quartum principale dubium. Domini
dixerunt, non obſtare teſtamentum Alexandri
productum per Caſſanos, & litis conſortes con-
tra Rondinellos, quia prætenſum fideicommiſ-
ſum Alexandri euanuit ob exiſtentiam filiorum
maſculorum relictorum per Ioannem inſtitu-
tũ, &c. ſub conditione ſi deceſſerit ſine filijs ma-
ſculis, qui, & ſuppoſiti ſint in conditione, non
tamen dicuntur poſiti in diſpoſitione, & vocati
quia quæ ſunt in conditione, non intelligun-
tur eſſe in diſpoſitione iuxta vulgatum conſil.
Oldrad. 21. thema tale eſt teſtator, numer. 1. fol.
7. & tradita per Iaſon conſ. 43. Iſta quæſtio nu-
mero 4. part. 2. fol. 10. Ruin. conſ. 119. viſo, &
bene ponderato. numer. 3. 4. & 5. lib. 2. fol. 106.
Cephal. Conſ. 17. Magnifica Domina Fran-
ciſchina. num. 13. lib. 1. fol. 32. Peregrin. de fidei-
commiſſ. articul. 28. num. 26. fol. 258. & articul.
1. num. 52. fol. 6.

Nec dicatur filios in conditione poſitos ſal-
tem ex ſequentibus cenſeri vocatos.

Primo. Quia fuerunt inſtituti filij Maſculi, &
alij naſcituri.

Secundo. Quia agitur de deſcendentibus.

Tertio. Quia fuit ſubſtitutus Hieronymus
frater teſtatoris, qui eſt extraneus.

Quarto. Quia teſtator progreſſus fuit ad plu-
res gradus ſubſtitutionum.

93 Quoniam ad primum fundamentum de con-
iectura maſculinitatis; fuit reſponſum hanc
** conſiderationem, non ſufficere quia Magis com-
munis opinio eſt in contrarium, de qua per
Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 79. verſiculo.
proſequendo. fol. 33. col. 4. Ceph. conſ. 517. Il-
luſtriſſ. numer. 73. lib. 4. fol. 326. vbi dicit hanc
coniecturam Maſculinitatis, non eſſe veram, ſed
** magis communiter damnatam.

Maximè quando fœminæ à ſtatuto excludun-
tur. Gabr. Concluſ. 4. de fideicommiſſ. numer. 6.
fol. 251. Burſat. conſ. 1. Non abeſt ab officio. nu-
mer. 6. verſ. quod eo magis. vol. 1. fol. 2. Mantic.
de coniect. vltimar. volunt. lib. 11. titul. 3. num.
4. fol. 261. Viui. Deciſ. 262. alienatio. numer. 8.
fol. 354. qui dicit hanc opinionem eſſe indubi-
** tatam, & receptiſſimam reiecta contraria opi-
nione, & Ruſtic. in tractatu: an, & quando libe-
ri in conditione poſiti. lib. 2. cap. 4. numer. 2.
94 fol. 43. qui in terminis dicti ſtatuti, dicit talem
demonſtrationem eſſe inefficacem, etiamſi qua-
litas maſculinitatis eſſet geminata; & importa-
ret virtute geminationis diſpoſitionem vt inquit
Ruſtic. in d. ſuo tractat. an, & quando liberi in
conditione poſiti. lib. 2. cap. 5. numer. 10. fol. 43.
* qui teſtatur de cõmuni quia præterquam quod
huiuſmodi doctrina, non applicatur, vbi extat
ſtatutum excluſiuum fœminarũ, vbi applicaretur
eſt animaduertendum, quod talium verborũ ge-
minatio cũ ſit eiuſdem ſignificationis nihil aliud
Sanè Importat niſi maiorem expreſſionem
voluntatis, circa id quod iam diſpoſitum eſt,
non autem diſpoſitionem alterat, nec diuerſum
effectum

effectum inducit, ſed proinde eſt, ac ſi ſemel, tantum abſq; geminatione eſſet prolata, vt per eundem Viuium vbi ſupra d. deciſio. 262. numer. 10. fol. 354.

Nec dicatur obiectum de ſtatuto excluſiuo fœminarum procedere, quando diſpoſitio teſtatoris concordat cum ſtatuto ſecus quando, vt hic diſcordat, nam tunc licet teſtator mandet dotari filias in libris. 150. & maſculos inſtituat, & in hoc cum ſtatuto Lugi in parte conueniat, non tamen conuenit in reliquis, quia teſtator deficientibus filijs, abſque filijs maſculis in tota hæreditate ſubſtituit Hieronymum fratrem ipſius teſtatoris, & eius filios maſculos: ſtatutum verò Lugi libro ſecundo de ſucceſſio. ab Inteſtat. vt ibi in verſiculo, ſi vero nulli maſculi fol. 3. quando nulli Maſculi deſcendentes ſuperſunt fœminas deſcendentes inuitat ad hereditatem parentum pro tertia parte, ſiue vna ſiue plures fuerint, & agnatos maſculos proximiores legitimos tamen, & naturales pro reſiduo, vſq; ad quartum gradum incluſiuè, quo caſu minimè dici poteſt, quod teſtator voluerit ſe conformare, cum ſtatuto, cum quo diſcordat, & quod Intrent in contrarium allegata ad tradita per Ruſticum in tractat. de filijs, in conditio. poſit. cap. 3. lib. 2. numer. 11. verſiculo. ſed retenta vtriuſque Soccini ſententia. fol. 42.

Quia fuit reſponſum ſtatutum Lugi, vti conditum poſt teſtamentum Alexandri, non facere, Nec applicari, quia illud non ſe extendit ad præterita, Afflict. ſuper conſtit. Regni in proœm. quæſt. 26. §. præſentis igitur numer. 17. fol. 32. poſt Cin. Bald. Alexand. Et alios; ſed eſſe recurrendum in defectum ſtatuti Lugi ad antiqua ſtatuta ciuitatis Ferrariæ Dominantis ad tradita per Cornel. conſil. 151. In hac conſultatione. nu. 6. lib. 3. fol. 174. & Barz. dicta deciſio. 117. num. 24. fol. 303.

95 Ad ſecundum fundamentum de deſcendentibus fuit reſponſum, hanc coniecturam, ſeu fallentiam, non operari, quod filij poſiti in conditione ſint vocati ſecundum * communem, immo * * magis communem opinionem, de qua per Clarum d. quæſt. 79. Verſiculo tertia coniectura fol. 47. col. 1.

96 Ad tertium fundamentum de ſubſtitutione Hieronymi fratris, qui dicitur extraneus fuit reſponſum, quod diſtinctio, quæ quandoque fit inter deſcendentes teſtatoris, & extraneos, non eſt vera, ſed magis * * communiter damnatur, quia vel ſint deſcendentes vel non ſint, non poſſunt cenſeri vocati, cum non ſint in diſpoſitio-
97 ne, ſed in conditione, quæ nihil ponit in eſſe. Ce-

phal. conſil. 517. num. 60. lib. 4. fol. 324.

98 Ad quartum fundamentum de progreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum fuit reſponſum, id non probari in ſpecie, de qua agitur, in qua non colligitur niſi vnica Inſtitutio de filijs maſculis Alexandri, & vnica ſubſtitutio, ſi dicti filij maſculi deſcendentes ſine filijs deceſſerint, ad fauorem dicti Hieronymi, qua deficiente, vt ex iam dictis defecit, nihil remanet ad tradita per Surd. conſil. 448. tria proponuntur. numer. 21. lib. 4. fol. 753.

Quod ſufficiat, omiſſo, per nunc dicta, de cauſa diſcutere, quid Iuris circa dictam coniecturam de teſtatore qui fecit plures gradus ſubſtitutionis, in qua non deſunt Doctores pro, & contra tenentes, de quibus per Ruſticum in ſuo tractatu, an, & quando liberi in conditione poſiti. lib. 2. cap. 7. numer. 8. fol. 51. & Viui. deciſio. 262. Alienatio Bonorum. numero 14. lib. 2. fol. 356.

99 Circa quintum, & vltimum dubium, an ſententiæ Domini Iudicis, à quo eſſent confirmandæ, vel Infirmandæ Rota cenſuit rationibus ſupra adductis ſingula ſingulis &cæt. debuiſſe pronunciari prout pronuntiauerunt, vt in ſententijs deſuper latis ad quas &cæt. Excepto Iacobo Gaiardo, quem abſoluerunt, à bonis ſitis in fundo Ceſano petitis per actores ſaluo Iure petendi bona fundi præſenzani ad inſtar eorum, quæ conſiderauit Rota Genuenſis deciſione 43. Ioannes Maria Spinola numero 2. cum ſequentibus. fol. 123. dum loquitur de abſolutoria ab obſeruatione Iudicij ſaluo iure iterum agendi.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Filiorum, & deſcendentium Appellatione, an veniant fœminæ. Qualitas Maſculinitatis in teſtamento poſita, quando dicatur repetita.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum Appellatione veniunt tam Maſculi, quam fœminæ.*

2 *Qualitas maſculinitatis, quæ præceſſit non dicitur repetita in ſequentibus ſubſtitutionibus, ſeu alia parte teſtamenti, niſi eadem repetantur, & quidem expreſſè, ſed purè dicitur cum herede facta ſubſtitutio.*

3 *Teſtator ſi voluiſſet intelligere de Maſculis, expreſſiſſet, vt fecit in alijs ſubſtitutionibus.*

4 *Verba debent intelligi, vt ſonant.*
5 *Voluntas teſtatoris, quam verba non patiuntur, non attenditur.*
6 *Verba teſtatoris in dubio, ad Intellectum Iuris referenda ſunt, cum quo ſe conformare voluiſſe præſumitur.*
7 *Qualitas maſculinitatis in præcedentibus poſita in ſequentibus aduerſus Iuris communis diſpoſitionem an Intelligatur repetita.*
8 *Verba ſunt intelligenda ſecundum qualitatem perſonę.*
9 *Fœmina teſtatrix non creditur excluſiſſe filias fœminas, propriumq. ſexum odio habuiſſe.*
10 *Verba quæ præcedunt quando expreſsè clara, & determinata ſunt, ſequentia, quæ tamquam dubia proponuntur ab Illis præcedentibus claris, interpretationem ſumunt, & è conuerſo.*
11 *Affectio ad maſculos, & fœminarum excluſio, ex quibus demonſtretur.*
12 *Teſtatoris Iuſsio, quod quis nominetur de eius familia, quid importet.*
13 *Fœmina quando dicatur habuiſſe rationem agnationis.*
14 *Fœminę licet non ſic ſedulo, vt maſculi, agnationi ſtudeant, aliquæ tamen prudentiores id faciunt.*
15 *Voluntas teſtatoris per coniecturas, & legitimas præſumptiones declaratur.*
16 *Excluſio fœminarum, etiam in fœmina præbet argumentum conſeruondæ agnationis.*
17 *Verbum filij, à teſtatore prolatum, quando debeat intelligi, cum præcedenti, & ſequenti, qualitate maſculinitatis.*
18 *Verba dubia, & ambigua declarantur ex præcedentibus, & ſequentibus.*
19 *Voluntas tacita teſtatoris, an declaretur ex præcedentibus, & ſequentibus.*
20 *Teſtator, quando in ſubordinandis ſubſtitutionibus habuit rationem maſculinitatis, & agnationis ſumitur conſideratio, & coniectura, quod ipſa voluit bona in agnatione, & maſculinitate conſeruare.*
21 *Teſtator quando de maſculis in conditione, & diſpoſitione expreſſit, fœminæ non continentur, ſed excluſæ dicuntur.*
22 *Teſtator, quando in ſubſtitutione de filijs, & eorum filijs, ac nepotibus ac etiam in reciproca ſubſtitutione maſculinitatis mentionem fecit, dicitur habuiſſe intentionem conſeruandæ Agnationis.*
23 *Ratio conſeruandæ Agnationis arguitur ex pluries reiterata qualitate maſculinitatis, facta à teſtatore, & pro expreſſa habetur*
24 *Clauſula in perpetuum, multo magis vbi ponitur, arguit eandem rationem conſeruandæ Agnationis.*
25 *Geminationis virtus quæ ſit. d. caſu.*
26 *Qualitatis repetito quando fiat.*
27 *Opinio diſtinguens eſt ſequenda.*
28 *Dictio vt ſupra, eſt relatiua omnium eorum, quæ ſupra dicta ſunt.*
29 *Relatum eſt in referente.*
30 *Teſtatoris voluntas in fideicommiſſis ſemper præualet, ac conſideratur, potius, quam verba.*
31 *Mens eſt radix verborum, eius ſubſtantia prima, & cor imperator linguę habens eam, ſicut Mancipium, ſub Iuriſdictione ſua.*
32 *Verba Clara teſtamenti, quæ non indigent interpretatione, ſunt ſeruanda.*
33 *Dictio alij, eſt relatiua, ideſt eius quod præceſſit repetitiua, & propriè ſolum includit illud, quod eſt.*
34 *Verba abſq. filijs ſimpliciter prolata vna cum voluntate teſtatricis, maſculos ſignificant.*
35 *Voluntas teſtatoris, qualis fuit in Inſtitutione, talis præſumitur in ſubſtitutione.*
36 *Opinio, quod teſtatrix voluerit includere fœminas eiuſdem ſexus, quos odio habuiſſe non præſumitur, an ſit vera.*

DECISIO. V.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DVbitatum fuit coram me, an poſt plures ſubſtitutiones factas per Dominam Lucretiam filiam q. Spectabilis Domini Hieronimi de Morotijs de Cotognolla 3. Septembris 1607. in eius teſtamento, ad quod ſemper habeatur relatio, venerit caſus fideicommiſſi ad fauorem Dominorum Hippoliti, & Bartholomei de Morotijs Marogottis actorum, ex vna in eadem teſtamento ſubſtitutorum, vel bona, de quibus agitur remanere debeant penes. d. Iacobam Maragottam Lauazzollam ream conuentam; quæ virtute eiuſdem teſtamenti ſuccedit Iacobo eius patri pariter in d. teſtamento vocato.

1 Ratio dubitandi fuit, quia appellatione filiorum, & deſcendentium, de quibus fit mentio in memorato teſtamento, ſub qua veniunt, tam maſculi, quam fœminæ. l. filij. 84. l. quiſquis mihi. 116. l. iuſta interpretatione, 201. l. liberorum. 220. ff. de verborum ſignificatio, & l. ſi quis ita, 16; impunè. ff. de Teſtam. tutel. Theſaur. deciſ. 269. Foſſanum ciuitas, numer. 4. fol. 223. & nume. 11. fol. 224. & Ruſtic. in. l. cum auus, de condition. & demonſtration. lib. 3. cap. 10. numer. 46. fol. 462. & 463. qui infinitos allegat, & teſtatur de commune comprehenditur quoq. dicta Iacoba, quæ ſicut maſculus, capax eſt ſucceſſionis. l. maximum vitium. C. de liber. præterit.

Etiam, quod in præcedentibus ſubſtitutionibus teſtatrix locuta fuerit de maſculis, quia cum in alia parte teſtamenti loquatur ſimpliciter de filijs, & deſcendentibus, qui poſt modum decederent, ita quod linea ipſius, vel ipſorum
2 omninò deficeret, & extingueretur, qualitas maſculinitatis, quæ præceſſit, non dicitur repetita in ſequentibus ſubſtitutionibus, ſeu alia parte teſtamenti vt ad litteram probat Gaius Iuris Conſultus in. l. ſub conditione. 73. ff. de hæredibus inſtituendis, vbi ſub conditione hærede inſtituto, ſi ſubſtituitur, niſi eadem repetantur, & quidem expreſsè purè, cum hærede dicitur facta ſubſtitutio, vt dicit ibi Gloſſ.

in Ver-

in Verbo repetimus littera d.& tex. in l.quę conditio 39. ff. de conditio. & demonſtratio. & in l. vltima.§.Seio.ff.de legat. 2.

3 His accedit, quod ſi teſtatrix voluiſſet intelligere de maſculis, expreſſiſſet, vt fecit in præcedentibus ſubſtitutionibus ad tradita per Surd.conſil. 112. Ambroſius Saluatus num. 26. & 27. lib. 1. fol. 486. Pedroch. conſil. 5. In præſenti &c. num. 48. fol. 205. Barz. deciſ. 4. In reuolutione. nu. 44. fol. 18. Fachin. conſil. 41. . . . num. 4. fol. . . . . . Hondede. conſ. 48. Superioribus annis &c. num. 14. lib. 2. fol. 344. Peregrin. de fideicommiſſ. articul. 11. num. 33. fol. 89. & articulo 25. numer. 28. verſiculo contra vero, fol. 239. qui loquitur in puncto. Mantic. de coniectur. Vltimarum: voluntat. lib. 3. tit. 29. num. 5. fol. 56. & lib. 6, tit. 13. nu. 8. verſiculo poteſt etiam, fol. 135. vbi de crebriori, & magis * * communi. Riminald. Iun. conſil. 44. Cum alias &c. numer. 21. lib. 1. fol. 202. & Bonifac. Roger. conſ. 41. In præſenti caſu numer. 67. fol. 220.

4 Et tanto magis, quod verba debent intelligi, vt ſonant. l. Labeo. §. Idem Tubero. ff. de ſupellec. legat. c. 2. requiris de appella. & c. 15. autem, 22. q. 2. & Corne. conſ. 44. Videtur in hac conſultatione lib. 3. fol. 62.

5 Et voluntas teſtatoris, quam verba nō patiuntur, non attenditur Aldobrand conſ. 30. In cauſa præſenti. &c. num. 3. & 7. fol. 76.

6 Addebatur prædictis, verba teſtatoris in dubio, ad intellectum iuris communis referenda eſſe. l. quæro. 56. §. interlocutorem ff. locat. l. quidam cum filium. ff. de verbor. obligatio. l. cum. Ita. §. in fideicommiſſa ff. de legat. 2. l. hæredes mei. §. cum Ita. ff. ad Trebell. c. cauſamq; de præſumptio. Barth. in l. omnis populi. q. 3. ff. de Iuſt. & Iur. cum quo teſtator cenſetur, ſe confirmare voluiſſe, vt plenè habetur per Menoch. de præſumptio. lib. 4. præſumpt. 67. num. 10. & 11. fol. 98. Cardin. Mantich. de coniectur. Vltimar. voluntat. lib. 8. titul. 18. num. 34. fol. 203. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſtio. 4. num. 10. fol. 286. Ludouic. deciſ. Peruſ. 61. Conſtantinus Viciolus. num. 46. fol. 7. Fachin. conſ. 1. num. 33. Hondede. conſ. 73. ex teſtamento. &c. num. 15. lib. 1. fol. 629. Surd. conſ. 116. quia filius nu. 10. lib. 1. fol. 510. Rimin. Iun. conſil. 287. Dominus Haccim benus &c. num. 3. lib. 3. fol. 239. Rota diuerſor. deciſio. 585. fuit concluſum numer. 2. part. 1. fol. 363. Viui. deciſio. 295. Teſtator per totam fol. 401. Ludouic. d. deciſ. 61. num. 46. fol. 7.

Quo cum, tam maſculi, quam fęminæ in ſpetie, de qua agitur, ad ſucceſſiones admittantur, vt fuit probatum ſecundum ſignificationem ver-

7 borum à teſtatore prælatorum, reiecta qualibet repetitione maſculinitatis in præcedentibus poſita, quæ in ſequentibus aduerſus Iuris communis diſpoſitionem, minimè repetita cenſetur vt præter ſuperius allegata probant Io. de Imol. in clement. 1. col. fin. nu. 41. de ſupplenda negligentia prælator. fol. 33. Rimin. Iun. conſ. 632. Conſuluit in hoc themate. nu. 90. lib. 6. fol. 116. Pedroch. d. conſ. 5. num. 71. fol. 27. . . Menoch. de præſumption. lib. 7. part. 7. num. 4. fol. nullo modo dici poteſt maſculos tantum, excluſis fœminis, eſſe vocatos, ſed omnes ſecundum ſignificationem verborum, à teſtatore prælatorum; vt id quoq; comprobari videtur ex traditis per Ancharan. conſil. 120. pro clariori, num. 4. fol. 518. Io. de Anan. conſ. 22. In cauſa, & lite &c. num. 3. fol. 69. relat. pro Peregrin. de fideicomm. artic. 25. n. 28. verſiculo contra vero, fol. 239. quibus additur Pedroch. d. conſ. 5. num. 55. fol. 26. qui teſtatur de magis * * communi d. fol. 26. Hondede. conſ. 57. Magnificus Dominus. nu. 31. lib. 1. fol. 441. Gabr. conſil. 97. Iohannes Leonardius &c. nu. 28. lib. 1. fol. 19. Menoch. conſ. 86. Dubitari adhuc &c. nu. 35. lib. 1. fol. 231. & conſ. 85. Propoſita hæc conſultatio. num. 3. lib. 1. fol. 223. qui dicit, quod magis * * recepta opinio eſt, contra Abbat. conſ. 36. Videtur. primo &c. nu. 3. lib. 1. fol. 24. de quo meminit Mantica de coniectur. Vltimar. voluntat. lib. 6. titul. 13. nu. 8. fol. 135.

Coadiuuabantur pręmiſſa, quia teſtatrix poſtquam locuta fuit de ſecundo hærede, & omnibus, & ſingulis eius filijs, & deſcendentibus maſculis, ſubdit, & alij in præſenti teſtamento nominandi, & vocandi ab illis deſcendentes, quaſi dum poſtea locuta fuit de filijs ſimpliciter, non adiecta dicta qualitate maſculinitatis, voluerit etiam compræhendere fœminas, quæ ſunt aliæ perſonæ, quam maſculi, præſertim Cum verba

8 ſint intelligenda ſecundum qualitatem proferentis. l. plenam §. equiti, ff. de vſu. & habita.

9 Nec credendum ſit filias fœminas eiuſdem ſexus excluſiſſe, propriumq; eundem fęmineum ſexum odio habuiſſe, ad tradita per Ruſtic. in d. l. cum Auus lib. 3. c. 10. num. 77 fol. 441.

Sed prædictis non obſtantibus, fuit per Dominos concorditer concluſum, eueniſſe caſum fideicommiſſo, ad fauorem dd. Actorum, & bona de quibus agitur ipſis eſſe reſtituenda, excluſa. d. Iacoba, vt in ſententia ad quam &c.

Ratio decidendi fuit, quia verba teſtatricis, quæ ſemper locuta fuit de maſculis, non comprehendunt Iacobam, ſed actores tantum, etiā, quod in ſequentibus verbis teſtamenti de filijs, nulla adiecta qualitate maſculinitatis, de qua in præceden-

cedentibus, loquatur ad tradita poſt Bald.Cin.
Iaſo,& Imol,per Bonifac.Roger.conſ.41.In præ
ſenti caſu num.66.lib.1.fol.220.

Maximè cum ad eãdem qualitatem maſculi-
nitatis redierit in immediatè ſequentibus ſubſti-
tutionibus, in quibus abſolutè loquitur de Ma-
ſculis, & in alia parte teſtamenti declarauerit,
quod prædicti ſecundus hæres,de quo In eo,&
omnes, & ſinguli eius filij, & deſcendentes ma-
ſculi, & naturales, vt ſupra, & alijs in ſuo teſta-
mento nominandi, ac votandi ab illis deſcen-
dentes, de cætero nominari debeant de Moro-
tijs, quos in perpetuum durante ipſius, & ipſo-
rum linea maſculina, inuicem, ſubſtituit, vulga-
riter,pupillariter,& per fideicommiſſum,& om-
nialio meliori modo, ſemper proximiores in
11 gradu,ſalua graduum prærogatiua, quæ demo-
ſtrant affectionem ad maſculos, de quibus me-
minit in conditione, & etiam in diſpoſitione, &
fœminarum excluſionem, ad tradita per Peregr.
de fideicommiſſ.articul.25. num.11.fol.235.&
quidem indubitatè, ſtante dicta teſtatricis iuſ-
12 ſione, quod cognominentur de eius familia de
Morotijs,ad tradita per Theſaur.deciſ.188.con-
ditio ſi ſine filijs, numer.11.fol.162.cum cæteris
citatis per Peregrin.d.artic.25.num.27.verſicu-
lo; pro coniectura fol. 238. dum loquitur de te-
ſtatore, qui Iuſſit ſubſtitutos deferre, nomen, &
13 arma, & habuiſſe rationem agnationis, vt per
eundem Peregrin.loco proximè citato num.26.
fol.238.licet non ſic ſedulo fœminæ; vt maſculi
14 agnationi ſtudeant ob ipſarum mollitiem, ac
quandam animi imbecillitatem, quoniam non
propterea fit, quin aliquæ prudentiores adſint,
quæ agnationi, ipſarumque dignitati,ac honori
conſulentes, magis aliquando quam patres id
faciunt, ſecundum Ruſtic. in d.l. cum Auus de
conditio.& demoſtratio.lib. 3.cap. 10.num.86.
in Verſiculo cæterum fol. 443.

Nec excludit, quin talis intentio mulieris te-
ſtatricis poſſit colligi ex coniecturis, vbi tamen
adſunt coniecturæ non leues proſpiciendi, nam
15 per coniecturas, & legitimas præſumptiones,
voluntas teſtatoris declaratur, vt de hoc, eſt ca-
ſus in l.licet Imperator.ff. de legat. 1.cum cæte-
ris adductis per Peregrin.artic.25.n. 12. fol.23.

Immò,ſicut excluſio ſeminarũ in maſculo præ
bet argumentũ agnationis conſeruandæ,idem in
fœmina, quæ maſculos prædilexit, illos ſemper
vocando ad fideicommiſſum dicendum eſt, per
ea quæ in puncto tradit Ruſtic. in d.l. cum Auus
de conditio. & demonſtration.lib. 3.cap.10.nu.
88.in Verſiculo pro hac opinione &c. & in Ver-
ſiculo ſecundo, nam ſi cõtraria reſpectiuè f.443.

16 Quo fit,vt dictum verbum filij in teſtamento
prolatum omninò intelligi debeat, cum præce-
denti, & ſequenti qualitate Maſculinitatis, quæ
ex prædictis,ac ſequentibus probabiliter ac apert
tè colligitur, vt in pũcto huius quæſtionis, quam
lubricam Appellat. Mantic. de coniectur. Vlti-
mar.voluntat.lib.6.titul.13. num.8.in verſiculo
Nam hoc,fol.135.tradit ibidem Idem Mantica,
& Ruſtic.in d.l.cum Auus. ff. de conditio. & de-
monſtration.lib.3.cap.10. numer. 168.fol.467.
dum vult dubia,ac ambigua declarari ex ſequen-
18 tibus,& antecedentibus.

19 Etiamſi huiuſmodi voluntas eſſet tacita, vt per
Ruſtic.vbi ſupra num. 156. in Verſiculo ſicut, è
contra fol.465.

20 Præterea dum teſtatrix in ſubordinandis ſub-
ſtitutionibus habuit rationem maſculinitatis, &
agnationis, certa ſumitur conſideratio, & conie-
ctura, quod ipſa voluit bona in agnatione,& ma-
ſculinitate conſeruare,& Verbum filijs reſtringi,
ac Intelligi deberi de maſculis, vt per Peregrin.
de fideicommiſſ.d.artic.25.num.25. fol.238.

Et tanto magis, quia de maſculis in conditio-
21 ne,& diſpoſitione expreſſit,quo caſu feminæ non
continentur,ſed excluſæ dicuntur,vt per tex.in c.
Rainaldus.18.de teſtament.ibi ſi abſq; filijs,&
alios,quos allegat,tradit idem Peregrin.d.Artic.
25.num.11.fol.236.

Idq; dum varijs in locis, item in ſubſtitutione
22 de filijs;& eorum filijs, ac nepotibus, ac etiam in
reciproca ſubſtitutione maſculinitatis mẽtionem
fecit,comprobauit,ex quo tunc dicitur habuiſſe
intentionem cõſeruandæ agnationis,vt poſt De-
cium conſ.15.& pro tenui.num.2.& ſeq.fol.16.
& alios conſuluit Bonifac.Ruger. conſ.50.in hac
23 facti.numer.36.fol.260. lib. 1.Idem arguitur ex
pluries reiterata qualitate maſculinitatis,& teſta-
trice,ob quam illa ratio conſeruandæ agnationis
expreſſa reputatur ſecundum eundem Ruger.
24 conſ.25.Per Illuſtris Comes num. 50.lib.1.fol.
144.& tanto magis cum addita fuerit clauſula
in perpetuum, Bonifac. Ruger.conſ.37.Illuſtris
Quondam Dominus Albertus num. 1.& 2.lib.
2.fol.95.

25 Sitq; maxima, tali caſu,geminationis virtus,
vt patet,ex Paulo Leon.conſil.24.mulier quædã
num.47.fol.270.& Ruger.d.conſil.25.num.36.
lib.1.fol.144. quod tenet etiam Pariſ. conſil.72.
ad veram reſolutionem num.45. lib.4. fol.467.
quem refert,& ſequitur Ruſtic.in d.l. cum Auus
ff.de conditio.& demoſtratio.lib.3.cap.10.num.
170.fol.467.

26 Vlterius fuit per Dominos conſideratũ, quod
hic, nõ agitur de qualitate maſculinitatis expreſ-
ſa in

ſa in vna parte teſtamenti, clauſula, ſeu Capitulo claro, & nequaqua dubio, perſectamq; Orationem habente, quo caſu, nō ſit repetitio circa contenta in alio Capitulo, vt per Ruſt. loco proximè citato. numer. 158. fol. 465. Sed de qualitate maſculinitatis poſita inter plura, quæ reguntur ab vna, eademq; ratione, eodemq; verbo, quę debet haberi pro repetita, vt pariformis ſequatur determinatio, ac qualificatio ad tradita per tex. in l. Iā hoc Iure. ff. de vulgar. & Pupill. Bart. in l. Prætor ait. §. eritq; differentia. ff. de vi bonorum. raptor. Soccin. Senior: conſil. 66. Viſa donatione; col. 7. num. 14. lib. 3. fol. . . . . & alios citatos per Ruſticum in d. l. cum Auus. ff. de condit. & demonſtra. lib. 3. c. 10. num. 165. cum ſeq. fol. 467.

Etiam quod & ſuper hoc diuerſæ fuerint opiniones & fortè, vt, inquit ibidem idem Ruſticus, num. 170. fol. 467. plures, quam ſuper ætate Phę-
27 nicis veteres tradiderint, cum non ſit diſcedendum à memorata opinione diſtinguente, quæ alias conciliat opiniones, * communi calculo recepta, vt ibidem per Ruſticum loco proximè citato num. 171. fol. 467.

Quod qualitas maſculinitatis poſita inter plura, quæ reguntur ab vna, eademq; oratione, eodemq; verbo.

Quodque eadem qualitas maſculinitatis pluries, ac geminatè expreſſa fuerit.

Vnumquodque præſuppoſitum, probatur ex dicto teſtamento, verbisq; claris ac perſpicuis eiuſdem, vt incipiendo à primo, id patet ex illis verbis ibi: ipſa Magnifica Domina Teſtatrix nominat in hæredem ſubſtitutum Magnificum Dominum Iacobum filium ante dicti Domini Franciſci, & eius dicti Domini Iacobi filios & deſcendentes, maſculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio, quos inuicem ſubſtituit in ſtirpes, & non in capita, vt ſupra ordine ſucceſſiuo, & ſi nominatus, à prædicto Domino Alexandro Hærede, vel prædictus Dominus Iacobus à d. Teſtatrice nominatus decederet, vel decederent, abſq; filijs & deſcendentibus legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, vt ſupra, vel cum filijs, & deſcendentibus, qui poſtmodum decederent, ita quod linea ipſius, vel ipſorum omninò defficeret, & extingueretur, tunc, & eo caſu, & nunc prout ex tunc dicta Domina teſtatrix vult, quod prędicta eius hæreditas integra, vt ſupra, tranſeat, & perueniat ad ſuperſtites filios, nepotes, pronepotes, & deſcendentes, à prædicto Magnifico Domino Franciſco, maſculos, legitimos, vt ſupra, quos inuicem inſtituit, ac ſubſtituit in ſtirpes, & non in capita, modo, ordine, grauamine, & cōditionibus ſupra ſcriptis, & ſemper proximiores, in gradu, & ſalua graduum prærogatiua.

Ex quibus conſtat, quod Illa Verba abſq; filijs, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus, de legitimo matrimonio natis, vt ſupra vel cum filijs & deſcendentibus ſunt in vna eademq; oratione, & ab eodem verbo reguntur, etiam ſi opponeretur in illis aliquod verbum maſculinitatis
28 non apparere. Quia ſatis eſt id relatiuè per dictum verbum, vt ſupra, vbi de maſculis Teſtatrix locuta fuit, fuiſſe expreſſum, quod eſt relatiuum. l. 1. §. deinde vbi Bart. & §. & hoc edicto. ff. de poſtulandi, & in §. ſanè in procem. decretorum. & in l. Item quæritur. §. Item Iulianus ibi, vt ſupra diximus. ff. locat. Dec. conſil. 227. In caſu, col. 2. num. 3. vol. 2. fol. 247. Cephal. conſil. 269. Illuſtris Comes num. 40. lib. 2. fol. 215. vbi dicit dictionem, vt ſupra, eſſe repetitiuam præcedentiū, Iaſ. conſ. 108. circa primum, col. 5. num. 1. in Verſiculo ſed limitatiuè, prout ſupra lib. 4. fol. 16. & Pariſ. conſ. 66. quondam Dominus Ioannes nu. 6. in Verſiculo, quæ dictio, vt ſupra, lib. 2. f. 166. & conſil. 8. Viſis codicillis fol. 49. eod. lib. 2. fol. 186. vbi loquitur de dictione, vt ſupra poſita, à teſtatore, quæ eſt repetitiua præcedentium cum
29 omnibus qualitatibus præcedentis diſpoſitionis, quia relatum eſt in referente, vt ibidem nu. 50. fol. eodem, & conſ. 71. ſimplex diuiſio nu. 7. lib. 3. f. 136. quo caſu, nullo modo poſſunt comprehendi fœminæ, de quibus teſtatrix minimè locuta fuit ad tradita per Pariſ. conſil. 86. Ad veram num. 36. lib. 2. fol. 197.

Et proſequendo ſecundum caput, Illud probatur ex alijs verbis teſtamenti ibi cui prædicto hęredi, item Magnifico Domino Alexandro decedente dicta Domina teſtatrix ſubſtituit in dictis bonis, vt ſupra per ipſam Dominā teſtatricem relictis, vnum ex filijs dicti Magnifici Domini Alexandri, maſculum, legitimum, & naturalem, ac ex legitimo matrimonio naſciturum, quem maluerit & nominauerit prædictus Magnificus Dominus Alexander hæres, & omnes & quoſcumq; eius filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales &c.

Et in caſu, quo non nominaſſet, nunc; per tūc dicta teſtatrix vult, quod maior natus ſuccedat in dicta hæreditate, & ſui filij, & deſcendentes maſculi, legitimi, & Naturales.

Et ibi iubens, & mandans, & ordinans prædicta Domina teſtatrix, quod prædicti ſecundus hæres, omnes, & ſinguli eius filij, & deſcendentes maſculi legitimi, & naturales vt ſupra, & alij in præſenti teſtamento nominandi, & vocandi, & ab Illis deſcendentibus, cognominari debeant

de Ma-

de Marotijs, quos in perpetuum durante ipſius, & ipſorum reſpectiuè linea maſculina inuicem inſtituit, & ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicom miſſum, & omni alio meliori modo, ſemper proximiores in gradu, & ſalua graduum prærogatiua fol. 57.

Et ibi: etſi antedictus Dominus Alexander Hæres, vt ſupra, nominatus moreretur, ac decederet abſq; filijs vel deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio natis, vt ſupra, vel cum filijs qui poſtmodum decederent abſque filijs & deſcendentibus, vt ſupra, ex nunc prout ex tunc, dicta Domina teſtatrix, vult, & mandat, quòd dicta eius hæreditas integra ſpectet, & deueniat ad vnum de filijs olim Magnifici Domini Franciſci Maragotti fratris prędicti Magnifici Domini Alexandri & nepotis dictæ teſtatricis ex magnifica olim Domina Magdalena eius ſorore, quem elegerit, & nominauerit prędictus Dominus Alexander, vt ſupra, & caſu quo aliqua de cauſa non nominaſſet, ex nunc prout ex tunc ipſa Magnifica Domina teſtatrix nominauit in hæredem ſubſtitutũ Magnificum Dominum Iacobum filium antedicti Domini Franciſci, & eius dicti Domini Iacobi filios, & deſcendẽtes maſculos, & ex legitimo matrimonio, quos ſupra inuicem ſubſtituit in ſtirpes, & non in capita, vt ſupra ordine ſucceſſiuo, vt fol. 59.

Et ibi: tunc, & eo caſu, ex nunc, prout ex tunc dicta Domina teſtatrix vult, quod prædicta eius hæreditas integra, vt ſupra, tranſeat, & perueniat ad ſuperſtites filios, nepotes, & pronepotes, & deſcendentes, a prædicto Magnifico Dom. Franciſco, maſculos, legitimos, vt ſupra quos inuicem inſtituit, & ſubſtituit, in ſtirpes, & non in capita, modo, & ordine, Grauamine, & conditionibus infraſcriptis, & ſemper proximiores, in gradu, & ſalua gradum prærogatiua.

Et ibi: deficiente vero, quod Deus auertat, linea maſculina legitima, vt ſupra, de dictis Maragotis, vt ſupra nominatis, tunc, & eo caſu, ex nũc, prout ex tunc dicta Domina teſtatrix vult, mandat, ac diſponit dictam eius hæreditatem peruenire, & ſpectare debere ad Dominum Iulium Cæſarem filium olim Magnifici, ac Excellentis Domini Galauoldi de Bottis, & Magnificæ Dominæ Magdalenæ, antedictæ ſororis prædictæ teſtatricis, vel ad dicti Domini Iulij Cæſaris filios, nepotes, & pronepotes, & deſcendentes Maſculos, & legitimos, vt ſupra, quos inuicem durante ipſorum linea maſculina inſtituit, & ſubſtituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & omni alio meliori modo, in ſtirpes, & non in capita, modo, ordine, grauamine, & conditionibus ſupradictis, at ſemper proximiores, in gradu, & ſalua graduum prærogatiua, vt fol. 61.

Et ibi: etſi contingeret etiam, quod Deus auertat, quod prædicta linea maſculina legitima, vt ſupra de Bottis diem extremum videret, & deficeret, tunc, & eo caſu, ex nunc, prout ex tunc dicta D. Teſtatrix, vult, mandat, & diſponit, quod dicta eius integra hæreditas, ſpectet, pertineat, & perueniat ad ſuperſtites filios, pronepotes, & deſcendentes maſculos, & legitimos, vt ſupra, Magnificæ Dominæ Margaritæ ſupradictæ ſororis Vterinæ dictæ teſtatricis, quos durante ipſorum linea maſculina inſtituit, & ſubſtituit, vulgariter, & per fideicommiſſum, & omni meliori modo, in ſtirpes, & non in capita, ſemper proximiores in gradu, & ſalua graduum prærogatiua, & modo, ordine, grauamine, & conditionibus ſupradictis, prout fol. 61. & 62.

Et ibi: poſtremo, ſi & prædicta linea maſculina legitima, vt ſupra, & oriunda, à prædicta Domina Margarita ſorore Vterina prædictæ Teſtatricis defecerit, tunc, & eo caſu, ex nunc, prout ex tunc, prędicta Domina teſtatrix, vult, iubet, Mandat, & diſponit, quod de prædicta eius domo Sita in oppido Cotognolæ, vt ſupra, de prædictis ſuis bonis ſuæ hæreditatis erigatur mons Pietatis, ad laudem, & honorem Dei, cõmodum pauperum Chriſti, & aliorum de terra, & territorio Cotignolæ præcipuè, ſucceſſiuèq; omnium Chriſti fidelium, Iubens, & volens, & ſtricte mandãs, quod præſens mons Pietatis erectus gubernari habeat, & debeat iuxta ordinem, & capitula montis Ciuitatis Fauentiæ, vt fol. 62.

Nec dicatur, prædicta infringi ex illis verbis teſtamenti ibi: etſi nominatis, à prædicto Magnifico Domino Alexandro Hærede, vel prædictus Dominus Iacobus, à dicta teſtatrice nominatus decederet, vel decederent, abſq; filijs, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus, ac de legitimo matrimonio natis, vt ſupra, vel cum filijs, & deſcendentibus, qui poſtmodum, decederent, ita quod linea ipſius, vel ipſorum omninò deficeret, & extingueretur, tunc, & eo caſu, ex nunc, prout ex tunc, dicta Domina teſtatrix vult quod prædicta eius hæreditas integra, vt ſupra tranſeat, & perueniat ad ſuperſtites filios, nepotes, & pronepotes, & deſcendentes à prędicto Magnifico Domino Franciſco, Maſculos, Legitimos, vt ſupra, quos inuicem inſtituit, & ſubſtituit, qui caſus nõ venit, attento, quod adeſt Iacoba filia dicti Iacobi per cuius mortem factus eſt locus fideicommiſſo, de quo agitur ad fauorem actorum quæ per præcedentem diſpoſitionem factam de filijs,

non

non adiecta qualitate maſculinitatis, actoribus excluſis ſuccedere debet poſt mortem d. Iacobi eius Patris.

Quia fuit allegatum, ex prædictis colligi reſponſionem, dum dictum fuit qualitatem maſculinitatis in ſpecie iſta dici repetitam, & huiuſmodi repetitionem excludere fęminas, & tanto magis, cum in ſequenti ſubſtitutione in defectum Domini Iacobi abſq; filijs, & deſcendentibus &c. expreſsè vocentur filij, nepotes, & pronepotes, & deſcendentes, à d. Magnifico Domino Franciſco, maſculi, legitimi, vt ſupra, qui excludunt dictam Iacobam Iacobi filiam, vti non comprehenſam in præſenti ſubſtitutione; & includunt dictos actores.

Quod filiorum, & deſcendentium appellatione veniant, tam maſculi, quàm fœminę, & præcipuè in teſtamentis, ac vltimis voluntatibus.

Nihil facit, quoniam fuit reſponſum, id non procedere in ſpecie, de qua agitur, in qua ex præ-
30 cedentibus, & ſequentibus, & ferè, ex toto teſtamento conſtat de contraria teſtatricis voluntate, quæ in fideicommiſſis ſemper præualet, ac conſideratur potius, quam verba. l cum virum. 16. C. de fideicommiſſ. l. cum proponebatur de legat. 2.
31 nam mens eſt radix verborum, & eius ſubſtantia prima, & cor imperator linguæ habens eam ſicut mancipium ſub Iuriſdictione ſua, vt latè probat Leon. conſ. 24. mulier quædam nu. 13. fol. 256. & 257.

Non obſtat, quod qualitas maſculinitatis non dicatur repetita in ſequentibus, nam ſi voluiſſet teſtatrix intelligere de maſculis, ita feciſſet prout in alijs ſubſtitutionibus, ac locis teſtamenti, ac in illis caſibus, in quibus prouidere voluit.

Quoniam fuit dictum id non applicari ad hãc ſpeciem, in qua cum clarè conſtet de mente ipſius teſtatricis, nempe, quod maſculos vocauit, & fœminas excluſit, vt patet ex verbis ipſius teſtamen-
32 ti, à claritate horum verborum. l. quod conſtitutum vbi Bart. de Militar. teſtam. quæ declaratione, ac interpretatione non indigent, non eſt recedendum. Cephal. conſil. 199. Verba nu. 7. & 8. lib. 2. fol. 100.

Quod verba Teſtatoris dubia, ſint reducenda ad intellectum Iuris nihil facit.

Quia Domini dixerunt, id non verificari in præſenti ſpecie, in qua, cum clarè teſtatrix loquatur de maſculis, ſilet intellectus Iuris, quo mediãte, fit extenſio ad fœminas.

Prout nec facit, quod poſtquam teſtatrix locuta fuit de ſecundo hærede, & omnibus, & ſingulis eius filijs, & deſcendentibus maſculis, ſubdit, & alij in præſenti nominandi, & vocandi, ab illis deſcendentes, quaſi dum poſtea locuta eſt de filijs, ſimpliciter voluerit intelligere de fœminis, quæ ſunt aliæ perſonæ, quam maſculi.

Fuit enim reſponſum, quod cum memorata
33 dictio, alij, ſit relatiua id eſt eius, quod præceſſit, repræſentatiua, & propriè ſumpta, notet diuerſitatem in ſuppoſito, ſed idem, in ſubſtantia, & propriè ſolum includat Illud quod eſt, vt per Albetig. in ſuo dictionario, in Verbo alij & alicui, impoſſibile eſt, quod intelligatur de alijs, quã maſculis præſertim, cum maſculi tantum ſint in teſtamento nominati, non autem fęminæ, quę licet ſint aliæ perſonæ, non tamen ſunt perſonæ à teſtatrice nominatæ, hoc eſt maſculi, qui virtute memorati teſtamenti, ſolum ſuccedere poſſunt, vt certius, ac clarius comprobatur ex eo, quod teſtatrix in defectum maſculorum, & lineæ maſculinæ per eam ſpecificatę mandauit de eius domo ſita in oppido Cotognolæ, & ſuis bonis debere erigi montem pietatis, vt ſupra, cuius incluſio, eſt ſine aliquo dubio, alterius excluſio, nempe, fœminarum, & conſequenter dictæ Iacobæ.

Non obſtat, quod verba ſint intelligenda ſecundum qualitatem perſonæ, & hac de cauſa credendum, ac præſupponendum eſſe teſtatricem noluiſſe excludere fęminas eiuſdem ſexus propriumque fęmineum ſexum odio habuiſſe propter maſculos.

Nam præterquam, quod hic ſumus, non in dubio, ſed in claris, vt ſupra fuit probatum, ac e-
34 tiam demoſtratum, quia illud verbum abſque filijs ſimpliciter prolatum, vna cum voluntate teſtatricis, Maſculos ſignificat, vt pulchrè tradit Bart. in l. 1. num. 1. ff. de verbor. ſignificat. & per Leon. conſ. 27. conſultatio iſta, num. 12. ſol. 303. & ſatis apertum eſſe dicebatur, videri non poſſe, vt intelligatur de fœminis, de quibus non loquitur ad tradita per eundem Leonium conſil. 24. mulier quædam num. 39. fol. 286. ſed de Maſculis de quibus in inſtitutione meminit, qualis n.
35 fuerit voluntas in inſtitutione, talis præſumitur in ſubſtitutione. l. ſi in teſtamento. l. ſi plures. ff. de vulgar. & pupillar. l. 1. C. eod. titul. & inſtitut. eod. titul. §. ſi ex diſparibus. Dec. conſ. 304. in caſu propoſito, num. 3. fol. 44. & Leon. d. conſ. 27. num. 11. fol. 301.

36 Negari tamen non poſſe affirmabatur, quin dicta opinio non ſit controuerſa, ad tradita per Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 25. num. 18. fol. 236. vel quod non ſit tuta, Immò quod contraria opinio ſit verior ex traditis per Ruſtic. in d. l. cum Auus ff. de condit. & demonſtrat. lib. 3. c. 10. num. 83. & 86. fol. 442. & ſequent. & ſufficiat teſtatricem ad conſeruandam agnationem inſpexiſſe,

ſpexiſſe, vt ibidem d. num. 83. verſiculo diluitur. fol. 442.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Qui ceſſit, ac tranſtulit omnia Iura, quæ habet ad effectum reſcindendi, annullandi, ac recuperandi ex capite, enormiſſimæ læſionis bona, & iura per ipſum antea ceſſa, an dicatur tranſtuliſſe, & promiſiſſe eandem poſſeſſionem bonorum, & Iurium, quam per clauſulam conſtituti tranſtulerat, ſciente ipſa ceſſionaria, teneaturque propterea ad dotale intereſſe.

SVMMARIVM.

32 *Ceſſione mediante, abdicatur à ſe Dominium, & poſſeſſio.*
33 *Cedi poteſt omnis actio.*
34 *Clauſula conſtituti transfert ciuilem, & naturalem poſſeſſionem.*
35 *Poſſeſſio defuncti continuatur in hæredem.*
36 *Intereſſe ſine mora non debetur.*
37 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
38 *Sublato principali, à quo pendent fructus, tolluntur, etiã ipſi fructus, & intereſſe.*
39 *Sciens non agit ad intereſſe, neq; de euictione.*
40 *Poſſeſſionem tradere an teneatur ille, qui non poteſt.*
41 *Venditor cenſetur Vendere Iura, quæ habet, non autem ea, quæ non habet.*
42 *Intereſſe an poſſit liquidari per propriam aſſertionem.*
43 *Vir bonus non arbitratur, niſi quatenus conſtet, & probetur legitimè.*
44 *Recurſus ad arbitrium boni viri ſemper datur, quando conſtat de læſione, & grauamine.*
45 *A communi opinione quandoq; receditur ex cauſa.*
46 *Ex cauſa receditur, à diſpoſitione Iuris, & ſtatutorum, etiamſi eorum obſeruantia Iurata fuerit.*
47 *Non eſt veriſimile, quod quis pro modica ſumma voluerit ſe obligare ad id in quo enormiſſimè læditur.*
48 *Scientia præſumitur ex ſola mentione, quæ fit de Inſtrumento.*
49 *Scientia præſumitur in eo, qui aliqua de contentis in inſtrumento enunciat.*
Scientiam partis, qui habet, præſumitur habere ſcientiam totius. ibidem.
50 *Scientia inſtrumenti ſuper quo fuit facta tranſactio præſumitur.*
51 *Scientia præſumitur in gerente actum, qui abſque ſcientia fieri non poteſt.*
52 *Scire, qui poteſt, & non vult, habetur pro ſciente.*
53 *Ignorantiæ Allegatio quando eſt iniuſta, inueriſimilis, ac improbabilis reijcitur.*
54 *Actio rei Iudicatæ non oritur ex ſententia incerta, nec habet executionem, niſi facta liquidatione.*
55 *Remiſſio ſuper ſententijs Rotalibus, quandoq; ex grauiſſima cauſa conceditur.*
56 *Iudex exceſſus grauaminis, ac læſionis, ſicut poteſt reducere intereſſe ad congruam quantitatem, & illud taxare, ita poteſt dum noſcit non deberi ab eo abſoluere, & ſententiam deſuper latam retractare, & reformare.*
57 *Actio ad intereſſe oritur ex promiſſione de tradendo, ſiue tradere noluerit, vel facultatem tradendi non habuerit.*
58 *Obligatio ſine cauſa non tenet.*
59 *Verba prolata extra præſentiam bonorum non probant traditionẽ poſſeſſionis, ſed ſolã licentiam apprehendendi.*
60 *Reſtitutio, quando debeat intelligi verbalis.*
61 *Clauſula, quæ omnia, & ſingula &c. an importent ſpecialem promiſſionem damnorũ, & intereſſe, & expenſarũ.*
62 *Actio ad intereſſe, & de euictione, ſcienti quando competat.*
63 *Clauſulæ poſitæ in executiuis non alterant principalem diſpoſitionem.*
64 *Clauſula omnia, & ſingula, quid operentur.*
65 *Promiſſio euictionis damnorum, & intereſſe quando debeat eſſe ſpecialis, & quando generalis non releuet.*
66 *Euictione non agitur ex contrauentione non releuanti.*
67 *Vidua habet electionem fori.*
68 *Contractus, qui ab initio ſunt volũtatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis.*
69 *Reſciſſio contractus ex capite enormiſſimæ læſionis non tollitur ex geminatione eiuſdem.*
70 *Decepti eadem facilitate, eodemq; errore ducti iterum aſſentiunt.*
71 *Facilitate ea qua quis inducitur ad actum principalẽ cenſetur etiam inductus ad patiendum, vt adijciantur clauſulæ præiudiciales.*
72 *Clauſulæ præiudiciales non operantur probata enormiſſima læſione, ſed augent doli, & læſionis ſuſpectionem, & per calliditatem, & dolum oppoſita cenſentur.*
73 *Qui ceſſit rem vni, non poteſt rem illam alteri cedere.*
74 *Iura vtilia per ceſſionem funditus, atq; radicitus euelluntur, à cedente.*
75 *Ceſſio quando eſt facta ad vtilitatem ceſſionarij, qualiſcunque ſcientia ſufficit.*
76 *Scientia an debeat ſemper eſſe clara, ſpecialis, & cũ omnibus ſuis qualitatibus.*
77 *Scientia præſumpta aliquando an ſufficiat.*
78 *Ius liquidandi intereſſe in ſententia an poſſit reſeruari in executione.*
79 *Abſolutio ab expenſis fit ex rationabili cauſa.*

DECISIO VI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ORta differentia inter D. Franciſcum Silueſtrium ex vna, & Excellentiſſimum Dominum Franciſcum Mariam de Silueſtris, ex altera; cauſa, & occaſione hæreditatis q. Excellentiſſimis Doctoris D. Alfonſi de Silueſtris, ad quã ambo ſucceſſionem ab inteſtato prætendebant, amboque ſe intruſos in dicta hæreditate aſſerebant,
1 deuenerunt ad infraſcriptam tranſactionẽ, ſeu iurium venditionem, in qua ſponte &c. ſub die 4. Ianuarij, 1608. per acta D. Valerij Paſſamantis dictus D. Doctor Frãciſcus Maria in perpetuum, dedit, vendidit, ac tradidit dicto D. Franciſco de Silueſtris præſenti &c. omnia, & quæcunque Iura, talia qualia ſunt, omneſq; & quaſcũq; actiones

actiones &c.Quas ipſe D. Frãciſcus Maria habet
in bonis,& hęreditate prędicti Alfonſi, ſibi quo-
modocunq; & qualitercunq; ab inteſtato obue-
nientia,ac cõpetentia,ſeu competitura, obuenien
tes,ac cõpetentes,ſeu cõpetituras &c.poſuit d. D.
Franciſcũ Silueſtriũ &c.in locũ,& vniuerſum Ius
2 ſuũ,ipſumq; per rẽ,vt in rem ſuã irreuocabilẽ &c.
Conſtituit pro precio. ſcut. 450. de libris qua-
tuor pro ſcuto,& d.Doct.Franciſco Mariæ tradi-
dit vnũ mandatum ſcutorũ ducentorum directũ
D.Bellagrandio,reſiduum verò promiſit ſoluere
per totũ tempus carnis priuij illius anni 1608.&
vice verſa d.Doctor Franciſcus Maria dedit dicto
emptori plenã,& liberã licentiã,ac omnimodam
poteſtatẽ,ſua auctoritate propria,& ſine requiſi-
tione alicuius Iudicis &c.intrãdi,ſtandi,ac appre-
hendendi,tenutã,& corporalẽ poſſeſſionem dicto
rum,Iuriũ,vt ſupra venditorũ &c. ad habendum
3 &c.cũ clauſula conſtituẽs &c. ac declaratione ex-
preſſa,quod voluit in prędictũ emptorẽ &c.præ-
dictorũ Iurium,venditorũ dominiũ transferre,&
corporalem poſſeſſionẽ,ſeu quaſi tradere, & iura
prædicta,vt ſupra vendita pro prędicto D.empto
re,& eius nomine tenere,& poſſidere,quouſq; ip-
ſe D.emptor ſupra ſcriptorũ Iuriũ tenutã,& cor-
poralẽ poſſeſſionẽ acceperit,ac ingreſſus fuerit,&
ipſum emptorẽ in vacuã,liberã,& expeditã ipſo-
rum iurium tenutã , & corporalẽ poſſeſſionẽ ſeu
quaſi inducere, & imponere,& inductũ,ac impo
ſitũ manutenere,ac cõſeruare promiſit,vt latè in
d.Inſtrumẽto ad quod ſemper relatio habeatur.
Die 16.& 18.dicti mẽſis Ianuarij 1608.d.D.
4 Franciſcus Silueſtrius in vim dicti contractus,ſeu
Inſtrumenti obtinuit ſe immitti in poſſeſſionem
dictorum bonorum.
5 Die 19.dicti menſis Ianuarij comparuit in iu-
dicio coram Excell. D.Locumtenente Ciuili D.
Montalbotus Procurator D.Narantię,qui impu
gnando dictã Immiſſionem dixit dd. bona ſuper
quibus fuit obtenta immiſſio,teneri , & poſſideri
de præſenti , per dictã eius principalẽ,ſic ẽt pro-
mittente d.D.Frãciſco Maria pro omni eius præ
tenſo intereſſe , & propria debere reuocari, cum
omnibus inde ſecutis,qui obtinuit ſuſpenſionem.
6 Die 29. Iannuarij eiuſdẽ anni 1608. per acta
eiuſdẽ Paſſamunt.not.d. Dominus Doctor Fran
ciſcus Maria Silueſtrius fecit aliud inſtrumentã
cum D.Benedicta Narantia de Silueſtris, in quo
7 præuia narratione,de qua infra itẽ.Sapẽdo l'Illu
ſtre Sig.Benedetta Narantia &c. che l'Illuſtre &
Eccell:Sig. Dottor Franceſco Maria Silueſtri in-
tẽde, & vuol reuocare,& annullare il mãdato da
lui fatto in pſona dell'Illuſtre Sig.Frãceſco Silue
ſtri con qlla maggior efficacia,che è poſſibile &c.
8 Che vuole far mandato nelle perſone che ſa-
ranno nominate da eſſa Sign.Naranci,ad effetto
di far dichiarar nulla , & in quanto biſogna re-
ſcindere l'aſſerta tranſattione,& ceſſione di ragio
ni fatta dal detto Sig. Dottore al prefato Sig.Frã
ceſco Silueſtri,&,à liti,& cauſe pertinẽti alla here
dità del già Sig.Benedetto il Vechio de Silueſtri,
& Sig. Alfonſo moderno vltimamẽte morto &c.
9 Che vuole deporre in bãco publico li ducento
ſcudi hauuti dal Sig.Frãceſco,à credito, & à libe-
ro volere delli detti mandatarij ſuoi,ò più da cõ-
ſtituire,come di ſopra,à fine di offerirgli,& reſti-
tuirgli,con effetto al detto Sig.Franceſco &c.co-
me così, ſi obligò detto Sig. Dottore ſotto le ob-
ligationi infraſcritte depoſitare , à ogni benepla-
cito di eſſa Signora Benedetta preſente &c.
10 Et che parimẽte vuole reſtituire il fideicomiſ-
ſo del detto Sig. Benedetto cõ tutte le ſue raggio-
ni,& pertinenze,attiue,& paſſiue, à eſſa Sig.Bene
detta figliola del detto Sig. Benedetto , & da lui
ſuſtituita nel ſuo teſtamẽto poiche p la morte del
detto Sig.Alfonſo vltimo,è venuto il caſo del det
to fideicõmiſſo , à fauore di eſſa Sig.Benedetta,
con la quale intende , & vole vſare ogni buona
fede non obſtante la detta aſſerta tranſattione, &
ceſſione, come nulla, & inualida, & almeno irri-
tanda,& reſcindibile.&c.
11 Conuenerũt,che detta Sig. Benedetta debba
pagare al detto Sig. Dottor Franceſco Maria , ò
verò,à ſuoi &c.ſcudi mille,et cinquecento da Li-
re quattro di Ferrara l'vno nelli tẽpi infraſcritti,
cioè, ſcudi 500. p tutto il di ottauo di Marzo ſe-
guente et ſcudi 500.à S.Michaele di Settẽb.proſ-
ſimo futuro, et ſcudi 500. à Natale proſſimo ſe-
guente del preſente anno 1608. riſpondendogli
in tutto per frutti per le dette duoi vltime paghe
in ragioue di cinque per cento,; poiche non è ho-
neſto,che ritenghi per eſſa tãti corpi hereditarij,
12 ſtabili,et fruttiferi,et non paghi li loro frutti etc.
Et volſero , che li detti 1500. ſcudi cedino al
detto Sig. Dottore, et ſuoi etc. in luogo di tutte
qlle detrattioni , che egli in pſona del p̃fato Al-
fonſo,et aſcẽdẽti ſuoi haueſſe potuto fare del prę-
13 fato fideicomiſſo vt ſibi etc.Et q̃ſto p hauer hau-
to riguardo,che nel teſtamento da loro viſto,cõ-
ſiderato,et letto vi,è expreſſamẽte phibita la tre-
bellianica,che vi ſono molti debiti graui, che in
detta heredità vi p̃tende Suor Giacinta Silueſtra
profeſſa nelle Martiri di Ferrara , & il detto Sig.
Frãceſco,et altri oltre il dubio euẽto delle liti,con
li diſpẽdij che portono ſeco. Pattuẽdo che in ogni
14 euento delle ſudette liti ſempre ſiano detti ſcudi
1500.del detto Sig.Dottore Franceſco Maria,et
ſuoi etc. irreuocabilmente,ò ſi annulli,et reſcinda
la detta aſſerta tranſattione ò nò , ò che vinca , ò
perda Suor Giacinta,ò ſiano più, ò meno li detti

debiti hereditarij,ò ſoprauẽga qualunq; altro ſi-
15 niſtro euento,et, che tutte le raggioni, et attioni
hereditarie del detto Sig. Alfonſo vltimo , così
attiue,come paſſiue,ogni vtile,et danno,ogni co-
modo,et incomodo,ogni ſpeſa, et ogni rendita
hereditaria in tutto,et ꝑ tutto ſpetti,et ꝑtenga al-
la detta Sig.Benedetta,come ſe ella,foſſe propria
mente et veramente herede vniuerſale del detto
Sig.Alfonſo,ſi che il detto Sig.Dottore nõ poſſa
hauere ne pretendere più delli detti ſcudi mille ,
et cinquecento,ne alcuno altro vtile ben,che mi-
16 nimo, ſaluo che detratte le ſpeſe ꝑ qual ſi voglia
lite,et ogni altro debito, et grauezza ſoprauãzaſ-
ſero beni della heredità di detto Sig.Alfonſo ol-
tre,il valore di 1500.ſcudi nel qual caſo conuen-
nero eſſe parti vicendeuolmente ſtipulanti di di-
17 uidere in due parti vguali detto auanzo,vna par-
te per detto Sig.Dottore, & l'altra per detta Sig.
Benedetta al giuramento della quale promeſſo
detto Sig.Dottore di ſtare, quanto alle ſpeſe &c.
Quæ omnia,dictæ partes &c. promiſerũt firma ,
rata,& grata ꝑpetuò habere,& voluerũt &c.ſpon
tè &c. licere parti , à ſe promiſſa ſeruanti &c. ſua
auctoritate ꝓpria &c.ingredi,ſtare &c.Quę dãna
&c.de eis ſtare ſimplici Verbo,abſq; onere ſui Sa
cramẽti,vel alia,teſtiũ & Iuris ꝓbatione,vt in ex-
tẽtione talis clauſulæ de qua in actis Remotis &c.

18 In executione memorati contra &c. eiuſque
obſeruatione eadem die 29.Iannuarij, 1608.com
munia eiſdem teſtibus ab eodem Notario tria a-
lia Inſtrumenta fuerunt confecta &c.

19 Quorum primum continet reuocationẽ man-
dati facti per d.D.Doctorem Franciſcũ Mariam
in perſonam D.Franciſci Silueſtrij,ſub die 4.Ian
nuarij 1608.rogati per eundem Not.tenoris &c.

20 Secundum continet conſtitutionem procurati
nominatorum per D. Benedictam abſentem fa-
ctam per d. D. Doctorem Franciſcum Mariam,
qui fuerunt DD.Io.Marcheſinus,& Guido Mon
talbottus in ſolidũ ſpecialiter , & expreſsè ad litẽ
& cauſam, quam ipſe D. Doctor Franciſcus Ma-
ria conſtituens,habet, ſeu habiturus eſt cum d.D.
21 Franciſco de Silueſtris &c.Item ſpecialiter,& ex-
preſsè ad faciendum declarari nullam , & inuali-
dam vſq; ab initio aſſertam tranſactionẽ nomi-
ne,ſed ceſſionem,in effectu Iurium,& actionum,
ipſius D.conſtituentis &c.& quatenus opus ſit ad
eam reſcindi , & declarari faciendum pro nulla ,
& inualida &c. omni meliori modo &c.

22 Tertium & vltimum inſtrumentum pariter
eadem die 29.Ianuarij,vt ſupra celebratum con-
tinet reſtitutionem fideicommiſſi , & alia geſta
per d.D. Doctorem Franciſcum Mariam , vt in
eo &c.in quo inter cætera adſunt iſta verba item.
23 Hò reſtituito,& reſtituiſce, & rilaſſa,& transferi-
ſce liberamẽte alla detta Signora Benedetta pre-
ſente,& accettante, per ſe, & ſuoi heredi il poſſeſ-
ſo, & proprietà tutta , & intiera delli infraſcritti
beni &c. Et nella detta Signora Benedetta pre-
ſente , & accettante come di ſopra , da, transferi-
ſce,rilaſſa,cede,& rinuncia &c. Volendo, che el-
24 la,come procuratrice, vt in rem propriam poſſa
nell'auennire,apprendere, tenere, godere, & di-
ſporre di detti beni,& ragioni tutte, come poſſa-
no li veri,& legitimi patroni delle loro coſe pro-
prie . Et ciò non oſtante vna aſſerta ceſſione , ò
preteſa , tranſactione rogati per me Notario li
quatro del preſente,la quale come nulla &c.non
impediſce,che eſſo Signor Dottore non poſſa fa-
re la detta reſtitutione , datione , translatione di
ragioni,& beni,come eſſo Dottor Franceſco Ma
ria, vt ſupra fà in ogni meglior modo,che hà po-
tuto, & può &c.chiamandoſi da lei pienamente,
& integralmente ſodisfatto &c.libera la detta Si-
gnora Benedetta preſente &c. dalla traditione di
beni ſtabili &c.Come herede antedetto,la quale
Signora Benedetta accetta in ſe tutte le attioni ,
& ragioni &c. della detta heredità del detto Sig.
Alfonſo &c.ſi che il Signor Franceſco Maria nõ
poſſi per alcun tẽpo, ne per qualũque cauſa mai
patire alcuno,ben che minimo dãno per le dette
heredità,& in tutto,& ꝑ tutto, come ſe non foſſe
ſtato herede: ꝓut &c.latius &c.in d. Inſtrumẽto.

25 Die 1.Febr. 1608.d.D.Doctor Frãciſcus Ma-
ria,cũ receſſiſſet,a contractu facto ſub die 29. Ia-
nuarij,d.anni ad fauorẽ d.D.Benedictæ, illudq;
caſſauerit, & reuocauerit redijt ad cõtractũ olim
factũ ad fauorẽ d.Franciſci Silueſtrij, illudq; ap-
probauit,eundẽq; Frãciſcũ præſentẽ,& acceptan
tem, Procuratorem in rem ſuam fecit prout &c.

26 Die 26. Februarij 1608.d. D. Benedictã me-
dio D.Guidi Montalbotti eius patris egit contra
d.D.Franciſcum Silueſtrium, petijt pronuntiari
aſſertam trãſactionem , ſeu ceſſionẽ fuiſſe,& eſſe,
vſq; ab initio nullã &c. maximè ſtãte reſtitutio-
ne fideicõmiſſi olim D. Benedicti de Silueſtris ,
vt ſupra per d. Doctorem Franciſcũ Mariã dictę
D. Benedictæ facti medio dictæ ſolutionis &c.

27 Die.6.Martij eiuſdem anni, eadem Benedicta
medio dicti ſui Procuratoris, corã d. D.Locum-
tenente Ciuili produxit certa Iura, & dixit d.D.
Franciſcum Silueſtrium tã nomine dicti Docto-
ris Silueſtrij , quàm ex perſona eius propria fuiſ-
ſe ,& eſſe intruſum , & occupatorem poſſeſſionis
bonorum olim DD.Alfonſi,& Benedicti Senio-
ris de Silueſtris &c.& propria vtroque nomine
fuiſſe,& eſſe eijciendum,& expellendum, vt eijci,
petit &c. & poſſeſſionem eſſe dimittendam d. D.
Benedictæ præuia reuocatione ipſius immiſſio-
nis,maximè cum D.Franciſcus tamquam natum

ex non

ex non legitimo patre nullam ſanguinis coniun-
ctionẽ habuiſse dicatur, cũ d. Benedicto, Alſonſo.
28 At cum ſubcubuiſset dicta Domina Benedi-
cta in huiuſmodi Iudicijs quia dictus Dominus
Franciſcus fuit abſolutus reſeruato eidem Bene-
dictæ Iure fideicommiſſi, & alijs Iuribus, vt in
ſententijs deſuper latis Iudicium inſtituit coram
Rota contra dictum Dominum Doctorem Fran
ciſcum Mariam de Silueſtris, & petijt eundem
cõdemnari ad totale intereſſe ipſius dictæ Bene-
dictæ liquidandum in executione ſententiæ. Nec
non & ad damna, & intereſſe, expenſas dictę Do-
minæ Benedictæ ſtantibus contrauentionibus
per eum factis; & die. 11. Martij 1615. obtinuit
per eandem Rotam condemnari dictum Docto-
rem Silueſtrum ad damna, & intereſſe, paſſum,
& paſſa, ac expenſas factas pro dicta Domina
Benedicta ob contrauentiones dicti D. Docto-
ris Franciſci Mariæ conuenta in inſtrumento, de
quibus agitur iuxta liquidationem faciẽdam &c.
29 Appellauit d. Dominus Doctor, à pręfata ſen-
tentia, & cauſa eidem Rotæ commiſſa, die 27. Iu-
nij 1606. Mandauit eadem Rota dictam ſenten-
tiam exequi ad fauorem D. Benedictę contra d.
Dom. Doctorem Franciſcum Mariam prout &c.
30. Die 17. Maij 1619. Rota pro maiori parte de-
clarauit, damna, & intereſſe, & expenſas, de qui-
bus in pręfata ſententia, aſcendere ad libras centũ
quinq; mille quadringẽtas ſeptem, & ſolid. vnde-
cim cõputaras &c. vt latius in ſentẽtia ad quã &c.
31 His ſic ſe habentibus, quia d. Dominus Doctor
Franciſcus Maria die 16. Martij, 1620. obtinuit
ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſs. Dom. Cardinali
Serra Legato Digniſſimo aduerſus dictam ſentẽ-
tiam; ſibi prouideri per reuiſionem ad eandem
Rotam, quæ non ſolet ex forma conſtiturionis
Rotalis concedi, niſi propter aliquam grauiſſimã
cauſam, vt ibidem n. 30. in Verſiculo, & caſu quo.
Eãdẽ cauſa dicto modo coram Rota introducta.
Domini concorditer dixerunt malè fuiſſe Iu-
dicatum per D. Iudicem, quoad fauorem D. Be-
nedictæ Narantiæ, & bene fuiſſe, & eſſe petitã re-
uiſionẽ pro parte Excellentiſs. D. Doctoris Fran-
ciſci Mariæ Silueſtrij modo, & forma, vt in ea.
Moti, quia licet dictus D. Doctor potuerit ce-
dere, & transferre omnia eius Iura, quæ habebat
in dictam Dominam Narantiam ad effectum re-
ſcindendi, annullandi, & recuperandi bona, &
Iura per ipſum rranslata in dictum Dom. Fran-
ciſcum Silueſtrium ex capite enormiſſimæ læſio-
32 nis, & medio huiuſmodi Ceſſionis, à ſe abdicare
Dominium, & poſſeſſionem ad tradita per Ale-
xand. conſ. 15. Reuerendiſſime Domine, in prin-
33 cip. lib. 2. quia omnis actio cedi poteſt. Tiraq. de
retract. Ligniag. §. 26. Gloſſ. 3. numer. 2. fol. 379.
Rota Genuenſ. per Cartar. deciſio. 18. Domina
Ioannina. n. 6. & 7. ſol. 49. Cabal. milleloq. 454.
non tamen eidem ceſſit, nec tranſtulit nec trans-
ferre permiſit illorum actualẽ poſſeſſionem, quã
antea per clauſulam conſtituti in dictum D. Fran
34 ciſcum Silueſtrium tranſtulerat ſciente D. Na-
rantia, qua mediante, transfertur Ciuilis, & na-
** turalis poſſeſſio ſecundum magis communem o-
pinionem, de qua reſtatur Rolan. conſil. 79. Viſo
35 proceſſu num. 43. lib. 1. fol. 447. poſt Bart. Iaſ. &
Neguſan. quod tenet etiam Tiraq. de Iur. conſtit.
part. 1. nu. 4. verſiculo igitur fol. 6. Pedem. deciſ.
133. Magnificus Pierciual. n. 6. verſ. in contrariũ
f. 524. & Mart. de clauſ. part. 1. clauſ. 20. n. 4. Ver-
ſiculo hæc clauſula f. 8. maximè, cùm non dubi-
taretur de poſſeſſione ipſius D. Doctoris in quẽ;
tamquam in hæredem continuata erat defuncti
poſſeſſio ex ſtatuto Ferrariẽſi lib. 2. c. 82. fol. 79.
Ex quibus plura principaliter ſequuntur &c.
36 Primò; quod deficiẽte permiſſione de traden-
da effectuali poſſeſſione, nõ ſolum defficit mora,
ſine qua intereſſe non debetur l. lecta verſ. ſed cũ
ſors ff. ſi cert. pet. l. ſoc. qui in eo in princ. propter.
ff. per ſoc. l. fin. ff. de peric. & commo. rei vendit. l.
mora in princ. & in §. Bonæfidei ff. de vſur. Alex.
conſ. 3. In cauſa, & lite num. 13. col. 4. lib. 2. fol. 4.
Alb. conſ. 217. Motiua excitata nu. 20. lib. 2. fol.
23. Rota Genuen. deciſ. 30. Alias Hieronymus.
nu. 7. fol. 101. deciſ. 41. Neminem latet nu. 6. ſol.
121. deciſ. 61. cum Stephanus n. 9. fol. 173. deciſ.
79. Coſmum Italianum nu. 3. fol. 152. deciſ. 86.
Viſum fuit Rotæ nu. 9. fol. 157. deciſ. 89. Augu-
ſtinus Doria nu. 3. fol. 160. deciſ. 139. Paulus V-
ſusmaris n. 4. fol. 199. deciſ. 193 Io. Baptiſta Gri-
maldus nu. 11. fol. 256. & deciſ. 202. Antonium
Saluagum nu. 5. fol. 263. Crauett. conſ. 609. Do-
minus Hieronymus nu. 6. lib. 5. fol. 97. qui pro-
priè loquitur in iſtis terminis Vincent. de Franc.
deciſ 23. Dubitatum fuit nu. 5. fol. 36. Seraphin.
deciſ. 941. obligationem Petri num. 3. part. 1. fol.
37 434. Sed ceſſat quælibet euictio, quæ inde per-
uenire poſſet ex re non tradita per regulam, ceſ-
ſante cauſa ceſſat effectus, quam latè exornat Ti-
raq. in tract ceſſante cauſa par. 1. cũ ſeq. f. 1. & ſeq.
38 & aliã regulã, quod ſublato principali, à quo pen
dent fructus, & intereſse tolluntur etiam ipſi fru-
ctus, & intereſſe Rota Gen. d. deciſ. 61. n. 1. f. 137.
deciſ. 200. condemnatus fuerat n. 1. & 5. fol. 262.
39 Secundo. Quod ſtante ſcientia, d. D. Narantia
non poteſt agere ad prætenſum totale intereſse,
neq; de euict. vt probat text. in l. ſi fundum ſciens
C de euict. & in l. ſi à Patre. C. de Iur. dot. & in
l. ſi fratres C. commu. vtriuſq; Iudic. & text. &c.

in terminis in cap. 1. in princip. tit. de Inue-
ſtit. rei alienat.fact. Alexand. conſil. 69. ſuper
eo, quod quæritur in princip. lib. 4. fol. 59. &
conſil. 21. viſo compromiſſo lib. 5. fol. 23. Ruin.
conſil. 11. ſtante themate num. 11. lib. 1. fol. 19.
Natt. conſil. 181. Viſo Inſtrumento numer. 8. lib.
1. fol. 414. Tiraquel. de tract. Lignag. §. 12. Gloſſ.
1. num. 7. & ſequen. fol. 323. Caballin. de euict.
§. 5. nu. 31. fol. 214. & lib. 1. commun. oppinio. ſe-
cundum ordinem codicis &c. ſub titul. de contra-
hend. empt. n. 107. fol. 623. Carrot. deciſ. 9. 10. ſę-
piſſimè in facto num. 12. fol. 29. Maſtrilli. deciſio.
61. Federicus Bona fide poſſidens nu. 2. cum ſeq.
part. 1. fol. 197.

40 Minusq; cogere dictũ Dominum Doctorem
Franciſcum ad prętenſam traditionem poſſeſſio-
nis bonorum, quam tradere non poterat, vt in
puncto conſuluit Alex. d. conſ. 69. col. 1. verſ. ta-
men lib. 4. fol. 59. vbi teſtatur de communi, quia
41 cenſetur vendidiſſe, & tranſtuliſſe iura quæ ipſe
habebat non autem, quæ non habebat, vt per tex.
in l. qui tabernas. ff. de contrahen. empt. habetur
lib. 1. com. opin. ſecundum. ordinem Codicis nu.
95. fol. 622. & Seraph. deciſ. 932. conſtituta fue-
rat num. 1. fol. 247.

42 Et conſequenter ad intereſſe, quod non fuit li-
quidatum nec liquidari potuit per propriam aſ-
ſertionem ipſius Dominæ Narrãtiæ, cuius dicto,
& ſi ex conuentione ſtandum foret, ex communi
de qua per Vrſilli ad Afflictum deciſ. 22. In cauſa
nu. 3. fol. 25. id tamen procedit quando declarans
id fecit, vt bonus vir alias eius dicto, non ſtatur, vt
per Natt. conſ. 450. prætendit num. 11. fol. 431.
qui bonus vir, vt dicit Bart. conſil. 168 Quidam
43 habens num. 3. fol. 51. Verſiculo, ſed vir bonus,
non arbitratur, niſi quatenus conſtet, & probare-
tur legitimè ab aliquo extortum eſſe per tex. &c.
in l. Illicita &c. §. veritas ff. de offic. præſid. Non
44 autem in hac ſpecie, in qua ex eo ſolum, quod
conſtat de læſione, & grauamine ſemper datur
recurſus ad arbitrium boni viri, vt probant Bart.
in l fin. num. 3. ff. de prætor. ſtipulatio, & d. conſ.
168. num. 4. fol. 51. & Vrſill. ad Afflict. &c. dicta
deciſ. 91. nu. 7. fol. 88.

45 Vltra, quod quandoq; non incongruit à di-
* cta communi recedere ex cauſa ad tradita per
Coler. de proceſſ. executiuis, cap. 10. numer. 128.
fol. 313.

46 Sicuti, ex cauſa receditur à diſpoſitione Iuris,
& ſtatutorum l. ſi quid ergo §. pœna grauior ff.
de his qui notan. Infam. & tradunt omnes in l.
hodie ff. de pœn. & in dicto §. Pœna grauior Ro-
man. conſil. 429. Conſidero numer. 3. & 4. fol.
310. Marſil. ſingul. 182. Iudex non habet fol. 45.
Rot. Lucan. per Aſſiſ. deciſio. 15. Illuſtris numer.
58. fol. 91. etiam ſi eorum obſeruantia Iurata fue
rit. leg. ſi hominem 30. ff. manda. Bald. in Rubr.
C. qui ad mut. &c. numer. 1. verſic. quandoque
Roman. loco citato numer. 4. Corſett. in ſuis ſin-
gularibus in Verbo Iuramentum fol. 142. Cot-
ta: in Verbo Armorum offenſibilium in Verſi-
culo & notabilis, fol. 43. vbi plures allegat.

47 Quod ſubſit cauſa id faciendi patet nedum ex
præmiſſis, ſed quia non eſt veriſimile, quod di-
ctus Dominus Doctor pro modica ſumma Du-
cat. 1500. qua mediante omnia iura ſua tranſtu-
lit in dictam Dominam Narantiam, vt ea ſuo ri-
ſico exerceret contra dictum Dominum Franci-
ſcum Silueſtrium abſque ipſius cedentis iactu-
ra, vt benè id probant verba contractus inter
dictam Narrantiam & dictum Doctorem initi
numer. 13. & 14. ibi oltre il dubio euento &cæt.
& numer. 14. ibi ò ſi annulla, & reſcinda &cæt. ò
che vinca ò perda &cæt. & numer. 15. ibi ò ſo-
prauenga qualunque altro ſiniſtro &c. voluerit
ſe ſtatim obligare ad ſolutionem valoris bono-
rum dicto modo ceſſorum, huiuſmodique im-
moderatum intereſſe excedens per 16. vices, &
vltra capitale dictorum ſcutorum 1500. à Nar-
rantia poſitum, cum in omnem caſum ſemper
intereſſe debeat eſſe correſpectiuum ad capitale
l. cum principali &c. 139. ff. de Reg. Iur.

Quod adſit ſcientia Dominæ Benedictæ Nar-
rantiæ, eſt manifeſtum ex ſequentibus.

48 Primo. Quia dicta Domina Narrantia ha-
buit ſcientiam Inſtrumenti initi inter &cæt. di-
ctum Dominum Doctorem, & Dominum Fran
ciſcum Silueſtrium ſub die 4. Iannuarij 1608.
per acta Domini Valerij paſſamontis, vt patet
ex Inſtrumento rogato per eundem Notarium
ſub die 29. Iannuarij 1608. inter dictum Do-
minum Doctorem, & dictam Dominam Bene-
dictam Narrantiam numer. 7. ibi ſapendo là Il-
luſtre Signora Benedetta Narranzi &cæt. Quæ
præſumitur, ex ſola mentione, quam fecit de di-
cto inſtrumento Simon de pret. conſ. 95. ex pro-
ceſſu num. 11. & 12. fol. 176.

Secundo quia aliqua de contentis in dicto
49 Inſtrumento dicta Domina Narrantia ennun-
ciauit numer. 9. vt ibi, che vuol deporre in ban-
co publico &cæt. ex qua ſcientia partis conten-
torum præſumitur ſcientia totius. Soccin. in
ſuis fallentijs regular. Iuris; in verbo Ignoran-
tia 2. & 6. fol. 29. Argum. l. non eſt ferendus. ff.
de tranſactio. Crauett. conſil. 74. Michael Matt.
numer. 2. lib. 1. fol. 78. Alber. conſil. 18. ſi tutor
iſte num. 3. lib. 1. fol. 24. Surd. conſil. 82. de an-
no 1578. num. 35. lib. 1. fol. 359. Burſat. conſ. 64.

exco-

ex codicillo nuper num.36. lib. 1. fol. 136. Cra-
uet.conſ.866. exceptio rei iudicatæ num.7.lib.5.
fol.215.Menoch.de præſu. præſumpt. 23. num.
73.lib.6.fol.1027.Corn.conſil. 284. pars d.Io.
Saluati num.5.col.2.lib.4.fol. 252.

50 Tertio.Quia ſuper dicto Inſtrumẽto celebra-
to inter dictũ Dominum Doctorem Franciſcum
Mariam Silueſtrium, & Dominum Franciſcum
pariter de Silueſtris,cum dicta clauſula cõſtituti,
dicta Domina Narantia tranſegit,quo caſu præ-
ſumitur ſcientia,vt in puncto conſuluerunt Alex.
conſ.118.Viſo inſtrumento num.4.col. 2.lib.7.
fol.62.Paul.de Caſtr.conſ.59.pro pleniori num.
3.col. 3. in 3.dubio verſiculo Breuiter lib.1.fol.
60.& alij citati per Paſet.conſil. 56. In cauſa nu.
10.& 11.fol....

Quarto.Quia dicta Domina Narantia dictum
Dominum Franciſcum Silueſtrium, nedum ad
reſciſſionem,ſeu annullationem contractuũ ini-
tor.cum dicto D.Doctore vocauit,ſed etiam poſ-
ſeſſorio ad effectum actualiter conſequendi poſ-
ſeſſionem bonorum, de quibus agitur, egit,quod
51 abſque ſcientia ipſius Dominæ Narantiæ fieri
minimè potuit;vt optimè probat Dec.conſ.267.
Non excedit num.2.colum.2.fol.54. & Paſet.d.
conſ.56.num.12.qui alios allegat.

Quinto.quia cum dicta Domina Narantia de
facili potuiſſet videre inſtrumentum rogatum
inter dictum Dominum Doctorem Franciſcum
Mariam, & dictum Dominum Franciſcum Ma-
52 riam Silueſtrium quod erat penes notarium, &
noluerit, habetur, pro ſciente ad tradità per Ti-
raquellum de retract.Ligniag. §.12. Gloſſ.1.nu-
53 mer.9.fol. 109.maximè cum ignorantia præten-
ſa ex parte dictæ Dominæ Narantiæ non ſit
Iuſta, nec veriſimilis, nec probabilis Benint. de-
ciſio.71. Dubium numer. 3. & 4. fol.109. Sed
craſſa,& ſuppina, quæ ſcientiæ æquiperatur cap.
2. de conſtitut. in 6. quaſi ignorauerit quod om-
nes ſciunt, vt inquit ibi Gloſſ. in verbo ſupina
litera. l. & quod reſultat, ac colligitur ex actis,
quæ faciunt Notarium. Innoc. in cap. ex inſi-
nuante.50.de appellat.numer. 1. fol.394. Rom.
in l.exitus.ff.de acquir. poſſeſſ. numer.3.fol. 76.
Pariſien.conſil. 98. aſſerta ſententia numer. 25.
lib.3. fol. 180. Marſil. conſil. 64. Plura numer.
25. fol. 496. Tiraquell. de retract. Conſang. §.
36.Gloſſ.2.numer.44.fol.580.Natt.conſil.573.
Vetus extat numer.23. fol. 193. Roland. conſil.
41.Primo quidem aſpectu numer.30. volum.1.
fol.257. Franc. in cap. dilecto numer. 140. de
appellat.fol.250.Grammat. deciſio.36. Solon
ex ſeptem ſapientibus, numer. 57. fol. Roman.
Iunior conſil.798. Reuerendus numer. 3.lib. 7.
fol.267.Maſcard.de probatio. Corul. 1102.nu-
mer.13.& 17.lib.2.fol. & Surd.conſil.61.Iuſta
videtur num.23.lib.1.fol.281.

Non obſtat prætenſa res Iudicata circa di-
ctum intereſſe &c.

Nam aut fundatur in ſententia Dominorum
de Rota lata die.11.Martij 1615.in actis Domini
Ioannis Baptiſtæ de Bernardis, & iſta Nihil fa-
cit, quia fuit ſuper damnis,expenſis,& intereſſe,
factis, per Dominam Benedictam Silueſtriam
de Narantijs ob contrauentiones Domini Fran
ciſci Mariæ conuentorum in inſtrumentis, de
quibus in actis, iuxta liquidationem faciendam.

Quæ contrauentiones ad effectũ, de quo agi-
tur,minimè probatæ fuerunt,nec probari poſsũt
cum deficiat dicta promiſſio de tradendo.

Non etiam facit dicta ſententia, quia cum ſit
54. incerta, non oritur ex ea actio rei Iudicatæ, nec
habet, executionem, niſi facta liquidatione Bar-
tol.in leg.hæc ſententia 3.C.de ſenten.quæ ſine
cert.quantit.numer.5. Galleſ. ad Form. Camer.
oblig.vult: rubr.de quæſt.poſt proceſſ.incident.
num.33.fol.161.

Aut fundatur in alia ſententia Dominorum
de Rota lata die 17. Maij 1619. quæ liquidauit
damna,& intereſſe, & expenſas, de quibus in di-
cta ſententia, in ſumma librarum centum quin-
que mille quadringentarum ſeptem, ſolidorum
vndecim,item in libris 105407.11.&c. Et idem
eſt: quia licet,à ſententijs Rotalibus nullo modo
poſſit appellari de nullitate, quantumuis notoria
dici,vel opponi, ſupplicari, vel recurſus peti, vel
concedi, aut etiam ad ſedem Apoſtolicam reſti-
tutio efflagitari, etiam ex capite minoris ætatis,
aut officium Iudicis implorari, vel quoquomo-
55 do illis contrairi, ſed prout latè extiterint omni-
modo executioni demandari debeant. Aliquan-
do tamen aduerſus, eas ad eandem Rotam ex
grauiſſima cauſa conceditur reuiſio vigore rota-
lis conſtitutionis Ferrariæ d. cap.30. in verſicu-
lo,& caſu, vt conceſſa fuit in hac cauſa ex reſcri-
pto Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Dom. Car-
56 dinalis Legati, quo mediante, eadem Rota, vti
Iudex exceſſus,grauaminis, ac læſionis memora-
tæ, ſicut poterat reducere dictum intereſſe, ad
congruam quantitatem, & illud taxare, ita po-
tuit,dum nouit non deberi ab eo abſoluere, &
dictam ſententiam retractare, ac reformare, vt
de hac eſt tex.clarus in l.quod ſi Epheſi §.Inter-
dum.ff.de eo quod certo loco vbi Iaſ.num. 1.&
per hunc tex.in puncto conſuluit Natt.conſ.450.
prætendit nu.12.lib.2. fol. 431.& facit Bellon.
conſul.77.In cauſa vertente num.5.fol.159.qui
teſtatur de communi,& æquiſſima.

Non obſtat dum dicitur promiſſionem tra-
dendi effectualem poſſeſſionem bonorum, de
quibus agitur, quam fecit d. D. Doctor de Silue-
57 ſtris ad fauorem Dominæ Narrantiæ probari
ex primo inſtrumento inito inter dictum Domi-
num Doctorem, & Dominam Narrantiam nu.
21. ibi poiche, non è honeſto, che ritenga per eſ-
ſa tanti corpi hæreditarij ſtabili, & frutiferi, &
non paghi i loro frutti, & ex vltimo num. 23. ibi
hà reſtituito, & reſtituiſce, & rilaſſa transferiſce
&c. il poſſeſſo, & proprietà & cæt. ex qua oritur a-
ctio ad intereſſe ad fauorem Dominæ Narantiæ
contra dictum Doctorem, qui eam tradere per-
miſit Cephal. conſ. 554. in præſenti caſu num. 5.
lib. 4. fol. 505. Pedemont. deciſ. 70. cum in caſtro
num. 15. fol. 252. Surd. deciſ. 306. Thomas Flo-
rauantius nu. 6. & 7. fol. 586. ſiue dicta bona tra-
dere noluerit, ſiue facultatem tradendi non ha-
buerit Caſtrenſ. in l. 1. vbi cæteri ſcriben. ff. de a-
ctio. empt. quod intereſſe eſt valor bonorũ, quia
in iſtis obligationibus facti, ſiue rem tradi inter-
eſſe nihil aliud eſt, quam id, quod fuit promiſ-
ſum, & erat præſtandum Cephal. d. conſil. 554.
nu. 6. fol. eod. cum cæteris adductis in deciſ. D. D.
de Rota in Verſiculo, quod intereſſe.

Quoniam, quo ad verba primi inſtrumenti
dictum fuit ea, vti non prolata, à dicto Domino
Doctore Franciſco Maria, ſed à Domina Bene-
dicta Narantia non poſſe inducere aliquam ob-
ligationem, ex parte dicti Doctoris abſq; expreſ-
ſa eius voluntate.

Et tanto magis cum Illa fuerint prolata ad a-
lium finem, & effectum, nempe ad docendum de
cauſa, qua mota fuit dicta Domina Benedicta ad
promittendum ſcudi 1500. dicto Domino Do-
ctori Franciſco Mariæ ſine qua quandoq; dubi-
58 tari potuiſſet de inualiditate huiuſmodi obliga-
tionis, quæ ſine cauſa non tenet. C. ſi cautio de fi-
de Inſtrum. l. 2. §. circa. ff. de Dol. mal. except. l.
generaliter. C. de non nu. pecunia. vbi gloſſ. &
Salic. Imol. in l. à Titio. ff. de verborum obligat.
Surd. conſil. 431. quandocunq; numer. 28. lib. 4.
fol. 666. qui Teſtatur de communi, non ad pro-
mittendum prætenſam effectualem traditionem
poſſeſſionis de qua dictæ partes numquam cogi-
tarunt, nec cogitare poterant, cum ſcirent, illam
eſſe penes dictum D. Frãciſcum Silueſtrium &c.

59 Quo ad verba vltimi inſtrumenti dictum fuit
illa vti prolata extra præſentiam bonorum non
probare traditionem poſſeſſionis, ſed importare
ſolam licentiam, eam apprehendendi, vt per do-
ctrinam Bart. in l. Prædia. ff. de acquir. poſſeſſio.
cum concordantibus ibi plenè adductis per A-
lex. Conſuluit Natt. conſ. 162. perſpecto facto n.
14. lib. 1. fol. 360. & ſeq. & cenſuit Magon. deciſ.
Lucen. 11. in cauſa Sanctis num. 5. fol. 38. Quod
non negatur in deciſione Dominorum de Rota
in huiuſmodi cauſa facta, vt ibi in verſiculo ve-
rum quia &c.

60 Dictum etiam fuit, quod cum reſtitutio fieri
poſſit re, & verbis. l. reſtituta hereditas. 37. Gloſſ.
in l. poſtulante. 44. §. primo in verbo, verbotenus
litera, m, ff. ad Senat. Conſult. Trebell. dicta ver-
ba in caſu de quo agitur debere intelligi de reſti-
tutione verbali, quam dictus Dominus Doctor,
qui non poſſidebat facere poterat, non autem de
re aliquam facere non poterat, ex quo non poſſi-
debat, quaſi hanc, & non aliam dicta Domina
Narantia cum dicto D. Doctore conuenerit.

Non obſtat, quod in Inſtrumento celebrato
inter dictum Dominum Doctorem, & Dominã
61 Narantiam fuerunt oppoſitæ clauſulæ quæ om-
nia, & ſingula ſupradictæ partes &c. promiſerunt
firma, et Rata, et grata perpetuo habere item
Clauſula & voluerunt, cum promiſſione, dam-
norum, & intereſſe, & expenſarum, quæ damna,
& intereſſe &c. ex quibus dicuntur ſpecialiter ſti-
pulata damna, & intereſſe in caſu non factæ actua
lis reſtitutionis bonorum, vt conſuluit Surd. d.
conſ. 15. num. 19. lib. 1. fol. 80. in deciſione facta
ad fauorem d. Dominæ Narantiæ allegati, &
limitari, quæ ſupra dicta ſunt de ſcientia d. Do-
minæ Narantiæ, quæ ipſam excludit, à prætenſo
62 totali intereſſe, & ab euictione, quaſi ipſa dicto
modo ſibi cauerit expreſſè, quo caſu competit a-
ctio ad damna, & intereſſe, & de euictione, vt in
d. l. ſi fundum ſciens. C. de euictio. Bart. in l. quẽ-
admodum poſt gloſſ. num. 10. C. de Agricol. &
cenſit lib. 11. Crauett. conſ. 64. In contractu Ma-
trimonij nu. 4. fol. 68. Tiraq. de retract. Lignag.
§. 12. Gloſſ. 1. nu. 11. fol. 324. & Surd. loco pro-
ximè citato.

Quoniam fuit reſpõſum, quod cum in Inſtru-
mento, ſeu inſtrumentis inter dictas partes cele-
bratis nulla adſit promiſſio de tradenda poſſeſ-
ſione actuali, vt ſæpè dictum fuit, quod illa non
cenſetur addita per dictas clauſulas; quæ opera-
tur circa expreſſa, non autem ſuper non expreſ-
ſis, Mart. de clauſul. part. 4. clauſ. 1. numer. 1. & 2.
cum ſeq. fol. 44. & clauſ. 21. fol. 149. & clauſ. 32.
fol. 153. vt quoq; colligitur ex vi verborum po-
ſitorum in dictis clauſulis, quæ præſupponuntur,
certum quid fuiſſe ſpecificatum ſuper quo poſ-
ſint importare ſpecialem expreſſionem.

63 Secundo fuit reſponſum, quod dictæ clauſulæ,
vti poſitæ in executiuis, non alterãt principalem
diſpoſitionem clem. 1. de præben. vbi ſcriben.
Dec. conſil. 2. & pretenus facultate mea num. 9.
& 10.

& 10.fol.4.Pedemon.deciſ.164. Alia ſæpè con-
tingit,num.2.fol.666.Caputaq.deciſ.83.Cano-
nici regulares.num.3.part.1.fol.22.& Mart. de
clauſul.part.4.clauſ.20.per tot.fol.148.

Tertio fuit reſponſum caſum Surd. dicto
64 conſil.15.num.19.non applicari, quia ibi ven-
ditores dixerunt omnia, & ſingula contenta in
inſtrumento eſſe vera, & promiſerunt ea omnia
attendere,& obſeruare, & de euictione,quæ præ-
miſſio cum referatur ad omnia euictio cenſetur
præmiſſa pro omnibus, ac ſi fuiſſet ſtipulata ſpe-
cialiter reſpectu qualitatis rerum, quæ venerunt
in venditione, vt poſt Bartol. in l.2. ff. de noua,
cum alijs per Crauet. adductis conſ.308.Infran-
chitia hominum num.6. verſiculo quinto conſi-
dero fol.107.ſecus in ſpecie,de qua agitur in qua
abſque eo quod aliquid dicatur de euictione, &
aliqua promiſſio traditionis poſſeſſionis cum
effectu facta fuerit per dictum Dominum Do-
ctorem ad fauorem dictæ Dominæ Narantiæ
ſolum reperiuntur dictæ clauſulæ, quæ non poſ-
ſunt ſupplere defectum dictæ promiſſionis non
factæ &c.

65 Quarto fuit reſponſum prædicta præcedere,
vbi ex præmiſſis reſultaret præmiſſio euictionis,
vel damnorum, & intereſſe ſpecialis facta in il-
lam cauſam nempè, quod ſi res aliena vendita
fuerit, venditor velit teneri emptori de euictio-
ne, & de damnis, & intereſſe, iuxta tradita per
Becc.conſil.24.cum magnificis num.34 fol.95.
qui multos allegat Mareſcot. variar. reſolut. lib.
2.cap.19.fol.44.& Seraph. deciſio.787. diſcuſ-
ſis reſponſionibus, num.10. part.1. fol. 482.ſe-
cus, vbi reſultaret promiſſio in genere damno-
rum, & intereſſe, quia tunc huiuſmodi generalis
promiſſio nihil operatur. Alex.conſ.21. Viſo cõ-
promiſſo.nu.4.col.2. fol.23.& num.8.verſiculo
nec etiam obſtat. col. 4. & verſiculo niſi fuiſſet
expreſsè. fol.24.lib.5. Ruin.conſ.11.ſtante the-
ma.num.11.lib. fol.19. Tiraq.de retract.§.1. Gl.
9. num. 59. fol.92. Honded. conſil. 3. cauetur
ſtatuto ciuitatis Cluſij. num. 40.41. & 24. lib.5.
fol.18. Rota diuerſor. Deciſ.211. Domini con-
cluſerunt.nu.5. part.2.fol.724. Surd.deciſ.243.
Pro Domino Benedicto.num.3.fol.547.& Ma-
reſcot.variar.reſolutio.lib.2.d.cap.19.num.39.
fol.34.

Quod non eſt in ſpecie,de qua agitur, in qua
licet d. Dominus Doctor Franciſcus Maria trã-
ſtulerit in dictam Dominam Benedictam Na-
rantiam iura ſua, vt in inſtrumento inter dictas
partes celebrato, non tamen, vt dictum fuit, ſe
obligauit tradere bona, de quibus agitur, & de
euictione in genere,neque in ſpecie, ſed id fecit,
quia vti voluit bona fide,vt poterat erga dictam
Dominam Benedictam, vt num. 10. ibi Vuo-
le vſare ogni buona fede, quæ id non patitur.

Non obſtat contrauentio Domini Doctoris,
qui reuocando Dominos procuratores Mar-
cheſinum, & Monealbottum receſſit ab inſtru-
mento inito cum D. Narantia, & redijt ad pri-
mum contractum initum cum Domino Franci-
ſco Silueſtrio,ob quam ipſe Dominus Doctor
meruit ad intereſſe condemnari, vt condemna-
tus fuit.

66 Quoniam huiuſmodi contrauentio,vti nõ re-
leuans, neque impeditiua iurium translatorum
in perſonam dictæ Dominæ Narantiæ non im-
pedit quin ipſa tanquam vidua, & priuilegiata
ad libitum contra dictum Dominum Franci-
67 ſcum Silueſtrium in quocunque tribunali ſibi
magis benè uiſo agere potuerit, ex priuilegio
legis unicæ. C.quãdo.imper.inter pupill. & vid.
non parit aliquod intereſſe.

Quod dicta contrauentio non fuerit releuans
patet, quia ſi prior contractus celebratus, cum
Domino Franciſco Silueſtrio erat reſcindibilis,
& inualidus, inſtrumentum ſeù inſtrumenta,
quæ poſteà facta fuerunt inter dictum Domi-
num Doctorem Franciſcum Mariam, & D. Be-
nedictam Narantiam non potuerunt per muta-
68 tionem voluntatis ipſius Domini Doctoris in-
fringi, ac reuocari, cõtractus enim,qui ab initio
ſunt voluntatis,ex poſt facto ſunt neceſſitatis. l.
ſicut,& ibi notatur.C.de actio.& obligatio.Rot.
Bonon. per Bar.3.deciſ.23.Moti fuimus nu.18.
fol.72.& deciſio.36.Reſolutum.num.9.fol.103.
Surd.conſ.38.Reuerendus Præpoſitus.nu.6.fol.
180.& conſ.68. quia Dominus Theodorus nu.
1.lib.1.fol.308.

Maximè cũ cauſa reuocandi geſta cum Do-
mino Franciſco Silueſtrio ab enormiſſima læ-
69 ſione penderet, cuius reſciſſio ex geminatione
contractus, non tollitur, tum quia diſpoſitio di-
ctæ. l.2. C.de reſcinden. uenditio. eſt generalis,
quæ huiuſmodi reſtrictionem, non recipit, nec
admittit. l. de precio. 10. ff. de publicia. in rem
action. cum quia ſi reciperetur facilè aperiretur
70 via fraudibus, facillimèque excluderetur reme-
dium d.l.2. in damnum decepti, qui eadem faci-
litate, eodemque errore ductum, iterum aſſenti-
ret iuxta text.in l.doli.19. verſiculo idemque.ff.
de nouatio,& tradit ex multis Arrius Pinell. de
reſcind.venditio part.3.cap.1.num.36.fol.170.
Cagnol.in l.2.num.71.& 72.C.de reſcind.uen-
ditio.fol.126.deciſ.conſ.60.Viſo themate num.
4.fol.53.Alb.conſil.543. ſtante præſuppoſito.
num.21.folio 8.quod non eſt dicendum.

Etiam

Etiamſi eſſet expreſsè renunciatum benefi-
ciũ.d.l.2. cum clauſula ex certa ſcientia, & exce-
ptione de dolo per clauſulas generales, ſeu ſpe-
71 ciales,& cum iuramento: ratio eſt,quia ea facili-
tate, qua quis dicitur inductus ad actum princi-
palem,cenſetur etiam inductus ad patiendum,vt
72 adijciantur tales clauſulæ, vltra quod talia nihil
operarentur probata enormiſſima læſione, ſed
augerent doli,& læſionis ſuſpitionem,& per cal-
liditatem,& dolum huiuſmodi clauſulæ oppoſi-
tæ cenſeretur,vt in ſpecie dicit Alba.conſil.81.in
quæſtione propoſita. num. 52.& 53. reſpectiuè
lib.1.fol.75.

Quod multo magis videbatur dicendum in
hac ſpecie, in qua poſt primum contractum re-
ſcindibilem alteri eſt ius quæſitum ex nouo, ſeu
nouis contractibus, à quibus ille, qui ceſſit, ſeu
73 dedit rem vni non poteſt recedere,nec illam al-
teri cedere, ſeu dare, vt ex pluribus tradit Tiraq.
de retract. ligniag. §.26.glo.1.num.52.fol.375.
74 Ratio eſt, quia iura utilia per ceſſionem fundi-
tus,atque radicitus euelluntur a cedente. l. ex aſ-
ſe.ff.ad trebell. Tiraqu.vbi ſupra. Et præſertim,
quando cedens ceſſit, ſcienti quoquo modo ceſ-
ſionem prius factam ad commodum prioris ceſ-
ſionarij, vt ex multis probat Vrſil. ad Afflict.
75 deciſ.335.pro deciſione cauſæ nu.8. & 9. & nu.
16.vſque ad finem fol.308.& num.18.vbi dicit,
quod quando ceſſio eſt facta ad vtilitatem ceſ-
ſionarij, qualiſcunque ſcientia ſufficit ad facien-
76 dum, vt debitor non valeat ſoluere cedenti, et ſi
ſoluit non liberatur. Ex quo vbi de ſcientia du-
bitari contingeret, quæ clariſſimè ex ſupra de-
ductis in hac ſpecie probata eſt, facilè tollitur,
quod dicitur in deciſione pro parte dictæ Domi-
næ Narrantiæ allegata de ſcientia, quæ debet eſ-
ſe clara ſpecialis, & cum omnibus ſuis qualitati-
bus, maximè cum ſufficiat aliquãdo ſcientia præ-
77 ſumpta, vt in propoſito tradit Surd.conſ.82. de
anno 1578.num.29.lib. 1.fol.36.& in ſpecie, in
caſu iſto vbi dicta Domina Benedicta Narran-
tia tractat de iure quærendo, hoc eſt de acquirẽ-
do iure d. Domini Doctoris Franciſci Mariæ,
quæ antea non habebat,non autem de iure quæ-
ſito, quo caſu ſcientia præſumpta ſufficit, vt in
puncto cenſuit Moedan. deciſ. 4. alias 160. fuit
reſolutum in Rota de probation. nu.3. fol.173.
& Io.Bapt.Ricc.in eius collectan.Dec.nu.1959.
verſiculo in ſecundo ſufficit par.2.fol.355.

Vbi verò præfata D. Doctoris contrauentio
in aliquo poſſet eſſe præiudicialis dictæ D.Bene
dictæ Narantiæ; Quod hucuſque minimè fuit
78 probatum, Domini, eidem Dominæ Narrantiæ
ius liquidandi,vt in ſententia reſeruarunt ad tra-
dita per Cagnol. in rubr. de ſenten. quæ pro eo,
quod inter profer. num.6. fol.318. & Rot. Ge-
nuen.deciſ.163. Ambroſius Taruffus.num.4. &
5.fol.117.penitus ſublato intereſſe totali valoris
bonorum, quod in eadem ſententia non deberi
declarauerunt in omnibus,& per omnia, vt in ea
79 ad quam &c. Abſoluerunt partes ambas ab ex-
penſis,quia defendendo Domina Narantia ſen-
tẽtiam ad eius fauorem latam, quæ per viam re-
uiſionis fuit omiſſa videbatur habuiſſe aliquam
rationabilem cauſam id faciendi ob quam me-
ruerit ab expenſis liberari honorario excepto,
quod commune eſſe voluerunt inter dictas par-
tes.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De pacto in ceſſione appoſito, quod eſt ſeruandum, & cedente, qui tenetur facere debitoris nomen verum,& ſine exceptione, licet non teneatur eum facere bonum de facto, hoc eſt ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Pacta ſunt ſeruanda.*
2 *Pacta ſeruabo, ait Prætor.*
3 *Contractus, à conuentione legem accipiunt.*
4 *Verba contractus ſunt forma contractus, ex quibus animus contrahentium indicatur.*
5 *Debitor ille dicitur, à quo inuito exigi poteſt.*
6 *Cedens ad quid teneatur.*
7 *Negligentia ſoli negligenti nocere debet.*
8 *Diligentia in dubio præſumitur.*
9 *Culpa, & negligentia contrahitur, etiam per vnicam interpellationem.*
10 *Proſequi, quis non tenetur, quod factum non releuat.*
11 *Negligentia non operatur, quando aduerſus eam aliqua vrget præſumptio.*
12 *Culpa, & negligentia facilius conſideratur in tutoribus, & curatoribus, cæteriſque electis pro adminiſtrandis negotijs.*
13 *Negligentia non præſumitur, vbi agitur de propria vtilitate.*

DECISIO VII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Domini cenſuerunt malè fuiſſe appellatum, & de nullitate dictum pro parte Domini Vincentij Colettæ, & bene iudicatum ad fauorem Illuſtris Dominæ Aloyſiæ Malpiliæ per D.Prætorem iudicem, à quo.

Moti, quia cum ipſe Coletta modo, & forma prout in inſtrumento deſuper celebrato, ceſſerit

nomina

nomina plurium debitorũ dictæ Dominæ Malpiliæ, quorum alij per ſententiam fuerunt abſoluti, alij verò cogi non potuerunt infra tempus conuentum, quatuor annorum ex propria culpa
1 ipſius Colettæ, qui etiam requiſitus & interpellatus iura non ſubminiſtrauit, nec pacta ſeruauit, ut tenebatur. l.iuriſgentium.7.§.prætor.ff.
2 de pact.l.in conuentionibus.52.ff.de verb. obligatio. vbi Prætor expreſsè dicit pacta ſeruabo, Cephal.conſil.724.ut breuitati conſulam.num. 3.lib.5.fol.415. quæ à conuentione legem. l. 1.
3 ſi conuenerit.ff.depoſit. l.legem.C.de pact.Aſflict.deciſio.293. fuit declaratum. nu.3.fol.232.
4 Rota Genuenſ.deciſ.14. Quemadmodum num. 8. fol.52. & à verbis formam, ex quibus animus contrahentium iudicatur. Rolan.conſ.61. Quoniam duæ. num.9. lib. 2.fol.105. accipiunt. Posuit ipſa Malpilia, quaſi non debitores ſibi ceſſi fuerint, quia debitor ille dicitur, à quo inuito
5 exigi poteſt. l.debitor. ff.de verbor. obligatio.tã in vim dicti pacti, quam ceſſionis agere contra
6 dictum Colettam, quia cedens tenetur regulariter facere debitoris nomen verum, & ſine exceptione, vt probat text.in l.ſi nomen.& l.ſeq.ff.de hæredita.vel action. vendit. Pariſ. conſil. 88. ad veritatem deciſionis.num.13.lib.1.fol.159.Rota Genuenſ.deciſ.156. Cum Paulus Cibo.nu.1. fol.212.l. ſi plus, vel minus in fine, & ibi per Gl. in verbo exigi litera h. ff.de euiction. Rot. Florent.deciſ.39. cauſa iſta inter Dominos. num. 1. fol.130.Rota in nouiſsimis diuerſor. deciſ. 123. In cauſa.num.7. part.2.fol.82. Surd.deciſ. 326. cauſa Domini Ioannis. num.41.fol. 767. Becc. conſ.505.Ioannes, & Iacobus.num.13.fol.261. Crauett.conſil.979. Non inarguetè. num. 4. fol. 418.licet non teneatur eum facere bonum de facto, hoceſt cum eſſe ſoluendo, ut per Becc.d.cõſ. 505.num. 13. Rot.Genuen. & Crauett. in locis proximè citatis Maſtrill.deciſio. 240. Ill. Frater Centorius.num.8.lib.3.fol. 115. niſi fortè ceſſerit iura contra nomen debitoris talia qualia habet, quia, tunc vtroque caſu non tenetur facere, nec vera, nec bona, ſed ſi nihil habet, nihil cedit, qui non eſt caſus de quo agitur.

7 Non obſtat Malpigliam fuiſſe negligentem non appellando, quatenus opus fuiſſet à ſententijs ad fauorem creditorũ ceſſorum latis, & proſequendo cauſam contra alios, aduerſus quos nihil fuit ſententiatum, quæ ſibi ſoli, non autẽ Colettæ nocere debent ad tradita per Socin. conſil. 273.in præſenti conſultatione. colum.4.num.3. cum ſeq.lib.2. fol. 199. & ſeq.Crauet.conſ.132. homines Sancti Andreæ num.4.fol.131.

8 Quoniam præterquam quod diligentia in dubio præſumitur.c.niſi de præbend. Bart.in l.ſi cum venderet. §.fin. ff.de pignor.actio. Crauett. conſ.8.Aymo Cerandi nu.20.fol.19.Becc.d.conſil.37.nu.12.fol.61.Surd.conſ.12.præſens quæſtio num.18.fol.66.conſ.60.in inſtrumento nu. 28.lib.1.fol.278. & deciſ.221. cum iterum fuiſſet num.12. fol.190.Roman.conſil.481.in præſenti num.9.fol.256.de ea conſtat, etiam expreſsè cum appellauerit Malpiglia medio ſui procuratoris ſub die 19. menſis Februarij 1611. ad Ill. Dominum prætorem Rotæ, & fecerit, vt ſupra, quod potuit. Coletta vero, quod debebat ex inſtrumento, & conuentione, etiam interpellatus nunquam adimpleuit, quo caſu vti in cul-
9 pa, & negligentia, quæ contrahitur, etiã per vnicam interpellationem Crauett. d. conſ.132. nu. 6. fol. 137. non poteſt illam alteri obijcere, ſed ſibi ſoli imputare. Becc.conſ.37.num.8.& 9.folio 61.

10 Præſertim cum non teneretur Malpiglia proſequi illud quod factum, ac perſecutum non releuaſſet ad tradita in puncto per text.in l.fin.§.1. verſiculo quid nocent. ff. quis ordo in bonorum poſſeſſio.ſeruet. Bal.conſil. 145.caſus talis eſt.nu. 4.lib.3.fol.31.Crauet.conſ.146.Iacobus Perrotti nu.5.verſiculo quod marito.fol.55. & Becc.d. conſ.37.nu.29.fol.62.

Secundo fuit reſponſum, quod dicta conſilia Socin.conſ.273.col.4.lib.2.& Crauet.conſ.132. nu.4.non applicantur ad hanc ſpeciem ſtantibus
11 præmiſſis, & tanto magis cum ſufficiat, quod aliqua præſumptio vrgeat aduerſus prætenſam negligentiam ad tradita per Becc.d. conſ.37. num. 20.verſiculo tertio dico.fol.61.

Non applicantur etiam dicta conſilia, quia Socinus loquitur in ſindicis fallitorum, qui conuincebantur de negligentia in non exigẽdis nominibus debitorum, qui erant ſoluendo, & exigibiles cum potuiſſent, vt ibidem per Socin. nu. 4.6.& ſeq. & Crauetta in Sindicis, ſeu Conſulibus electis pro adminiſtrandis negotijs Reipu-
12 blicæ, in quibus facilius intrat culpa, & negligẽtia ex eo ſolum, quod non exigerunt, cum eorum officium, ac debitum tale eſſet.

Hic verò tractatur de creditore cui à debitore fuit facta certa ceſſio nominum debitorum, qui cum ageretur de eius vtilitate, nempe de conſequendo ſuo credito contra debitores ceſſos non poteſt veriſimiliter credi, quod voluerit eſſe negligens, & in aliqua culpa, vt benè ex ſupra deductis aliter, quam præſumptiuè fuit comprobatum.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De confeſſione dotis receptæ facta per virum, & Statuto Ferrariæ. lib. 2. ſub rubrica 108.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio dotis receptæ facta per virum ante matrimonium, vel tempore matrimonij, vel poſt, in Ciuitate Ferraria an valeat, & pro illa vxor, & eius ſucceſſores potiores ſint, & præferantur in bonis mariti, & bonis quibuſcunque pro dote obligatis omnibus alijs creditoribus poſterioribus. nu. 29.*

2 *Hęres cum beneficio legis, & inuentarij deducit, ac retinet expenſas funerales.*

3 *Funeris impenſa antecedit omne æs alienum tam ad excluſionem legatorum, ſeu creditorum, ſi non ſit ſoluendo hęreditas, quam contra dotem vxoris, & libros Scolarium, ſuper quibus d. de cauſa poteſt fieri executio.*

4 *Scriptura priuata, quando habeat vim publici instrumenti, & maiorem virtutem.*

5 *Filiatio, ſeu quaſi poſſeſſio filiationis, etiam ad effectum petitionis hæreditatis, quomodo probetur.*

6 *Matrimoniũ an probetur ex teſtibus dicẽtibus aliquẽ eſſe filium legitimum & naturalem certorum cõiugum quando concurrunt cum inſtrumento confeſſa dotis facta per maritum.*

7 *Hypotheca, an competat ex præceptis, & ſententijs.*

8 *Prior in tempore, eſt potior in iure.*

9 *Hypotheca in dote, an conſideretur de tempore matrimonij, vel celebrati contractus, & ad illud retrotrahatur.*

10 *Dos eſt acceſſoria ad matrimonium.*

11 *De acceſſorio iudicatur ſicut de principali.*

12 *Lex ſcripturas. C. qui potior. in pigno habeant; non procedit vbi deficiunt illius requiſita.*

13 *Recognitio ſcripturæ, quæ pręiudicat recognoſcenti, nocet tertio.*

14 *Scriptura, an debeat recognoſci per teſtes in ea deſcriptos.*

15 *Hęres, an poſſit uenire contra factum defuncti.*

16 *Inuentarij confectio impedit ne hæres ſentiat damnum, & confundantur actiones, quas ipſe hęres habet in bonis defuncti.*

17 *Diuerſis reſpectibus, quis duplicem perſonam, an poſſit repræſentare.*

18 *Quando quis poteſt conſiderari, non vt ipſe, ſed tamquam alius tertius, aut extraneus, de facili fit.*

19 *Res eadem poteſt diuerſis reſpectibus, diuerſo iure cenſeri.*

20 *Filiatio probatur, probando ſe natum, ex marito, & vxore.*

21 *Agens vt hæres, an probetur talis, ex huiuſmodi actu.*

22 *Simulationis exceptio aduerſus dotis confeſſionem à viro factam, reſeruatur à ſtatuto Ferrariæ, & confeſſio huiuſmodi non validat iuramentum.*

23 *Confeſſio dotis receptæ à viro facta, conſtante matrimonio præſumitur facta animo donandi, & eſt contractus ſimulatus. & ſeq.*

24 *Contractus ſimulatus non transfert dominium, nec poſſeſſionem, minuſque creditoribus nocet, etiamſi fuerit iuratus.*

Iuramentum reddit contractum magis ſuſpectum, & ſimulatum. d. nu. 24. in verſiculo etiam ſi iurauerit.

25 *Renuntians exceptioni non numeratæ, non validat contractum ſimulatum.*

26 *Confeſſio facta poſt ceptum iudicium, an ſit ſuſpecta de fraude.*

27 *Confeſſio eius, qui in futurum cognoſcit ſe non eſſe ſoluendo, non caret ſuſpitione fraudis.*

28 *Fraus probatur præſumptionibus, & coniecturis, etiam ad plenam probationem.*

30 *Generalis ſermo ſtatuti, omnes caſus comprehendit, licet ſit maior ratio in vno caſu, quam in alio.*

31 *Statutum indiſtinctè debet intelligi indefinita, æquipollet vniuerſali, & inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

32 *Maritus tenetur facere quietantiam ſpecialem dotis receptæ.*

33 *Faciens actum ad quem tenetur, non dicitur ſimulari.*

34 *Simulatio non conſiſtit ſine dolo, & fraude.*

35 *Liſta de qua agitur, redditur probabilior, & veriſimilior, ob correſpondentiam, quam habet cum libro ipſius ſcribentis defuncti.*

36 *Liber mortui, an probet.*

37 *Exceptio dotis non numeratæ, ceſſat vltra decennium.*

38 *Simulationis exceptio non cadit, vbi non intrat exceptio non numeratæ dotis, & tanto magis, quando huiuſmodi exceptioni non numeratæ, fuerit in ſpecie renuntiatum.*

39 *Confeſſio dotis receptæ facta conſtante matrimonio, quando eſt veriſimilis, ceſſat ſimulatio, & fraus.*

Confeſſio dotis receptæ præfata, ex quibus reddatur veriſimilis. ibidem, & num ſeq.

40 *Veriſimile non eſt, quod maritus, qui aluit vxorem, tamquam dotatam, confeſſus fuerit dotem, conſtante matrimonio ſi illam verè non habuiſſet.*

41 *Matrimonia non contrahuntur abſque dote.*

42 *Confeſſio mariti veriſimilis, excludit omnem fraudis ſuſpitionem.*

43 *Veriſimilitudo confeſſionis, non fraudis ſuſpitio attenditur.*

44 *Suſpitio, quæ alias reſultaret ex confeſſione facta per virum in fauorem vxoris, purgatur per veriſimilitudinem.*

45 *Confeſſio mariti de dote recepta, conſtante matrimonio redditur veriſimilis, quando mulier aliunde habebat iura doſalia, in qua erat hæres, & habebat portionem hæreditariam, quam dare poterat viro.*

46 *Confeſſioni partium ſtatur in his, quæ non dependent ab illorum poteſtate, quando illa confeſſio eſt ueriſimilis.*

47 *Veriſimilitudinis, & inueriſimilitudinis maxima eſt uis. ibidem.*

48 *Confeſſio inueriſimilis non nocet.*

49 *Exceptio ſimulationis, reſeruata à ſtatuto Ferrariæ lib. 2. rubr. 108 Quod confeſſio de dote recepta teneat. fol. 94. an poſſit probari argumentis, & coniecturis, uel requirat ueras probationes.*

50 *Sententia debet eſſe conformis petitioni.*

DECI-

DECISIO VIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DOmini pro maiori parte cenſuerunt, Dominum Alexandrum Sachium tamquam filiũ, & hæredem olim Dominæ Lucretiæ Zambottæ eius matris habuiſſe, & habere meliora, & potiora iura in bonis hæreditatis, olim Domini Ioannis Pauli Sachi eius patris, ac ipſius Dominæ Lucretiæ mariti, quam habuerint, & habeant Domini Iulius, & Andreas fratres de Terzanis cauſa, & occaſione dotium maternarum, de quibus in inſtrumento dotali, rogato per Dominum Iacobum Daineſium, de anno 1590. die vero 20. menſis Nouembris, cuius vigore fuit actum, ac expenſarum funeralium, de quibus in inuentario producto per dictum Dominum Alexandrum pariter hæredem, cum beneficio legis, & inuentarij d.q. Domini Io. Pauli ſui genitoris, & prædictis ſemper ſaluis licentiam exequendi grauamen alias relaxatum, contra bona hæreditaria d.D. Io. Pauli conceſſerunt.

Moti quoad primam partem ſententiæ, quia d.D. Alexander pro ſui parte, docuit d. D. Ioannem Paulum eius patrem in dicto inſtrumento confeſſum fuiſſe, habuiſſe & recepiſſe a Domina Lucretia eius vxore in dotem, & pro dote nomine ipſius Dominæ Lucretiæ libras octo mille octuaginta nouem, ſolidos duos, & denarium vnum, modo, & forma, vt in dicto inſtrumento, ad quod &c.

1 Quæ an debeat, an non, ambigitur, cum huiuſmodi confeſſio facta per virum, vel eius procuratorem de dote recepta ab Vxore, vel alio, eius nomine in pecunia, aut in rebus mobilibus, vel immobilibus extimatis, vel inextimatis, ante matrimonium, vel tempore matrimonij, vel poſt matrimonium contractum, cum expreſſa bonorum obligatione in inſtrumento contenta ſit valida, & efficax, & pro illa vxor, & eius ſucceſſor potiores ſint, & præferantur in bonis mariti, & in bonis cuiuſcunque pro dote obligati, omnibus alijs creditoribus poſterioribus, vt ad literam decidit ſtatutum Ferrariæ lib. 2. ſub rubrica 108. quod confeſſio de dote recepta teneat fol. 94.

2 Sicuti nec ambigitur, an expenſæ funerales debeantur, cum illas hæres cum beneficio legis, & inuentarij deducat, ac retineat, vt in terminis probat text. in l. ſcimus 12. C. de iur. deliberand. tam ad excluſionem legatorum, ſeu creditorum, ſi non ſit ſoluendo hæreditas, nam impenſa fu-

3 neris antecedit omne æs alienum. l. penult. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. vt per D. Sebaſtian. Mõticul. in ſuo tract. de inuentar. in d.l. ſcimus. §. & ſi præfatam. num. 128. fol. 203. cum prælatione, vt per Aſin. in l. 1. ff. de religio. & ſumpt. funer. num. 2. fol. 20. Peregrin. de fideicomm. artic. 35. nu. 4. fol. 326. Neguſan. de pignor. & hypothec. in ſecundo membr. quintæ part. principal. ſub num. 28. fol. 111. quam contra dotem vxoris, vt in l. impenſa funerum 18. ff. eod. titul. de religioſ. & ſumpt. funer. & ibi per Aſin. num. 1. fol. 297. qui id extendit etiam contra libros Scolarium. Neguſan. vbi ſupra ſub d. num. 28. verſiculo præterea, & verſiculo, & quod dictum fuit d. fol. 111. & latè Statil. Pacific. in ſuo tract. de Saluian. interdict. inſpectio. 3. c. 4. nu. 32. & 33.

4 Secundo, quia fuit conſideratum, quod Terzani ex ſcriptura, cuius vigore agunt ſub ſcripta à Domino Ioanne Paulo Sachio, & tribus teſtibus munita, vſque de anno 1586. ſub die 12. Martij, & etiam recognita ab eodem D. Ioanne Paulo, & comprobata virtute ſententiarum latarum, quæ tranſitum fecerunt in iudicatum, quam dicunt habere vim publici inſtrumenti ex l. ſcripturas. C. qui potior. in pignor. habeant. Immò maioris eſſe virtutis vigore dictarum ſententiarum ad tradita poſt Rebuff. & Burſat. per Magon. deciſ. Luc. 25. In iure agebat nu. 20. fol. 54.

5 Non habent nec anterioritatem, nec Hypothecam contra dictum Dominum Alexandrum filium d. D. Ioan. Pauli, & Lucretiæ coniugum, vt plenè huiuſmodi filiationem probauit tam per teſtes nu. quatuor pro eius parte examinatos optimè deponentes, quod ipſe Dominus Alexander nominabatur, & tractabatur vt filius legitimus, & naturalis dd. Coniugum, & pro tali ab omnibus habebatur, & reputabatur, ex quibus probatur quaſi poſſeſſio filiationis, donec probetur contrarium ad latè tradita per Maſcar. concluſ. 789. num. 1. lib. 1. ſol. 350. Barz. deciſio. 92. in cauſa num. 5. cum pluribus ſeq. fol. 244. & in conſil. vnico impreſſo poſt dictas deciſiones, num. 13. 14. cum ſeq. fol. 403. & Seraph. deciſio. 1282. fuit dubitatum. num. 2. & 3. par. 2. fol. 139. & Rugier. conſ. 6. viſo, & diligenter. num. 7. cum ſequ. lib. 2. fol. 26. etiam ad effectum petitionis hæreditatis in poſſeſſorio, vt ibidem. num. 9. fol. eod. Barzi. deciſ. 2. in cauſa nu. 8. fol. 5. & Seraph. deciſ. 282. num 6. maximè adiuncta fide Baptiſmi recognita, de qua in actis ad tradita per Barz. d. deciſ. 92. in cauſa nu. 3. cum ſeq. fol. 155. & Rugier. vbi ſupra num. 8. d. ſol. 26.

Non anterioritatem, quia creditum Tertianorum, eſt ſub die 12. Martij 1586. creditum verò maternæ dotis dicti Domini Alexandri, incipit

à die

à die contracti matrimonij inter dictum eius Pa-
trem, ac matrem, quod fuit de anno 1576. ſub die
7. Februarij, vt probatur ex fide parochi ab ipſo
6 recognita, de qua in proceſſu per dictos teſtes
in quantum dicunt ipſum Dominum Alexan-
drum eſſe filium legitimum, & naturalem, quod
ſine matrimonio ſtare non poteſt, & confeſſione
dicti D. Io. Pauli, tam in eius libro in actis exhi-
bito, quam in d. inſtrumento confeſſæ dotis, quæ
an probent matrimonium, non ambigitur ad
tradita per Maſcard. de probatio. concluſ. 1029.
num. 1. lib. 3. fol. 18. & concluſ. ſeq. nu. 1. fol. eod.
ſingula ſingulis congruè referendo. Nicola. Ge-
nu. de ſcript. priuat. lib. 5. in tit. de libr. pleb. quæ-
ſtio. 6. num. 4. cum ſeq. fol. 267.

Non hypothecam, quia illa reſpectu d. D. Io.
Pauli, & Cæſaris eius fratris, qui ſe obligauerunt
ad fauorem D. Ioan. Lodouici Sachi expreſsè
non legitur in dicta ſcriptura, minuſque in pro-
ceſſu articulatur, nec probatur, vt expreſſiſſent, ſi
ſua bona omnia obligare, ac hypothecare vo-
luiſſent, vt ſupra fecit in eadem ſcriptura d. Io.
Lodouicus principalis, quando ſe obligauit ad
fauorem Tertianorum.

7 Vltra quod vbi probaretur hypotheca aliqua,
ſeu illam quouis modo competere diceretur
dictis Dominis de Terzanis ſaltem ex vi ſtatuti
Ferrariæ. li. 2. ſub rubrica 78. de tacita hypothe-
ca emanata ex præceptis, & ſententijs. fol. 78. il-
la ipſis non ſuffragaretur aliquo pacto, cum d.
8 D. Alexander docuerit, ex iam dictis habere in-
terioritatem temporis ob quam redditur potior
in iure. c. qui prior de reg. iur. in ſexto. l. qui bal-
neum. ff. qui potio. in pign. hab. l. 1. C. eod. tit.
cum expreſſa anteriori hypotheca, de qua in di-
9 cto Inſtrumento confeſſatæ dotis, quæ conſide-
ratur de tempore contracti matrimonij, quo il-
lam recepiſſe maritus confeſſus fuit, quaſi tunc
dos conſtituta fuerit non celebrati contractus, &
ad illud retrotrahitur, vt optimè tradit Bal. No-
uell. in ſuo tract. de dote par. 10. priuileg. 20. nu.
39. ibi tamen intelligi debet, & contracti matri-
monij, & ibi, quia hypotheca mulieris trahitur
retro à tempore contracti matrimonij, & non
tempore promiſſionis dotis, & ibi hypotheca
mulieris non ſe extenderet, niſi a tempore con-
tracti matrimonij, & non ante. ſol. 155. argu-
mento eorum, quæ tradit gloſſ. in l. diuortio 8.
in verbo tertia portio litera h. ff. ſol. matrimon.
Præſertim cum poſita ſit fauore dotis, quæ vti
10 acceſſoria ad matrimonium ſecundum Gloſſ. in
l. ſi mulier 21. §. ſi dos. ff. de eo quod met. cauſ.
in verbo vllam eſſe literam A. regulatur ſecun-
dum naturam ſui principalis cap. acceſſorium,
de regul. iur. in ſexto. Crauett. conſil. 149. Pe-
trus Biliettl. num. 6. fol. 154. Surd. deciſio. 241.
bona fideicommiſſi. num. 8. fol. 443. de ea iudi-
11 catur ſicut de principali, vt per eundem Surdum
deciſio. 88. Comes Ioannes Franciſcus. num. 10.
fol. 160.

Et multo magis cum Terzani defecerint in
12 probandis requiſitis dictæ legis ſcripturas. C. qui
potior. in pigno. habeant. ſine quibus aliquid
prætendere non poſſunt ad expreſsè tradita per
Paſet. conſ. 145. in cauſa. nu. 3. fol. 140. Surd. de-
ciſ. 71. de credito. nu. 1. fol. 134.

13 Etiam non aduertendo ad illam recognitio-
nem ſcripturæ memoratæ, quam fecit d. Domi-
nus Ioannes Paulus, quæ licet ſibi præiudicet, vt
per Bartol. in d. l. ſcripturas. 11. C. qui potior. in
pignor. habeant. numero 5. in verſiculo probat,
non tamen nocet tertio, hoc eſt d. Domino Ale-
xandro occaſione prædicta ad cauſam venienti,
vt ad literam decidit Baldus in d. l. ſcripturas.
11. C. qui potior in pigno. habeant, & ibi Barto.
num. 1. Comes conſ. 138. viſis ſcripturis col. 1.
circa medium. num. 1. lib. 1. fol. 116. Crauet. de
antiquitat. tempor. part. 1. §. quæritur. num. 57.
fol. 74. & 75. & num. 70. fol. 77. Maſcard. de
probation. concluſ. 372. num. 1. lib. 1. fol. 179. &
Surd. deciſ. 312. in concurſu creditorum. num. 1.
fol. 594.

Ratio eſt, quia ſi tertio noceret, de facili debi-
tor poſſet præponere poſteriorem creditorem
priori, quod eſſet inconueniens, vt dicit Bartol.
in d. l. ſcripturas in ſecundo notabili. C. qui po-
tior. in pigno. habeant. num. 5. & repetit in l. re-
petita 3. ff. de fide inſtrumen. num. 1. quam ſe-
quitur Felin. in c. 2. de fide inſtrument. num. 12.
per text. in l. ſuperatus. ff. de pignor. Caballin.
Mille. 663. numer. 1. fol. 48. & 49. & alij citati
pro Genu. in ſuo tracta. de ſcriptura priuata. lib.
2. de Apoca manu debitoris conſcripta numer.
17. 18. 19. fol. 70. vbi numer. 20. fol. eodem dicit
* hanc opinionem eſſe communem, licet ipſe ali-
qua adducat contra eam, & tandem dicat eſſe
* cogitandum, ex quibus non uiſum fuit a com-
muni, tanquam magiſtrali, & vera eſſe receden-
dum.

Nec dicatur prædicta procedere in ſcriptura
habente ſubſcriptionem trium teſtium, in qua
limitatur, ac fallit, quod ſupra dictum eſt de ſcri-
ptura tertio non præiudicante, vt expreſsè decla-
rat Barto. in d. lege ſcripturas. ff. qui potior. in pi-
gn. habeant. nu. 1. & 5.

14 Nam ex quo hic dicta ſcriptura nõ fuit agni-
ta per teſtes in ea deſcriptos ad tradita per Pa-
ſet. d. conſil. 145. numero 3. verſiculo tertio re-
quiritur,

quiritur, vt erat neceſſarium ad excludẽdas fraudes,& falſitates, & alia conſiderata per Genuã in dicto eius tractat.de ſcriptura priuata in tertia, & vltima conclusione deſumpta,ex l.ſcripturas nu. 17.& 18.fol.68.dicentem neceſſe eſſe,non ſolũ, vt dicti teſtes cognoſcant contrahentes,& ſcribẽtes,ſeu ſubſcribentes, vt ibi nu. 18. ſed quod ſint bonæ,ac probatæ opinionis ſinceræque fidei, & quod talis qualitas ſit omnino articulata, & probata, vt per eundem Genu.ibi. nu. 11. & 12. fol. 76.ceſſat robur,ac priuilegium,quod competiiſſet ſi prædicta omnia probata fuiſſent ex d.l.ſcripturas, quæ hic dicta de cauſa allegari non merentur propter ſuſpitionem antedictã Odd.conſ. 100. Laurentius Coſta, & num.103.fol.316.& tanto magis,cum & alia de quibus per Paſet.vbi ſupra deficiant.

15 Nõ obſtat,quod d. D.Alexãder ſit hæres d.D. Io.Pauli eius patris, qui iuxta vulgaria nõ poteſt venire contra obligationem, ac factũ defuncti.

Nam facit reſponſum,id non procedere in hęrede cũ beneficio legis,& inuentarij,vt eſt d.Dominus Alexander, vt in puncto cõſuluerunt Deci.conſul.185.in cauſa iſtorum nu.5.& 6.fol.156 & Tobias Non.conſ.2.viſis,ac diligenter.nu.13. fol.10.& tenet Fachin.in ſuo tract.controuerſiarum iur.cap.13.lib.7.col.2. litera A.in verſiculo 16 tertia concluſio fol.835.Ratio eſt,quia inuentarij confectio conſeruat hæredi omnia iura, ac ſi non adiuiſſet hæreditatem gloſ.& Doctores in l. fin.§.in computatione. C.de iur.delib.Gozzadi. conſ.46. circa punctum col.3.in princ.nu.3. fol. 96.& conſ.49. conſulit alius num.19. fol. 103. facit cẽſeri hæreditatem iacentem, vt per Rol. conſ.65.viſo inſtrumento nu.55.& 56.lib.4.fol. 127.& Marche.in ſuo tract.de commiſſion.in titul.de commiſſ. reſtitu.in integr.par.2.§.2.num. 50.fol.134. & impedit ne hæres ſentiat damnũ, & confundantur actiones, quas ipſe hæres habet in bonis defuncti,vt per eundem Facchin.vbi ſupra, & tex.in d.l.vltimam.§.& ſi præfatam,& §. in computatione.C.de iur.deliberandi.

Secundò dictum fuit d. Dominum Alexandrum eo modo quo egit non conſiderari vti hę-

17 redem patris Seraphin.deciſ.842.fuit dubitatũ. nu.4.& 5.par.1.fol.375. cum veniat pro iuribus dotalibus maternis, & funeralibus, & ſic ex alio capite, vt bene id probatur argumento. l.ſi quãdo Duciano in verſiculo, ſed ducatus. C. de appellatio.vbi additio ad glo.in verbo Duciano litera A. verſiculo hanc legem, & per Guid. Pap. deciſ.43.cum materia.nu.43. fol.183.Crau.de antiq.temp. par.4.in §.abſolutis.nu.34.fol.224 vbi ille,qui ſimul erat, Comes, & Rex,qui iudicauit, vt Comes, non conſideratur, vt Rex, ſed tanquam Comes,qua de cauſa appellatur ad ſuperiorem ipſius Comitis,quamuis alias non appellaretur,ex quo Rex, vt Rex in ſuo Regno ſuperiorem non habet. Immo cum tunc,quis poſ-

18 ſit conſiderari non vt ipſe Alexander hæres patris, ſed tanquam alius tertius, aut extraneus, reſpectu maternorum iurium, quæ ſeparationem recipiunt,id de facili eſt faciendum per tex. Clarum in l.pater familias. 15. §. qui duos filios. ff. de adoption. ac pulcram gloſſ. ibidem in verbo ſi duos litera A. & tradita per Crauet. loco proximè citato,& Siluan.conſ.49.conſultationibus, num.31.32. & 33. fol.223. & 226. præſertim,

19 quod res, non noua eſt eandem rem poſſe diuerſis reſpectibus diuerſo iure cenſeri, vt in l.Papinianus.§.ſed nec impuberes. ff. de inoffitio. teſtam.& per Bart.in ſuo tract.de alueo in §. quod ſi. nu.6.fol.143. Crau.vbi ſupra de antiq. temp. par.4.in §.abſolutis. nu. 34.fol.224.quod pluribus comprobat exemplis, & D.Iacob. Mandell. in l.1.ff.de offic.eius nu.17.fol.3. & Marcabrun. ab anguill. conſ.97. in cauſa tranſmiſſa.nu.106. fol.373. qui loquitur, quando eſt diuerſa ratio, & Surd.deciſio.266. quæſtio hæc ſæpiſſimè. nu. 7.& 8.fol.614.per tex.in l.miles. §.pro parte. ff. de legat.2.

20 Quod dictus Dominus Alexander non ſit talis,qualis ſe facit,nempè filius,& hęres dictę Dominæ Lucretiæ eius matris, quia non docuit de filiatione probando Senatum ex d.Io.Paulo Sachio viro d. Dominæ Lucretiæ Zambottæ eius vxoris iuxta text.in l.filium. ff. de iis, qui ſui, vel alieni iuris ſunt nec de aditione hæreditatis, quæ vti conſiſtentes in facto non præſumuntur, niſi probentur.

21 Nihil facit,quia dum docuit,vt ſupra ſe eſſe filium d.Io. Pauli, & Lucretiæ coniugum agendo contra dictos de Terzanis, vti hęres facilè præſumitur talis, cũ iſte ſit actus, qui citra ius,& nomẽ hæredis fieri non poterat ad tradita per Bar. in l. gerit de acquir.hęr.nu.9.cum ſimilibus.

22 Nõ obſtat exceptio ſimulationis aduerſus dictã dotis cõfeſſionem à ſtatu Ferrariæ reſeruata, quæ non validatur, etiam iuramento ſecundum Rauin.conſil.130.ad dubia numer.4. lib.1.folio 196.reſultans ex infraſcriptis.

23 Primò,quia quando maritus conſtante matrimonio confeſſus eſt dotem recepiſſe, talis confeſſio, vti illa,quæ ſolet fieri in fraudẽ creditorũ, quibus eſt ſuccurrendum Gaſpar Antoniũ Theſaur.in ſuis quæſtio.forenſ.quæſtio.16.lib.4.numero 1.folio 17. facta præſumitur animo donandi. l. qui teſtamentum 27. ff. de probatio.

in verbo videtur litera X. Alexander conſil. 124.
viſo proceſſu cauſæ numer.6. colum.3. lib.5. fo-
lio 110. Ruin.d.conſil.130. ad dubia num. 1. lib.
24 1. fol.eod. Cephal.conſil.474. verbis facti nu. 4.
lib.4. folio 140. & Iohann Bottæ. conſ. 55. vxor
Domini Iacobi numer.2. fol.99. & contractus ſi-
mulatus ex quo non transfertur dominium nec
poſſeſſio, nec creditoribus nocet ſecundum Cam-
peg. in ſuo tract. de dote par.1. q.53. n.3. fol.247.
Etiã ſi iurauerit Campeg. in ſuo tract. de dot.
quæſt.52. in fine par.1. nu.6. fol. 246. Gozadin.
conſ.28. videtur prima facie nu.24. & 25. fol.53.
Seraphin. de priuil. iuram. priuileg.21. nu.19. fo
lio 119. & Io. Bottæ. d.cõſ.55. nu.15. fol.99. qui
nu. 20. fol.99. dicit huiuſmodi iuramẽtum red-
dere cõtractum magis ſuſpectum, & ſimulatum.
25 Vel renuntiauerit exceptioni non numeratæ
dotis Gozzadin. conſ.28. nu.21. fol.53.
26. Secundo, quia dicta confeſſio fuit facta poſt
cęptum iudicium, à dictis Dominis de Terzanis
contra d. D. Ioannem Paulum in curia mercato-
rum, quaſi confitens præuiderit futuram ſenten-
tiam aduerſus eum, quam euitare conabatur, ſeu
27 agnouerit ſe in futurum, non eſſe ſoluendo Goz-
zadin. d. conſ.28. num.26. fol.33. & tanto magis
quod ſi verè præfata dos confeſſata in ſumma li-
brarum 889. 2.1. partim in bonis mobilibus, à
communibus amicis, tunc extimatis, partim in
pecunijs, & partim in bonis immobilib. uſque de
anno 1577. die 16. Ianuarij, prout in liſta eius
manu ſcripta, & in dicto inſtrumento confeſſatæ
dotis regiſtrata dicitur, nominaſſet amicos no-
mine proprio, & inuentarium bonorum cum
eorum ſubſcriptione, dediſſet notario, non au-
28 tem liſtam eius manu conſcriptam, quod ſuſpi-
tione fraudis non caret, quæ probatur præſum-
ptionibus, & coniecturis. Ruin. conſ.4. primo vi-
dẽdum. nu.10. lib.1. fol.9. etiam ad plenã proba-
tionem. Barz. deciſ.83. diſceptatũ. n.18. fol.144.
& conſequenter dictis Tertianis, creditoribus nõ
officit Cãpeg. q.53. n.5. in 1. par. fol.82. Tiraq.
§.4. Gl.6.14. de retract. conuent. fol.157. & ſeq.
Quoniã fuit reſponſum de validitate cõfeſſio-
29 nis huiuſmodi ex memorato ſtatuto, quod exté-
ditur etiam ad donaria, quæ largo modo dotis
appellatione veniunt, vt in terminis ferè conſu-
luit Iohan. de Anan. conſ.36. Vtrum Coſan. nu.
1. col.1. fol.69. Curt. iun. conſ.129. præſupponi-
tur in facto in fine fol.66. & latè ſcribit Cagnol.
in l. cum principalis 139. ff. de Regul. iur. num.5.
fol.744. & ſeq. quos in terminis ſtatuti Ferrariæ
d. rubr.108. refert, & ſequitur Marcabru. ab An-
guillis. conſ.104. in cauſa nu.47. & 48. fol.392.
minimè dubitari poſſe, quia eſt caſus deciſus à
lege, quod illa teneat, ac ſufficiens ſit generaliter,
tam reſpectu mariti, & aliorum, quam etiam prę-
lationis reſpectu creditorum, quia generalis ſer-
30 mo ipſius ſtatuti omnes caſus comprehendit, li-
cet ſit maior ratio, in vno caſu, quam in alio, vltra
31 quod dictum ſtatutũ indiſtincte debet intelligi,
indefinita ęquipollet vniuerſali, & introducta ad
augmentum, nõ debent operari diminutionẽ, vt
in puncto dicti ſtatuti Ferrariæ conſuluit Paſer.
conſ.75. pro ſolutione. nu.1. cum ſeq. vſque ad 8.
reſpectiuè. fol.69.
Secundo fuit dictum coniecturas allegatas ad
docendum de ſimulatione, non eſſe, nec efficaces,
nec releuantes in caſu, & ad effectum de quo agi-
tur, & vbi eſſent tales, quod illę non fuerunt pro-
batę. Quia quod cõfeſſio dotis receptę fuerit facta
poſt cęptũ iudicium ſtãte dicto ſtatuto, quod illa,
vt ſupra conſtante matrimonio fieri potuerit, nõ
concludit pręceſſiſſe ſimulationem, etiam vbi in
iure allegata militarent.
32 Et tanto magis, cum teneretur maritus ad fa-
ciendam quietantiam ſpecialẽ receptę dotis, mo-
do, & forma prout illam recepit iuxta tradita
per Bart. in l. cum Aquiliana. ff. de tranſact. nu. 3.
per tex. in l. plures, apochis. C. de fid. inſtr. & in l.
ſicut data. C. de liberal. cauſ. & per Grantt. theor.
33 9. gl. in verbo. num.3. & 7. fol.45. quam qui fecit
non dicitur ſimulaſſe, & in fraudem creditorum
fuiſſe, ſed impleuiſſe id, ad quod tenebatur.
Prout, nec cõcludit alia de defectu, quod amici
extimatores in liſta enſitiati proprio nomine nõ
fuerunt ſpecificati, quia potuit hoc fieri ſine dolo
34 & fraude ſine quo, & qua ſimulatio nõ conſiſtit.
35 Vltra quod illud de tẽpore pręfato reddit di-
ctam liſtam probabiliorem, ac veriſimiliorẽ ob
correſpondentiam, quam habet cum libro ipſius
D. Io. Pauli in pręſenti iudicio producto, & reco-
36 gnito per comparationem literarum, vt fol. 63.
& ſeq. cui tanquã libro mortui ſtandum videtur,
quoad aliqualem probationem ad tradita pro D.
Nicol. Genuam in ſuo tract. de ſcriptura priuata
li.4. de libris rationum, nu.16.17. & ſeq. vſque ad
24. fol.183. & etiam, quoad plenam probationẽ
concurrentibus adminiculis, vt poſt Bar. Boer. &
Guidonem Pap. tradit. idem Genu. loco proximè
citato. fol.183. quæ in propoſito non deſunt ha-
bita ratione præmiſſorum, ac inferius dicendo-
rum, & ſubiectæ materiæ.
Tertio fuit conſideratum hic adeſſe multas
coniecturas ſuadentes veritatem, & validitatem
confeſſionis ſæpè dictæ dotis ad excluſionem
præfatæ ſimulationis.
Prima eſt quod matrimonium inter dictum
37 Ioannẽ Paulum, & d. D. Lucretiam durauit vltra
decennium,

decenniũ,quo caſu, ſicut ceſſat exceptio dotis nõ
numeratæ, iuxta text. in authentica, quod locum
§.fina. C. de dot. caut. non numerat. & tradita
per Paſet.d.conſil. 75. numer. 9. & 10. folio 70.
etiam reſpectu creditorum, vt per Facchin. in ſuo
tractatu controuerſiarum iuris.cap.86.lib.8.col.
2.verſiculo certum, eſt quoque fol.1099. & col.
3.in verſiculo, ſed iſta nihil mouent, & in verſi-
ſiculo, & certè fol.102. ita, & pariformiter ceſſat
38 exceptio ſimulationis, quæ non cadit, vbi non
intrat dicta exceptio non numeratæ ob contra-
riam præſumptionem.

Et tanto magis, cum memoratæ exceptioni
non numeratæ fuerit in ſpetie renuntiatum, vt
per Cephal.conſ.474.verbis facti. num. 6. lib.4.
fol.140.& 41.& Facchin. in ſuo tract.controuer-
ſiarum iuris cap.84.in verſiculo,ſed primum fol.
1098.lib.8.& cap.86.col.2. in verſiculo, ſed hęc
exceptio fol.1099.eod.lib.8.

39 Secunda eſt, quod dicta confeſſio eſt veriſimi-
lis, quia ex eadem liſta, de qua ſupra legitur di-
ctam Dominam Lucretiam verè potuiſſe dare
d.dotem, cum ibidem fiat mentio de pretio do-
mus venditæ D. Lęlio Paſetti pro qua ipſa Do-
mina Lucretia pro parte ſe tangente habere
debebat libras mille, quas ipſe D.Io.Paulus ha-
buit à Cæſare eius fratre. Item de pretio alte-
rius partis domus proximè domui D. Andreæ
Mazzarelli, qui illam emit, pro qua eidem Lu-
cretiæ pro ſua portione debebantur libræ 224.
11.7.habitis, ac receptis à Banco Domini Pauli
Zerbinati vltra locum poſitum in villa Laguſe-
li, qui eſt pro indiuiſo cum Domina Iſabella
Zambotta ſorore dictæ D. Lucretiæ cum domo
pro Domino, & Caſtaldo, fenili, horto, ac colũ-
bario iuxta ſuos fines, & alia bona ſtabilia, &
vſus de quibus in eadem liſta, ac confeſſione ſæ-
pè dictæ dotis, facta pro D.Io.Paulum, quę bre-
uitatis cauſa omittuntur.

Tertia eſt, quod d. D.Ioan.Paulus retinuit d.
40 Lucretiam vxorem per decem annos & vltra,
qua veriſimilitudine ſtante, excluditur ſimula-
tionis præſumptio, Seraphin.decis. 12. Domini
inſpecta origine debiti num.1.part.1.fol.3.eam-
que tamquam dotatam aluit, quo caſu non eſt
veriſimile, quod voluerit facere d. confeſſionem
in fraudem alicuius, vt in puncto conſuluit Cra-
uet.conſil.40.proponitur, num.4.fol.51. Socin.
conſil.82.ſuper quæſtionibus num.3. lib. 3. fol.
96.Rolan.conſ.85. Domini Georgius num.43.
lib.1.fol.474.Simon de Pret.conſil. 100. opor-
tet in præſenti num.13.& 14. folio 186. Meno-
ch.de arbitrar. iudic.caſ.134.numer.5. fol.321.
& conſil.154. interrogatus numer.22.lib. 3. fo-
lio 220. Aretinus. in §. fuerat numer. 45. inſti-
tutio.de actio.folio 258. Surd. de aliment.priui-
leg.22.numer.17. folio 245. cum cęteris addu-
ctis per Rotam diuerſorum deciſio. 155. Domi-
ni concorditer numer.9.part.2. fol. 688. & licet
multi teneant contra, nempè Soci. in l. prima. ff.
ſolut.matrimon.numer.80.& 94. Bald. Nouell.
Curt.Senior. Felin. Gozadin. Crot. in l. ſi con-
ſtante, ſecunda lectura. num.50.ff.ſolut.matrim.
& Couaruu.quibus addo. eundem Crot. conſil.
374. circa dubium, numer. 16. lib.3. folio 137.
dicentem ſtare poſſe, quod exhibita fuerint ali-
menta, & tamen quod nulla dos fuerit ſoluta,
vt quia fuerunt exhibita amore coniugali, vel
quia maritus habuerit animum repetendi ali-
menta præſtita, ex quibus non vrgens redditur
dicta coniectura, à præcedẽti Doctorum ſenten-
tia non eſt in iudicando recedẽdum, cum illa ſit
* ne dum communis, & magis communis, vt pari-
** ter eadem rota diuerſor. ibidem atteſtatur in ver
ſiculo, & iſtam communem teſtatur, & in verſi-
ſiculo, eſt magis communis, ſed valde rationabi-
41 lis, ac iuridica, cum matrimonia non contrahan-
tur ſine dote. Purpur.conſ.461.videtur quod di-
cta.nu.10. li.2.fol. 94. vt eſt de generali conſue-
tudine, de qua per Bal.conſ.98.Mulier maritum
duxit poſt medium verſiculo, & primo ratione
generalis conſuetudinis lib.4. fol.123.Soci. iun.
conſ.8.in præſenti conſultatione nu.17.lib.2.fol.
14. Crauett.dict.conſil. 40. nu.2.fol.51.Couar.
variar.reſol.lib.1. c.7.nu.6. circa medium, verſi-
culo quod pręterea apparet, & fol.74.& Rot.di-
uerſorum. d. deciſio.155.num.3.p.2.fol.688.

42 Ex quibus, quia confeſſio mariti redditur
veriſimilis, & veritas illius confeſſionis adiuua-
tur, ceſſat omnis ſuſpitio fraudis, ac ſimulatio-
nis, vt in terminis optimè probant Bald. con-
ſil. 66. inter virum, & vxorem numero primo,
libro primo, folio 17. ſcilicet in l. ſi mater. C.
de contrahen. empti. numero primo, fol. 200.
Deci. conſil. 96. viſo puncto numero 2. folio
83. & conſilio 463. In cauſa numero 21. fo-
43 lio 20. Crauetta dict.conſil.40. numero quar-
to, folio 51. vidend. qui dicit debere attendi ve-
riſim litudinẽ, non fraudis ſuſpitionem. Pur-
purat. dict. conſil. 411. nu. 10. lib.2. folio 94.
44 qui dicit, quod propter veriſimilitudinem pur-
gatur ſuſpitio, quæ alias reſultaret ex confeſſio-
ne facta per virum in fauorem vxoris. Alexand.
conſil.18. conſideratis his. numero 3. colum. 2.
lib.3. in verſiculo, niſi ſecundum eum folio 22.
Socin.ſenior. conſil.66. numer.8. libro primo.
Cephal.conſil.474. verbis facti numer. 10. cum
ſequent. lib.4. folio 141. Alciat. de præſum-

ptio. ſuper tertia regula præſumptio. 26. nu-
mer. 10. folio 123. ſuper limitatione ad legem
quintus. ff. de donatio. inter virum, & vxorem,
quam ceſſare dicit, quando mulier aliunde ha-
45 bebat iura dotalia, in qua erat hæres, & habe-
bat portionem hæreditariam, quam dare pote-
rat viro ob quam eius confeſſio redditur veriſi-
milis ex ipſamet confeſſione, Gabriel. conclu-
ſio. 15. de præſumptio. numer. 7. verſiculo
contrarium. Salicet. folio 31. qui ſequitur Sa-
licetum, vbi ſupra, & dicit huiuſmodi confeſ-
ſioni eſſe ſtandum, vt ibidem numer. 16. folio
32. vt quoque facit Rota Bononienſ. diuerſo-
rum deciſio. 8. Illuſtris Domina Margarita
numer. 87. & ſequent. folio 53. Crauett. de
antiquitat. tempor. in §. quarto limitatur part.
1. numero 38. folio 89. & Menoch. conſil.
154. interrogatus. numer. 17. libro 2. folio
219. qui pariter ſequitur dictam opinionem Sa-
licet. & conſuluit in proprijs terminis ſimilis
ſtatuti ciuitatis Mutinæ, vt ibi numero 18. verſi-
culo ſecundo ſuffragatur, eodem folio 219. fa-
46 cit text. in cap. fin. de probation. vbi ſtatur con-
feſſioni partium in his, quæ non dependent ab
illorum poteſtate, quando illa confeſſio eſt ve-
47 riſimilis, ſecus ſi eſt inueriſimilis, quia tunc non
48 nocet, vt poſt Bald. in l. ſi quis hoc genus in
princip. C. de Epiſcop. & Cleric. & Petrus de
Ancher. conſil. 24. viſa inquiſitione, colum. 1. in
fine, numero quarto, folio 13. conſuluit Decius
conſil. 596. ad dubia numer. 10. folio 114. ma-
xima enim eſt vis, ac efficacia veriſimilitudinis,
& inueriſimilitudinis, de qua latè, & multiplici-
ter exemplificat Crauett. de antiquitat. tempor.
loco proximè citato. numer. 36. cum ſequen. fol.
88. & ſeq.

Vltimò fuit per Dominos animaduerſum,
49 quod ſimulatio prætenſa, quæ reſeruata aſſeri-
tur à ſæpe dicto ſtatuto, non poteſt, vt præſup-
ponitur, probari per coniecturas, & argumenta,
etiam vbi allegatæ, ac prætenſæ coniecturæ
DD. Tertianorum, quæ in propoſito nihil va-
lent, eſſent ſufficientes, ſed per veras probatio-
nes, quia cum ſtatutum approbet dotem confeſ-
ſatam per maritum, etiam conſtante matrimo-
nio, eamque habeat loco veræ, & propriæ nu-
merationis dicitur reijcere illam præſumptio-
nem, & coniecturam, quæ alias ex iure commu-
ni eſt, quod præſumatur fictè facta, & ſimulata,
& ideo, cum poſtea ſtatutum admittat probatio-
nem contrariam, nempe de fide, & ſimulata
confeſſione, & in fraudem creditorum facta, di-
cendum eſt non loqui de probatione præſum-
ptiua, ſed concludenti ad euitandam repugnan-
tiam, ſic intelligendo ſtatutum contineret, nam
hoc modo eam præſumptionem, quam paulò
ſupra reiterato, hoc loco admitteret, quod non
eſt dicendum, vt in terminis præfati ſtatuti Mu-
tinæ conſuluit Menoch. dict. conſil. 154. numer.
10. verſiculo nam cum ſtatutum. fol. 220.

Quo ad ſecundam partem ſententiæ, Domi-
ni conceſſerunt licentiam exequendi grauami-
na alias relaxata ad fauorem Tertianorum, quo-
rum liquidatio coram ipſis in alio iudicio ab
hoc diuerſo pendet ſuper bonis hæreditarijs di-
cti Domini Ioan. Pauli, cui in aliquo præiudica-
re non intellexerunt, quia poſt creditum, ac pre-
tenſionem dicti Domini Alexandri, id de quo in
præſenti cauſa agitur videbatur tranſire de pla-
no, & tanto magis, vt ſententia, rebus ſic ſtanti-
50 bus, eſſet conformis petitioni ad tradita in l. vt
fundus. ff. commu. diuidun. cap licet hely extra
de ſimon. l. fina. C. de fideicomm. liberta. & per
Papienſ. in forma libelli ſuper actione reali gloſ.
prima num. 1. fol. 1. Iaſ. in §. curare. inſtitutio. de
actio. nu. 28. fol. 143.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Deciſio an ſit par ſententiæ, eamque declaret.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium liquidatorium eſt diuerſum a principali.*
2 *Verba ſententiæ debent intelligi, iuxta declarationem in deciſione factam.*
3 *Rota tenetur dare deciſiones.*
4 *Rota in deciſionibus, an teneatur reddere rationem contentorum in ſententia.*
5 *Deciſio dicitur pars ſententiæ.*

DECISIO. IX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN eadem cauſa vertente inter dictum Dominum Alexandrum Sachium ex vna, & Dominum Iulium, & Andream fratres de Terzanis ex altera, dictum fuit non obſtare, quod obijcitur ad effectum, ne dicta declaratio impediret prætenſam executionem ex parte Tertianorum.

1 Quia cum iudicium liquidatorium ſit diuer-
ſum a principali. Menoch. adipiſcend. poſſeſ-
ſio. remed. 5. numero 71. folio 80. ei per aliud

judi-

iudicium penitus diuerſum, nõ dicitur præiudicatum.

2 Vltra quod verba ſententiæ debent intelligi iuxta deciſionem, & conſequenter ſecundum memoratam declarationem, ſtante conſtitutione Rotali. numer. 41. cuius vigore Rota poſt cauſarum expeditionem parti petenti in cauſis

3 excedentibus ſummam ſcutorum ducentorum, tradere tenetur deciſionem, in executiuis videlicet, infra decem dies continuos, in cæteris vero quibuſcunque infra triginta dies continuos, à die prohibitionis ſententiarum immediatè de-

4 currendos, & ſic rationem reddere contentorum in ſententia ad tradita per Boer.deciſion.172.& dico, quod licet num.25.fol.224. Roman.conſ. 45.ſuper eo in princip.fol.24.Socin.iun.conſil. 181.de duobus in præſenti conſultatione num. 79.lib.2.fol.229.& Magon.deciſion.Florentin. 54.in cauſa nu.1. fol. 163. qui in puncto per dicta iura ita cenſuit.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Poſſidens an debeat manu teneri in ſua poſſeſſione exigendi decimas, ſit neceſſarius titulus, intretque præſcriptio.

SVMMARIVM.

1 *Poßeſſor pacificus tuendus eſt in poßeſſione.*

2 *Poſſeſſor pacificus, quod ſit tuendus in poſſeſſione intelligitur de his, quæ poſſideri poſſunt ſine titulo, non autem in cauſa decimarum, quę debet iuſtificari per titulum.*

Poſſeſſor pacificus, quod ſit tuendus in poſſeſſione, an procedat in cauſa decimarum. num. eod.

3 *Poſſeßor decem, vel viginti annorum eſt manutenendus, etiam ſine titulo.*

4 *Diu poſſediſſe dicitur, qui poſſedit decem vel viginti annis, ſeu lungo tempore.*

5 *Longum tempus dicitur decennium inter præſentes, et viceннium inter abſentes.*

6 *Titulus in poſſeſsione, quando non ſit neceſſarius, & ſequen.*

7 *Qui ſtetit in poſſeſsione exigendi ſpatio decem, vel viginti annorum, eſt in tali poſſeſsione manutenendus, etiã non docto de titulo.*

8 *Titulus facilè ex tempore præſumitur, quamuis obligatio directa induci non poſsit.*

9 *Poßeſſorium nihil habet commune cum petitorio.*

10 *Declaratio tituli inualidi, an ſit neceſſaria.*

11 *Beneplacitum Apoſtolicum reſeruatum in alienatione, ſeù contractu Eccleſiæ, an præſumatur ſpatio triginta annorum.*

12 *Veriſimile eſt, quod beneplacitum Apoſtolicum interuenerit, quando Epiſcopus paßus fuit poſsidere ſpatio triginta annorum, & vltra.*

13 *Decimarum cauſa pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, non ad ſecularem, etiam per modum reconuentionis.*

14 *Cauſa decimarum eſt cauſa ſpiritualis.*

15 *Poſſeſſorium non eſt quid ſpirituale, ſed temporale.*

16 *Cauſa poſſeſſarij etiam ſimplex, an indiſinitè ſit eccleſiaſtica.*

17 *Vbi agitur de ſola compulſione, quæ conſiſtit in facto, laicus adiri poteſt.*

19 *Laici, an præſcribant decimas contra laicos ſpatio decem & viginti annorum.*

20 *Laici, quando præſcribant decimas contra Eccleſiam.*

21 *Immemorabilis præſcriptio, quando dicatur probata.*

22 *Laicus poteſt eſſe, quod ſit incapax decimarum, ſed debet manuteneri in ſua poſſeſsione exigendi, in qua ſtetit per decem, vel viginti annos.*

23 *Bulla Bonifatij, de qua in ſtatuto Ferrariæ, an comprehendat decimas, & iura decimandi, tam ante Conciliũ Lateranenſe, quam poſt.*

24 *Conſuetudo etiam in materia decimarum, eſt ſeruanda.*

25 *Bulla Bonifatij, de qua ſupra num. 23. cum ſuis declarationibus eſt omninò ſeruanda.*

26 *Bulla Bonifatiana, an comprehendat decimas, & iura decimandi.*

27 *Iuramentum ſuper obſeruantia ſtatuti, eſt ſeruandum.*

28 *Declaratio, ſeu interpretatio Bullæ Bonifatianæ ad quem ſpectet.*

29 *Papa ſolus cognoſcit de dubijs priuilegiorum Apoſtolicæ Sedis.*

30 *Interpretari eius eſt, cuius eſt condere.*

31 *Exhibitio Bullæ Pauli Papæ Quinti coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Legato, cum exhibitione mandati, ac comparitione nomine Ciuitatis Ferrariæ.*

32 *Decretum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Legati ſuper dicta Bulla.*

33 *Incipit Bulla Paulina.*

34 *Tenor Bullæ Bonifatianæ inſertus in dicta Bulla Paulina.*

35 *Inueſtituræ multiplices in dicta Bonifatiana de feudis, & bonis ſtabilibus ſub diuerſis generibus, & ſpeciebus, aliqua enim ſunt iure feudi ad vſum regnorum, aliquæ ad vitam eorum, nec non aliquæ pro ſe, filijs, & nepotibus ſuis, quædam vero iure Liuelli, ſiue præcarij, aliæ iure emphyteutico, & non nullæ iure vſus, & aliqua eorum pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, quos duntaxat in morte eligerent, & diuerſis alijs conditionibus, & formis, ſoluente tamen quolibet eorum aliquam recognitionem, ſiue cenſum nomine feudi, cum onere renouandi certo tempore.*

36 *Cauſæ ex quibus facta fuit dicta conſtitutio Bonifatiana.*

37 *Papa non informatus mandat Epiſcopo Mutinenſi, vt ſe informet ſuper ſupplicatis, & referat.*

38 *Papa viſa dicta relatione Epiſcopi Mutinenſis ordinauit, quod bona ſtabilia, & feuda, quæcunque in ciuitate, Comitatu, diſtrictu, & territorio Ferrariæ conſiſtentia ibidemque ſpecificata propter canonem non ſolutum, & ſeruitium non impenſum, aut inueſtituram*

debitis temporibus non petitam, vel ſucceſſorum electionem non factam, in commiſſum non cadat, nec ad Dominos deuoluatur, niſi in caſu ibi excepto.

39 Bona, de quibus loquitur Boniſatiana poſſunt vendi, donari, dari in ſolutum, legari, relinqui, per teſtatorum codicillos permutari, obligari, hypothecari, & alijs quibuſcumque licitis alienationum contractibus inter viuos & ex cauſa mortis, quoad vtile dominium dumtaxat ſubiecti, ſaluo iure directi dominij.

40 Bona, de quibus in dicta Boniſatiana non poſſunt fieri in perſonas de iure prohibitas, & ſi fiunt non tenent.

41 Poſſeſſor bonorum, de quibus Boniſatiana loquitur, ſi inteſtatus deceſſerit etiam ſi fuerit inteſtabilis, tunc in bonis illis ſuccedit quilibet, qui de iure communi ab inteſtato ipſi defuncto ſuccederet, ſublata differentia ſexus, agnationis, & cognationis, niſi eſſet filius, & filia, qui ad ſucceſſionem patris ab inteſtato concurrerent, quo caſu ſuccedit maſculus excluſa fœmina dotata ſufficienter, ſi prius dotata non fuerit.

42 Inueſtiti de bonis, de quibus loquitur Boniſatiana, & eorum ſucceſſores, in quos vtile dominium tranſlatum fuerit, quid ſoluere teneantur vltra ſolitum annuum cenſum, & præſtationem.

43 Noua recognitiones, & inueſtitura, quando ſint prætendenda, an fieri debeant de neceſſitate, & quid pro illis ſit ſoluendum.

44 Inueſtituras non petentes, nec recipientes infra annum puniūtur pęna decem librarum, & ſi diſtulerint recognitiones, & inueſtituras eaſdem per vnum menſem vltra annum prædictum petere & recipere, cadunt ab omni eorum iure, & bona, & feuda ad ipſos Dominos directos liberè deuoluuntur.

45 Domini directi dictorum bonorum feudalium deuolutorum, alium ſubiectum iuriſdictioni Ciuitatis Ferrariæ dumtaxat inueſtire tenentur ſub ſolito cenſu, aut præſtatione, vel Canone, vel ſeruitio, certa additione in dicta bulla Boniſatiana expreſſa.

46 Conſtitutio Boniſatiana habet clauſulas derogatorias conſtitutionum Apoſtolicarum, legum imperialium, conſuetudinum, & aliorum contrariorum quibuſcunque.

47 Boniſatiana conſtitutio decernit irritum, & inane, quicquid a quoquam contra Bullam ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

48 Petitio facta Paulo V. Pontifici maximo nomine vniuerſitatis, & communitatis, ac populi, & incolarum ciuitatis, & territorij, ac communitatis, & diſtrictus Ferrarienſis occaſione variarum litium, ac controuerſiarum ſuper conceſſionibus in vim Boniſatianæ, cuius confirmatio, ac approbatio, cum opportuna ſuper præmiſſis prouiſione petitur.

49 Bulla Boniſatiana confirmatur, & ambiguitates, & dubia quæ oriebantur tolluntur.

50 Hæres vniuerſalis, quando excludit filios, & omnes comprehenſos in inueſtitura, quamuis etiam non fiat ſpecialis mentio in ipſa vniuerſali inſtitutione hæredis, de prædictis bonis recognitis ab Eccleſia.

51 Bona, de quibus agitur, an poſſint confiſcari.

52 Fiſcus in caſu confiſcationis, bona, de quibus agitur tenetur infra annum proximum vendere.

53 Inueſtiarum pro ſe, & filijs quomodo intelligatur.

54 Inueſtitura pro ſe, filijs, & hæredibus ſiue pro ſe, & filijs, & hæredibus, aut pro ſe, & hæredibus quomodo intelligatur.

55 Verba illa Bullæ Boniſatianæ; quod teneatur alium ſubiectum, & quomodo intelligantur.

56 Verba illa Bullæ Boniſatianæ, ſic tamen quod de huiuſmodi vtili dominio tranſlatio, donatio, aut alienatio, vel legata in loca, vel perſonas de iure prohibitas fieri non debeat, & facta, penitus viribus non ſubſiſtat, quomodo intelligantur.

57 Inueſtitura finita per lineam deficientem, ac extinctam, quis debeat inueſtiri.

58 Recognoſcens rem ab Eccleſia, ſi legitimè alteri conceſſerit, quocunq; modo, vel titulo recognoſcenti ab eodem capſoldum ſoluatur primo Dominio directiuo, ſecundò, aut recognoſcenti ab alio.

59 Filius non poteſt retinere bona recognita ab Eccleſia, repudiata hæreditate patris.

60 Bona recognita ab Eccleſia comprehenduntur in generali fideicommiſſo licet ſpecialis mentio de illis facta non ſit.

61 Fideicommiſſarij ſi non ſtat de comprehenſis in inueſtitura, illam obtinere poſſunt, ſed capſoldum ſoluere tenētur.

62 Alienatio rei eccleſiaſticæ facta pro Emphiteutis Eccleſia, an ſit, & cenſeatur facta etiam ſi per eoſdem Emphyteutas, locatio ad tempus fiat, cū tali tamen pacto de renouando per quod, vel Emphyteuta locans, ſeu conducens pręcisè & neceſſario finito tempore facta intelligatur.

63 Pactum de appropriando non poteſt excedere tēpus quinquennij.

64 Alienatio rei, non intelligitur facta ſi res Eccleſiaſtica, non tamen extimata tali extimatione, quæ dominium transferat fuerit data in dotem mulieris in cuius perſona inueſtitura vel res ipſa reſidet.

65 Mulier donec vixerit eius maritus aut ſocer an teneatur inueſtituram petere, & Capſoldum ſoluere.

66 Alienatio an facta dicatur facta inter fratres, aut alios comprehenſos in inueſtitura antiqua quando diuidunt, aut quoquomodo inter ſe alienant rem ipſam recognitam ab Eccleſia, aut in ea ſuccedant alter, alteri.

67 Recipiens rem Eccleſ. a. d. caſu licet non teneatur ſoluere Capſoldum, compelli tamen poteſt ad inueſtituram recipiendum, pro parte in ſe tranſlata de nouo.

68 Alienatio an dicatur facta ſuper dictis bonis, quando vſusfructus etiam integer, & plenus eſt conſtitutus, huiuſmodiq; vſufructuarius teneatur inueſtituram recipere, & Capſoldum ſoluere.

69 Pacta Inueſtiturarum an ſint ſeruanda, & quomodo.

70 Ciues proximiores quando ſint inueſtiendi.

71 Boniſaciana licet non comprehenderet decimas & Ius decimandi, an hodiè ſaltem, ex grata Pauli, vt conſuleret conſeruationi familiarum præſertim nobilium ciuitatis Ferrariæ, comprehendantur.

72 Pro decimarum emolumento tantum laici tenentur infra biennium proximum, accipere inueſtituras, ſeu renouationes ab Eccleſiaſticis perſonis aucto canone, dummodo certum modum taxatum, non excedat.

73 Qui poſſidet decimas ſiue bona à quadraginta annis citra per aliquam Eccleſiam, monaſterium, vel alium pium locum non poſſeſſa, ſine inueſtitura, vel à donatione in libro de acceptor. an poſſit quandocumq; illam petere.

74 Renouationes, & conceſſiones bonorum de quibus agitur quando debent fieri abſq; ſolutione Lacedem. ſeu Capſold. pro prima vice.

75 Diſpoſitio Paulina circa decimas facta eſt ſine præiudicio litium ſuper decimis, quibuſcumq;, ſeu ſuper decimis & bonis, de quibus in ea motarum, & ſaluo Iure concordandi

dandi

dandi & tranſigendi, obtento nouo beneplacito Apoſtolico.

76 *Decima quando dicantur comprehenſa per Paulinam.*

77 *Bulla Paulina, quibus ſuffragetur.*

78 *Bulla tollit vitium obreptionis, & ſubreptionis, neſaſſionis, & nullitatis.*

79 *Bulla Paulina an praiudicat litibus.*

80 *Bulla prædicta tollit facultatem aliter Iudicandi, & interpretandi, cum clauſula irritura, & inan. &c.*

81 *Derogat contrarijs ampliſſimè.*

82 *Regiſtratio Bullæ Paulinæ.*

DECISIO X.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa vertente inter Illuſtriſſimas DD. Claudiam, & Beatricem filias, & hæredes q. Illuſtriſſimi Domini Marchionis Herculis Eſtenſis Taſſoni actrices ex vna, & Illuſtrem Dominum Iohannem Baptiſtam de Vincentijs reum conuentum ex alia, nomine, cauſa, & occaſione, de qua in actis.

Domini concorditer dixerunt dictas Dominas actrices, fore, & eſse manutenendas in pacifica poſseſſione exigẽdi decimas à ſupradicto Domino Reo conuento, in qua reperiuntur in omnibus, juxta petita.

1 Moti, quia probauerũt eſse in pacifica poſſeſſione exigendi decimas, in qua per Prætorem in iſto Iudicio manutenendæ poſſeſſionis tueri debent iuxta tradita in l. naturaliter §. Nihil Commune. ff. de aquir. poſſeſſ. §. retinendæ inſtitut. de Interdict. Bero. in c. licet cauſam: de probat. num. 63. fol. 85. Coſmu. Gumier: in pragmatica Sanctio in tit. de pacific. poſſeſſor. in verbo requirant Verſiculò, ſed hæc opinio fol. Vltim. cum alijs citatis per Menoch. de retinen. poſſeſſio. remed. 4. num. 588. fol. 128.

2 Etiam quod apponatur, prędicta intelligi debere in his, quæ poſſideri poſſunt ſine titulo, non autem in cauſa decimarum, quæ debet iuſtificari per titulum, vt probat tex. in cap. ad decimas. 2. de reſtitutio. ſpoliato. & per Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. num. 589. cum ſequen. fol. 128. & ſeq.

Nam fuit reſponſum id procedere, quando agitur contra Dominum decimarum, non contra alium, qui nõ eſt Dominus, vt probat idem Menoch. loco proximè citato nu. 590. fol. 128. poſt Io. Fabr. in §. retinendæ inſtit. de interdict. num. 3. verſ. & ideo, non videtur fol. 177. & fuſius nu. 29. verſiculo, Item nota fol. 180. Capic. deciſio. 209. In cauſa ſacri Monaſterij &c. num. 4. & 5. fol. 671.

3 Secundò reſpondetur aliud eſſe in hac ſpecie, in qua diu, hoc eſt ſpatio decem, vel viginti annorum vt in gloſſ. l. 2. C. de acquirend. poſſeſſio. in Verbo diu littera. b. ſeu longo tempore, vt per

4 Ambroſ. in verbo diu, quod longum tempus dicitur decennium inter præſentes, & vicennium

5 inter abſentes, vt C. de præſcriptio. long. tempor. per tot: & maximè in leg. final. §. 1. inſtitutio de vſu, et per Alber. in verbo Longum tempus, dictæ actrices fuerunt in pacifica poſ-

6 ſeſſione exigendi decimas ob quam de titulo probare minimè tenentur, vt probat idem Menoch. loco citato nu. 593. fol. 129. dicens.

Se declaraſse in tractatu de recuperanda poſſeſſione Remed. 15. num. 461. explicando de eo, qui ante litem pacificè poſsedit, vltra triennium, vel ſucceſſit pacifico poſſeſsori vltra triennium, poſt Capicc. deciſ. 6. In cauſa mota per R. Abbatẽ num. 4. 6. & 9. fol. 6. et Rebuff. in commentar. ad Regias conſtitutio Gall. in titul. de cauſ. Benefic. poſse: artic. 9. Gloſs. vnica nu. 27. tom. 3. fol. 305.

7 Tertio reſpondetur, quod cum actrices docuerint, vt latè in actis de eorum pacifica poſseſſione X. et XX. annorum contra d. Vincentium Laicum ad effectum manutenendi in dicta poſseſſione, exigendi decimas non tenentur docere de titulo, quia ex huiuſmodi ſolita præſtatione inducitur præſumptio veræ cauſæ, et conſequenter

8 titulus, qui facilè ex tempore præſumitur, quamuis obligatio directa induci non poſſit ſecundum Raphael. Cuman. conſil. 91. Viſa copia num. 3. fol. 46. per tex. in d. l. cum de in Rem verſo de vſur. et in l. ſeruitus C. de pact. quod optimè probat Bart. in d. l. cum de in reuerto. ff. de vſur. num. 14. per tex. in l. litibus. C. de Agricol. et cenſit. lib. 21. et tradit Couarru. in cap. poſseſsor de regul. Iur. lib. 6. part. 2. §. 4. num. 2. fol. 88. vbi teſtatur

* de communi, et habetur in libro communi opinio: ſecundum ordin. codicis part. 2. lib. 7. in titulo communia de vſucapion. titul. 2. numer. 57. fol. 225.

Vltra, quod vbi ſuper titulo immorandum foret, prout non eſt de illo diceretur conſtare ex præcepto facto ad inſtantiam Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Eſtenſis Epiſcopi Ferrariæ contra Illuſtres Dominos Comites Ferrantem, et Herculem filios, et hæredes olim Illuſtriſſimi Domini Comitis Camilli Eſtenſis Taſsoni ſub die. 24. ſettembris. 1590. & in actis producto pro parte rei conuenti in quo aſſeritur præfatos Taſsonos fuiſse ab eodem Epiſcopo inueſtitos Iure emphyteutico, de decimis terrarum mellicariæ, Garbanæ, et Garbanellæ, et foſsæ nouæ, et Sancti Gigli ſaluo beneplacito Appoſtolico, etiam, quod dictus reus cõuentus de

tus de

tus de eo oppoñat non ad effectum docendi de titulo, ſed de nullitate ipſius tituli ob beneplacitum Apoſtolicum non obtentum.

9 Quoniam præterquam quod quæſtio Tituli inualidi propoſita concernit petitorium de quo hic non tractatur, ſed de mera poſſeſſione, vbi de eo contractaretur, ſola allegatio nullitatis, ac in-

10 ualiditatis tituli non ſufficeret, nec releuaret, niſi ſecuta declaratione ſuper eius nullitate, ac inualiditate, vt fit in omnibus iudicijs, in quibus fuit de nullitate actum, ſuper quibus ferenda eſt ſententia ad tradita per Vant. de nullitatibus in titul. quot, & quibus modis nullitas proponi poſſit n. 87. cum ſeq. fol. 65. & num. 110. cum ſeq. fol. 68.

Eſt etiam vana memorata quæſtio, ſeu exceptio tituli inualidi quia vbi tractandum eſſet de nullitate multa adduci poſſent ad docendum de titulo valido, quæ non ſunt præſentis ſpeculationis in Iudicio de quo agitur, & in ſpecie quod beneplacitum Sedis Apoſtolicæ in dicta conceſſio-

11 ne ſeruatum, ac enunciatum, vti ſolemnitas extrinſeca præſumitur interueniſſe, ex tempore longiſſimo 30. annorum: vt poſt Crauet. de antiquitat. tempor. part. 3. in verbo 1. num. 25. fol.. qui teſtatur de communi habetur lib. 1. commun. opinion. ſecundum ordinem codicis in tit. de Sacroſ. Sanct. Eccleſ. tit. 1. num. 48. fol. 152. & tradit Gabr. conſil. 82. Ad deciſionem &c. nu. 3. fol. 124. & nu. 32. fol. 125. lib. 2. Iaſ. in l. ſciendum. ff. de verborum obligat. nu. 16. cum ſeq. verſiculo teneo primam opinionem fol. 47. & tex. in cap. peruenit de empt. & vendit. Quod Facchin. in ſuo tractat. controuerſiar. Iur. cap. 65. fol. 1336. intelligit data ſcientia Papæ, cum non præſumatur Papam habere notitiam alienationum rerum Eccleſiarum, & conſequenter beneplacitum eius quod ipſe Papa ignorabat, contra opinionem Gabriel. loco proximè citato.

12 Maximè, cum poſt præceptum Interuenerit patientia Epiſcopi cum ſilentio 30. annorum, & vltra quod, vtique veriſimiliter non fuiſſet, ſi beneplacitum præfatum non interueniſſet, vt per plura ſimilia habetur per Iaſonem, vbi ſupra nu. 17. fol. 47.

13 Non obſtat quod cauſa decimarum pertineat ad Iudicem eccleſiaſticum Speculat. in titul. de competen. Iudic. additio. num. 1. verſiculo decimo ſexto num. 16. lib. 2. par. 1. fol. 33. non ad ſæcularem, etiam per modum reconuentionis, vt dicit idem Speculat. de reconuentio. §. Nûc dicamus verſiculo & trado regulariter nu. 9. eodem lib. 2. p. 1. fol. 146.

14 Quoniam cum hic, non agatur de cauſa decimarum quæ eſt merè ſpiritualis c. quanto de Iudic. c. ſuum de ordin. cogn. cap. vt inquiſitiones. §. prohibemus de hæretic. & c. ſi iudex de ſentent. excommun. in 6. Sed de poſſeſſione, ad effectum manutenendi ſuper petita ſolita fructuum ex a-

15 ctione ſub nomine decimæ, de qua etiam ſecularis iudex iudicat, cum poſſeſſorium non ſit quid ſpirituale, ſed temporale, vt in puncto loquens de decimis decidit Guido Pap. deciſio. 1. In manibus magiſtratus num. 1. cum ſeq. fol. 1. qui dicit, ita pluries fuiſſe Iudicatum, vt ibi num. 2. & ſeq. fol. eodem, Andreas Gaill. Pract. obſeruatio: obſer. 38. Decimarum controuerſiam num. 4. lib. 1. fol. 36. & latè dixi in deciſio. march. deciſ. 69. dubita-

16 tum fuit num. 6. fol. 80. etiam quod multi, vt ibi teneant talem cauſam nõ eſſe temporalem, quià cauſa poſſeſſorij, etiam ſimplex indiſtinctè dicitur eccleſiaſtica, Nam contraria opinio, vbi agitur de poſſeſſorio manutenendæ, vt hic, vel recuperandæ non adipiſcendæ verior, ac magis communis ſit, nempe quod ventillari poſſit coram Iudice ſeculari, vt per Hieron. de Ceual. in ſuo ſpecul. opinion. commun. contra commun. quæſt. 504. in Verſiculo prima tamen opinio tom. 2.

17 fol. 18. quaſi agatur de ſola compulſione, quæ conſiſtit in facto ſuper qua laicus adiri poteſt ad tradita per Feder. de Senis conſil. 245. Domino Andreæ num. 3. Verſiculo, & ſic ſola compulſio fol. 105. Barboſa in l. Titia. 35. ff. ſolut. matrimonio. num. 31. fol. 424. Pedemont. deciſio. 116. ex actis nu. 1. fol. 457. Rebuff. de decim. quæſt. 10. num. 4. fol. 97. & Borell. in eius ſum. deciſio. tit. 19. de Decim. nu. 18. fol. 4. Non obſtat quod laicus non ſit [illegible] ax decimarum.

18 Quia fuit reſponſum id non eſſe generaliter verum, cum laici, quandoq; certo modo ſint capaces decimarum ſumma Angelica in verbo decimæ verſiculo vtrum laicus num. 15. part. 1. fol. 295. ſumm. Tabiena, in verbo decimæ num. 25. verſiculo vigeſimo quarto par. 1. fol. 421. & ſumma Piſanella in Verbo decimæ quinto. Rebuff. de decim. quæſt. 13. nu. 69. fol. 166.

19 Et præſcribant decimas contra laicos, vt per Cepol. conſil. 11. licet num. 24. fol. 24. & Rebuff. de decim. d. quæſtio. 13. nu. 8. in fin. fol. 160. Spatio decem, vel viginti annorum, vt per Bald. de

20 præſcript. 1. part. 5. part. quæſt. 7. nu. 21. fol. 363. & contra Eccleſiam per Immemorabilem Maſcard. de probatio. concluſ. 484. num. 6. lib. 1. fol.

21 479. quę probatur probando, quod nemo ſupereſt, qui ſciuit factam fuiſſe, vel qui audiuerit ab eo, qui ſciret. l. 2. §. idem labeo. ff. de aqua pluu. arcend. ſumm. Piſanella in verbo decimæ. 6. Verſiculo aduertendum quod tunc fol. 96.

Secundo reſpondetur argumentum rem concludere

22 cludere pro neceſſe,quia poteſt eſſe,quod laicus,
non ſit capax decimarum,& tamen quod debeat
manuteneri in poſſeſſione illas exigendi,in qua
per dictum tempus decem, vel 20.annorum ſte-
tit ex his,quæ dicta ſunt.

Dicebatur etiam id non procedere in Ciuita-
23 te Ferrariæ in qua Bulla Bonifacij.9.de qua in
ſtatuto d.Ciuitatis lib.2.c. 127.fol. 102. ſemper
interpretata fuit,vt comprehendat,etiã decimas,
& Iura decimandi tam ante Concilium Latera-
nenſe, quam poſt conceſſas, & conceſſa vt patet
interpretationibus factis ſuper dicta Bulla num.
27.in Verſiculo Item volumus, quæ regiſtratæ
ſunt dicto lib.2.ſtatutorum fol. 106. à quibus nõ
videtur recedendum,maximè cum approbentur
per Marcabrum.ab Anguil.conſ.26.Viſa inueſti-
tura feud.num.135.fol.numer,221.cum ſeq.fol.
104.& ſeq. & præcipuè num. 281. cum ſeq. fol.
24 .... quaſi inducta ſit lex,ſeu conſuetudo,quæ cir
ca decimas etiam attenditur, vt probatur in c. cũ
ſint homines.18, ibi ad conſuetudinem duximus
recurrendum,& in cap.ad Apoſtolicæ Sedis re-
gimen: 20.ibi tu eligas in hoc, quod pro conſue-
tudine diu obtẽtum ibidem noueris obſeruatum
de decimis, & expreſsè tradit Gloſſ.in d.cap.cum
ſint homines in verbo ad conſuetudinem litera,
e, & Vigellius in ſuo tractat. Iuris controuerſi in
titulo de decimis lib.3.regul.4. Verſiculo conſue
tudo.fol.333.

25 Et tanto magis, quod in ſtatuto Ferrariæ lib.
2.cap.126.ſub Rubric.de Bulla,ſeu gratia Boni-
facij, & eius declarationibus. fol. 101. expreſsè
præcipitur,vt gratia, ſeu Bulla conceſſa commu-
ni,populoq; Ferrarienſi pro S. D. Bonifacium
Nonum olim Summum Pontificem perpetuo,
& inuiolabiliter obſeruaretur, cum omnibus in-
terpretationibus,ſeu declarationibus in dicto ſta-
tuto ſequenti eodem.lib.2.c.127.ſuper interpre-
tatione vltima quæ eſt: num.27.fol.106.reperi-
26 tur, etiam appoſita dicta interpretatio, vt com-
prehendat decimas,& Iura decimandi, quæ om-
nino ſeruari debere per Dominos de Rota affir-
mabatur ratione Iuramenti præſtiti ſuper obſer-
27 uantia ſtatutorum ciuitatis Ferrariæ, ſed ſuper
hoc Domini non eſſe immorandum cenſuerunt,
tum quia ſuperius deducta ſufficere arbitrati ſunt
ad deciſionem diſceptationis,de qua agitur, cum
quia quæſtio eſt ſuper interpretatione Bullę Bo-
28 nifacianę cuius declaratio ſpectat ad Papam,qui
ſolus cognoſcit de dubijs priuilegiorum Apoſto-
29 licæ Sedis,vt in c.cum veniſſet. 12.de Iudic.&
ibi Innocent.num.1.fol.232. Bald.in l.2.C. de
30 ſenten.ex Breuiloq.Recitand.ſub num.8.fol.47.
eius enim eſt interpretari, cuius eſt condere, vt
dicit Gloſſ.in d. cum veniſſet de Iudic. In verbo
Iudicari litera, c, per bona Iura, quæ allegat,&
ibi Innocent.nu.1.in principio fol.232.Qui cum
declarauerit ſuam intentionem,vt patet ex Bulla
Pauli Papæ. V. ſub data Calendis Settembris
1619.quę eſt Infraſcripti tenoris ad ipſam eſt re-
currendum.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

CORAM ILL.MO ET REVERENDISS.

D. CARDINALI SERRA LEGATO, &c.

Exhibitæ fuerunt Literę Apoſtolicæ intro-
ſcriptæ die vltima Aprilis 1620.

Hieronymus Paulinus Notarius.

31 IN nomine Domini Amẽ. Anno à Natiuitate
eiuſdem Domini milleſimo ſexcẽteſimo vi-
geſimo, Indictione tertia,die verò vltima Men-
ſis Aprilis, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto
Patris, & Domini noſtri D. PAVLI Diui-
na Prouidentia Papę Quinti,anno decimoquin-
to. Pro Illuſtriſſima Communitate Ferrariæ.
Comparuit coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſ-
ſimo D. IACOBO Serra S. R. E. Presby-
tero,Cardinali tituli Sanctæ Mariæ de Pace, in
Ciuitate, & Ducatu Ferrariæ de Latere Legato,
&c. Illuſtris admodum,& Excellens D.Horatius
Nigriſolius dictæ Illuſtriſſimæ Communitatis
Sindicus,& Procurator,& expoſuit,atq; inſtetit,
ac alia geſſit,de quibus, & prout in inſtantia quã
exhibuit tenoris ſubſequentis, videlicet. Coram
vobis Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. IA-
COBO titul.Sanctæ Mariæ de Pace, Sanctæ
Romanæ Eccleſiæ Presbytero, Cardinali Serra
de Latere Legato Ferrariæ, ac infraſcriptarum
litterarum Apoſtolicarum executore,comparuit
Horatius Nigriſolius Cauſidicus Ferrarienſis
Sindicus,& Procurator Illuſtriſſimę Communi-
tatis Ferrariæ, vt apparet ex mandato ad infra-
ſcripta ſpeciali in eius perſonam facto rogitu D.
Ioãnis à Monetis ſub die 29.Aprilis 1020.quod
actualiter exhibuit animo illud rehabendi, eoq;
vſus fuit, & vtitur; Dominationiq; veſtræ Illu-
ſtriſſimæ exhibuit,& præſentauit Bullam, Con-
ſtitutiones, ſeu litteras Apoſtolicas Sanctiſſi-
mi D. N. PAVLI Diuina Prouidentia Pa-
pæ Quinti conceſſas,& conceſſam Communi,&
Popolo Ferrariæ ſub Dat.Romę apud Sanctam
Mariam Maiorem duodecimo. Kal.Septembris
in carta

in carta pergamina conſcriptas, quibus appoſitum eſt ſignum plumbeum cordali canapis accommodatum, integras, ſanas, non vitiatas, nec abolitas, aut in aliqua ſui parte cancellatas, omniq; a vitio carentes, ea intentione ipſas rehabendi, inſtetitque per D. V. Illuſtriſſimam mandari ipſas litteras Apoſtolicas, & quæcunq; in eis contenta ſolemniter publicari, & pro earum publicatione eas imprimi, & impreſſas apponi in volumine Statutorum Ferrariæ, ad finem vt ad totius Populi, & vniuerſitatis notitiam deueniant, & vt in futurũ perpetuis futuris temporibus vti lex Pontificia ab omnibus, & quibuſcunq; in eis nominatis inuiolabiliter obſeruentur. Petẽs prædicta nedum modo prædicto, ſed & omni alio meliori.

Tenor mandati procuræ de quo ſupra habetur mentio, eſt qui ſequitur, nempe, Mandatum Illuſtriſſimę Communitatis Ferrariæ in Illuſtrẽ, & Excellentem D. Horatium Nigriſolium. In Chriſti nomine Amen. Anno eiuſdem Natiuitatis milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo, Indictione tertia, die vero vigeſimonono Menſis Aprilis, Ferrariæ in Officio Sapientum Illuſtriſſimæ Communitatis, & in Camerono ſolitæ reſidentiæ infraſcripti Illuſtriſſimi Domini Iudicis, & Magiſtratus Sapientum, pręſentibus teſtibus vocatis, & rogatis, ſpectabilibus DD. Io. Baptiſta Philippio, & Alexandro Naſellio Ciuibus, ac Cauſidicis Ferrariæ, ac alijs. Conuocati, & in loco prædicto vt moris eſt congregati infraſcripti Illuſtriſſimi Domini, D. Comes Aloyſius Montecuculus Iudex Sapientum, Io. Paulus Carpius I. V. D. Io. Baptiſta Bertazzolus, Hieronymus Burdochius, Claudius Rõdonus, Gaſpar Bellaia, Antonius Maria Gillinus, Ioannes Maria Vendeghinus, & Antonius Cechinus Mercator. Omnes tamen Sapientes Illuſtriſſimi Magiſtratus in valido, & ſufficienti numero congregati, qui ſponte, & ex certa eorũ, & cuiuslibet ipſorum animorum ſcientia, & omni meliori modo, via, iure, & forma quibus magis, & melius, ac validius facere potuerunt, & poſſunt, non reuocãdo propter hoc aliquem alium dictę Illuſtriſſimæ Communitatis Procuratorem, ſed potius confirmando, fecerunt, creauerunt, & conſtituerunt dictę Illuſtriſſimæ Communitatis Actorem, Factorem, & Procuratorem ſpecialem Illuſtrem, & Excellentem D. Horatium Nigriſolium Iuris peritum & Sindicum Illuſtriſſimæ Communitatis prædictę ſpecialiter, & expreſsè ad comparendum coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. IACOBO tituli Sanctæ Mariæ de Pace Cardinale Serra, in Ciuitate Ferrariæ Legato, executore Literarum Apoſtolicarum emanatarum à Sanctiſs. Domino Noſtro PAVLO Diuina Prouidentia Papa V. ad fauorem, & beneficium Populi, & Communis Ferrarię ſub datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem anno 1619. duodecimo Kal. Septembris, eaſq; exhibendum D. S. Illuſtriſſimæ, ab eaq; petendum, & obtinendum publicationem ſolemnem dictarum Litterarum Apoſtolicarum, & omnium in eis contentorum, & mãdatum de eas pro earum publicatione imprimi faciẽdum, & impreſſas in publicum exponendum, ac in volumine Statutorum Ferrarię apponendum, ad finem vt futuris perpetuis tẽporibus quibuſcunq; innoteſcant, & à quibuſcunq; in eis nominatis inuiolabiliter vti lex Pontificia obſeruentur. Et generaliter ad omnia alia, &c. ſuper prædictis faciendum, &c. dantes, &c. promittentes, &c. volentes, &cæt. ſub hypoteca, & obligatione omnium, & ſingulorum eiuſdem Illuſtriſſimæ Communitatis bonorum præſentium, & futurorum, cum proteſtatione tamen prius præmiſſa per dictos Illuſtriſſimos Dominos, quòd de eorum proprio in aliquo minimè teneri volunt. Mandantes, &c. Ego Ioannes à Monetis Notarius publicus Ferrarienſis, necnon & Notarius Illuſtriſſimæ Communitatis de prædictis rogatus. In quorum fidem me ſubſcripſi, & ſolito ſigno ſignaui. Loco ✠ ſigni.

Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo, Indictione tertia die 29. Aprilis Regiſtratum fuit hoc pręſens Inſtrumentum in libro Memorialis ſecundi ſemeſtris 1620. ad cart. 115. per me Ariſtarcum Chiarellum Notarium dicti Memorialis, in quorum fidem hic me ſubſcripſi, ſignumque appoſui conſuetum. Loco ✠ ſigni.

32 Qui Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Serra, &c. Literas prædictas benignè recepit ipſiſq; viſis, lectis, & maturè conſideratis, cognoſcens inſtantiam vt ſupra nomine Communis, & Populi Ferrariæ factam eſſe iuſtam, & rationabilem, eam admiſit, & in executionem mandatorum Sanctiſſimi D. N. PAVLI Diuina Prouidentia Papæ V. decreuit, atq; mandauit eaſdem literas, & quęcunq; in eis contenta ſolemniter publicari, & pro earum ſolemni publicatione eaſdem imprimi, & impreſſas in publicum exponi, ac in Statutorum Ferrariæ volumine apponi, futuriſque temporibus vti legem Pontificiam ab omnibus, & quibuſcunq; in eiſdem litteris nominatis inuiolabiliter iuxta petita obſeruari, hæcq; nedum modo prædicto, ſed & omni alio meliori.

Ego Hieronymus Paulinus q. Franciſci filius Ciuis Ferrarienſis, Publicus Apoſtolica Autho-

ritate

ritate Notarius in Archiuio Romanæ Curiæ, ac Illuſtri Collegio DD. Notariorum Ferrarienſium deſcriptus, & de præſenti vnus ex Actuarijs Auditorij Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Cardinalis Serræ Ferrariæ Legati, &c. de inſtantia, decreto, & alijs prædictis rogatus me ſubſcripſi ſignumq; meum appoſui in fidem requiſitus.

Loco ✠ ſigni.

Illuſtriſſimorum DD. Iudicis, ac Sapientum Magiſtratus, & Adiunctorum nomina nec non Aduocati, & Sindici Illuſtriſſimæ Communitatis ſub quibus expedita, & edita eſt præſens Bulla.

ALOYSIVS MONTECVCVLVS COMES, &c. ac Iudex Sapientum.
Io. Paulus Carpius I. V. D. & Aduocatus.
Io. Baptiſta Bertazzolus.
Hieronymus Bordocchius.
Claudius Rondonus.
Gaſpar Bellaia.
Antonius Maria Gillinus.
Io. Maria Vendeghinus.
Nicola Franchinus. } Mercat.
Antonius Cechinus. }

ADIVNCTI.

Cæſar Calcagninus Marchio, &c.
Aloyſius Roſſettus Comes, &c.

Horatius Nigriſolius Sindicus.

PAVLVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

33 Decet Romanum Pontificem, ex Paſtoralis officij ſibi Diuina diſpoſitione commiſſi debito, circa Ciuitatum, locorum, ac Populorũ ſuæ curæ, ac fidei creditorum, præſertim Sanctæ Romanæ Eccleſiæ temporali ditioni ſubditorũ fœlicem, ac perpetuum ſtatum propenſis ſtudijs intendere, & quæ pro illis in pacis, & tranquillitatis dulcedine confouendis, diſſidiorumq; contentionum, & litigiorum inter eos, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Piorum locorum Prælatos, Rectores, Adminiſtratores, & Miniſtros, ſæpenumero exoriri ſolitorum, fomentis, diſpendijs, ac incommodis de medio ſubmouendis, & auertendis per Prædeceſſores ſuos prouidè ſtatuta, & ordinata fuerunt, vt firma, & illibata perpetuò ſubſiſtant, nec temporis ſucceſſu labefactẽtur, aut in recidiuæ contentionis ſcrupulos relabãtur, ſuæ approbationis, ac etiam innouationis robore communire, ac aliàs eiuſdem Paſtoralis officij partes fauorabiliter interponere, prout locorum, perſonarum, & rerum qualitatibus, & circumſtãtijs maturè perpenſis conſpicit in Domino ſalubriter expedire: Dudum ſiquidem à fœlicis Recordationis Bonifacio Papa Nono Prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis.

34 BONIFACIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam; Dum intra pectoris noſtri arcana reuoluimus diligentis, & inuiolabilis deuotionis, & fidei puritatem, quam Dilecti filij, Nobilis Vir Albertus Marchio Eſtenſis in noſtra Ciuitate Ferrarienſi, & eius Diſtrictu, ac Comitatu, & Territorio pro Nobis, & Romana Eccleſia Vicarius in temporalibus generalis, necnõ & Populus, & Commune dictæ Ciuitatis inter cæteros ſubditos, & fideles noſtros, & eiuſdem Eccleſiæ ad nos, & Romanam Eccleſiam gerunt, ac etiam grandia labores, expenſas, & onera, quę ſæpius ipſos ob honorem, & ſtatum proſperum eiuſdem Eccleſiæ ſubijſſe cognoſcimus: nec non & alia multiſaria grata, & accepta ſeruitia, quę nobis, & eidem Eccleſiæ laudabiliter, & conſtanter hactenus impenderunt, & exhibituros pro firmo credimus in futurum, meritò inducimur, vt petitionibus ipſorum, illis præſertim per quos eorũ Status pacis amenitate frui, & melius dirigi valeat, quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus. Dudum ſiquidem prò parte Marchionis, & Communis præfatorũ Nobis expoſito. Quod cum plerique ex eiſdem Populo, & Communi à diuerſis Cathedralibus, & alijs Eccleſijs, nec non Prælatis, & alijs perſonis Eccleſiaſticis Eccleſiarum huiuſmodi Ciuita-
35 tis, Comitatus, & Diſtrictus, ac Territorij prędictorum eſſent inueſtiti de pluribus feudis, & bonis ſtabilibus ſub diuerſis generibus, & ſpeciebus, videlicet, aliqui Iure feudi ad vſum Regni: aliqui ad vitam eorum, nec non aliqui pro ſe, filijs, & nepotibus ſuis: quidam vero Iure liuelli, ſiue Precarij: alij Iure Emphyteutico, & nonnulli Iure Vſus, & aliqui eorum pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, quos dumtaxat in morte eligerent, & diuerſis alijs conditionibus, & formis, ſoluente tamẽ quolibet eorum quolibet anno aliquam recognitionem, ſiue cenſum nomine Feudi, & renouare debente certo tempore huiuſmodi Feudum, inueſtituram, & Emphyteoſim, ſeu locationem, & quòd propter Prælatorum Cathedralium Eccle-
36 ſiarum, & Monaſteriorum, nec non & Eccleſiarum, ac aliorum Piorum locorum à quibus Feuda tenebantur eadem, Rectorum crebras immutationes, ac ipſorum etiam ſic inueſtientium indebitam exactionem cenſus huiuſmodi, nec non

& nouas

& nouas inueſtituras de Feudis, & bonis antedictis multa litigia, rancores, & odia hactenus orta fuerunt prout oriebantur inter Populum prædictum, & habitatores Ciuitatis eiuſdem; ex eo præſertim, quia ſæpe per Feudatarios, & inueſtitos huiuſmodi, ſeu eorum ſucceſſores inueſtituræ, atque cenſus prædicti prædictis Prælatis, & Rectoribus, quandoquè verò verſa vice per prædictos Prælatos, & Rectores huiuſmodi ſolutiones factę huiuſmodi cenſus vt plurimum negabantur, vel fortè Minores, & Infantes penitus facta in his ante defunctorum quibus ſuccederent, ſiue ſucceſſerant ignorantes, ſolutiones huiuſmodi eſſe factas probare non poterant. Nonnulli verò ipſorum morte præuenti, ſucceſſores quos in morte, iuxta contractuum formam eligere poterant, non elegerant: & aliquorum nomine Eccleſiarum inueſtientium huiuſmodi multoties etiam poteſtas denegabatur, & de facili procuratorium probari non poterat, propter quæ nonnumquam Prælati, & Rectores Eccleſiarum prædicti, res bona, & Iura, vel quaſi ſic ab Eccleſijs per eos habita, alios, vt de rebus recaducis contra veritatem, & Iuris debitum inueſtierant, & ipſarum Eccleſiarum Prælati, & Rectores nomine Capſoldi aliquãdo tertiam, aliquando ſextam, aliquando decimam partem veri prætij, cum de Iure Quinquageſima vix ſolui deberet de Feudis, & bonis eiſdem prò inueſtitura habenda eorumdem receperant, ipſique Prælati, & Rectores in multis alijs frequẽter oppreſſerant ſic inueſtitos, ſeu hæredes eorum; ex quibus quidem oppreſſionibus; rancores, iurgia, & litigia oriebantur, adeò quòd cædes etiam hominum ſæpius fuerant exindè conſecutæ, & multa alia mala (vt timebantur) poterant exindè veriſimiliter exoriri, niſi ſuper hoc per Sedem Apoſtolicam prouideretur. Et pro parte Marchionis, Populi, & Communis prædictorum nobis humiliter ſupplicato, vt dictarum Eccleſiarũ, & locorum, nec non Prælatorum, & Rectorum, ac illorum, quibus huiuſmodi Feuda taliter conceſſa extiterant bono ſtatui, & alias in præmiſſis
37 prouidere ſalubriter dignaremur. Nos tunc de præmiſſis certam notitiam non habentes, Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Mutinenſi eius proprio nomine non expreſſo, per noſtras literas mandauimus, vt de præmiſſis omnibus, et ſingulis, et eorum circunſtantijs vniuerſis auctoritate Noſtra ſe diligentius informaret, et ea, quæ per huiuſmodi informationem reperiret, Nobis per ſuas patentes literas manu publica ſubſcriptas, et ſuo ſigillo ſigillatas, dictarum noſtrarum literarum ſeriem continentes, quantò citius referri curaret, vt per ſuam relationem huiuſmodi ſuper præmiſſis inſtructi, in eis conſultius procedere valeremus, prout in ipſis literis plenius continetur. Poſtmodum verò Venerabilis Frater Noſter Dyoniſius Epiſcopus Mutinenſis ſuper his per eum plenaria informatione recepta, Nobis per ſuas literas retulit omnia, et ſingula in prædicta expoſitione contenta fuiſſe, et eſſe vera. Nos igitur relatione dicti Dyoniſij Epiſcopi in his ſufficienter inſtructi, cupientes litigijs, rancoribus, odijs, cædibus, et alijs malis, quæ pręmiſſorum occaſione veriſimiliter contingere poſſent, ſalubriter obuiare, Marchionis, Populi, et Communis prædictorum in hac parte ſupplicationibus
38 inclinati, auctoritate Apoſtolica præſentium tenore ſtatuimus, cõcedimus, ac etiam ordinamus, quòd de cœtero, tam huiuſmodi, quàm alia bona ſtabilia, & Feuda quæcumque in Ciuitate, Comitatu, Diſtrictu, & Territorio prædictis conſiſtentia, quæ etiam ab alijs quibuſcumque Eccleſijs, quàm prędictis etiam Metropolitanis Cathedralibus, & alijs Eccleſijs, ac pijs locis, aliarum partium, ſeu Diœceſum quarumcumq; per particulares homines, ſeu Incolas ex eiſdem Populo, & Cõmuni recognoſcuntur, ac tenentur propter Canonem non ſolutum, & ſeruitium non impenſum, aut inueſtituram debitis temporibus non petitam, vel ſucceſſorum electionem nõ factam, in commiſſum non cadant, nec ad Dominos de-
39 uoluantur, niſi in caſu infraſcripto. Et quod venditioni, donationi, dationi in ſolutum, legato, teſtamẽto, & codicillis, permutationi, obligationi, hypothecæ, & alijs quibuſcumq; licitis alienationum contractibus inter viuos, & ex cauſa mortis, quoad vtile dominium duntaxat, ſint ſubiecta. Ita tamen quòd vtile dominium ipſorum iurium vſualium, & reliquorum ſupradictorum penes quoſcumque legitimos poſſeſſores aut eos qui illis ex teſtamento, codicillis, vel ab inteſtato ſuccedent, etiam ſi defunctus fuerit inteſtabilis, aut eos, in quos dictum vtile dominium per huiuſmodi legitimos poſſeſſores per venditionem, donationem, dationem in ſolutum, legatum, teſtamẽtum, vel codicillos, aut alia quacumq; vltima voluntate, & quouis alienationis contractu, & ab inteſtato, vt ſupra, translatum fuerit, ſuper quo, & quibus poſſeſſores ipſi liberam habeant poteſtatem, ſaluum maneat, & illeſum, Iure tamen directi dominij Prælatis, Rectoribus, Eccleſijs, Monaſterijs, & alijs locis prædictis ſemper ſaluo. Sic
40 tamen, quòd de huiuſmodi vtili dominio translatio, donatio, aut alienatio, vel legata in loca, vel perſonas de iure prohibita fieri non debeat; nec poſſint, & facta penitus viribus non ſubſiſtãt. Quòd ſi inteſtatus aliquis dictorum poſſeſſorum

deceſ-

deceſſerit, etiam ſi fuerit inteſtabilis, tũc in bonis
illis ſuccedat quilibet, qui de iure cõmuni ab in-
teſtato ipſi defuncto ſuccederet, ſublata differẽtia
ſexus, agnationis, & cognationis, niſi eſſet filius,
& filię, qui ad ſucceſſionẽ patris ab inteſtato con-
currerent: quo caſu ſuccedat maſculus excluſa fę-
42 mina, dotanda tamen ſufficienter, ſi priùs dotata
non fuerit. Et quòd nunc inueſtiti præfati, & eo-
rum ſucceſſores, in quos huiuſmodi vtile domi-
nium translatum fuerit, vt pręfertur, ratione poſ-
ſeſſionum, quæ ſub annuo cenſu, vel certa præſta-
tione ab ipſis Prælatis, ac Rectoribus, & pijs locis
teneantur, vltra ſolitum annuum cẽſum, ſeu præ-
ſtationem de cętero ſoluant decem ſolidos Fer-
rarinorum Dominis bonorum, & Feudorum hu
iuſmodi annuatìm: quem cenſum, ſeu canonem,
aut præſtationem, & ſolidos decem ſi non ſolue-
rint, pro qualibet annua ceſſatione incidant in
pœnã dupli Eccleſijs, Monaſterijs, & locis præ-
dictis applicandi: quæ tamen præſtatio dictorũ
decem ſolidorum vltrà ſolitum annuum cenſum,
locum nõ habeat in iuribus vſualibus, nec in præ-
dijs ſoluentibus annuatim decimam, ſeptimam,
ſextam, quintam, vel quartam partem, aut ali-
quam certam quotam fructuum; cum de ſui na-
43 tura ſatis grauata exiſtant, quòdque ipſi nunc in-
ueſtiti, & poſſeſſores bonorum ipſorum intra an-
num à Data præſentium computandũ, & illi qui
eis in huiuſmodi bonis, & Feudis ex aliquo præ-
fatorum cõtractuum, vel ſucceſſionum, aut aliàs,
vt præfertur, iuxta naturam bonorum, & Feudo-
rum, ac formam, & conditionem ſupradictæ no-
ſtrę conceſſionis legitimè ſuccedent, intra annum
à die trãslationis vtilis dominij in eis factę ex ali-
quo ex modis ſupradictis, nouàs recognitiones,
& Inueſtituras petere, & recipere, & ipſi Domini
directi, ſeu eorum Procuratores, & Syndici de bo
nis, & Feudis huiuſmodi inueſtitura eis fieri re-
quirentes inueſtire ſint aſtricti. Pro qua quidem
qualibet inueſtitura, vt pręfertur, faciẽda, ipſi nũc
inueſtiti, & poſſeſſores prædicti viginti ſolidos
dictæ Monetæ; alij vero non inueſtiti, & in dictis
bonis, vt præfertur, ſuccedẽtes ex aliquo ſupradi-
ctorum caſuum, vigeſimã partẽ iuſti pretij bono-
rum, de quibus noua inueſtitura ipſa fiet, ſoluere
teneãtur. Exceptis Feudis tantùm pro quibus no-
mine huiuſmodi inueſtiturę nunc inueſtiti, & poſ
ſeſſores prædictorum feudorum dictos viginti ſo
lidos, alij verò nõ inueſtiti, & in bonis eis ſuccedẽ
tes vt pręfertur, ſextã partẽ veri pretij eorum dũ-
taxat ſoluere ſint aſtricti. Et ſi tales recognitiones
& inueſtituras nõ petierint; & nõ receperint intra
dictũ annũ, vt pręfertur, ſinguli negligentes pęnã
decem librarum prędictę Monetæ Dominis per-
44 ſoluẽdam incurrãt eo ipſo. Et ſi forſan recogni-
tiones, & inueſtituras eaſdẽ per vnũ menſẽ vltra
annum prędictum petere, & recipere non curaue
rint, ipſo facto cadant ab omni iure ſuo, ac prędi-
cta bona; & feuda ad ipſos Dominos directos li-
45 berè deuoluantur. Hoc addiecto, quòd ipſi Dñi
de bonis, & feudis huiuſmodi ſic ad eos deuolu-
tis, aliũ ſubiectũ iuriſdictioni Ciuitatis Ferrariẽ-
ſis dũtaxat, ſub ſolito cẽſu, aut pręſtatione, vel ca-
none, ſeu ſeruitio, cũ additione decem ſolidorum
dictę Monetę annuatìm ſoluendorũ, vltrà hacte-
nus conſuetũ canonẽ, præſtationẽ, vel ſeruitiũ, &
cum alijs ſupradictis oneribus, & ordinationibus
noſtris huiuſmodi inueſtire teneantur omnimo-
46 dè. Conſtitutionibus Apoſtolicis, & legibus Im-
perialibus, & conſuetudinibus, ac alijs contrarijs
nõ obſtãtibus quibuſcunque. Ac decernimus ex
nunc irritũ, & innane ſi ſecus ſuper his à quoquã
47 quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter conti-
gerit attẽtari. Nulli ergo omninò hominum li-
ceat hãc paginã noſtrorũ Statuti, conceſſionis, or
dinationis, & cõſtitutionis infringere, vel ei auſu
temerario contraire. Si quis aũt hoc attẽtare pręſũpſerit indignationẽ Omnipotentis Dei, ac BB.
Petri, & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incur-
ſurũ: Dat. Romę apud S. Petrũ Id. Februarij, Põt.
Noſtri anno III. videlicet, tertiodecimo Februa-
rij milleſimo tercẽteſimo nonageſimo ſecundo.
48 Et deinde Venerabiles Fratres noſtri Frãciſcus
Sacratus Archiep. Damaſcenus, vnus ex cauſarũ
Palatij Apoſtolici Auditoribus Officio fungẽs; &
Alfonſus Giliolus Epiſc. Anglonenſis, Collegij
noſtrorũ, & Sedis Apoſtol. Notariorum, de nu-
mero participantiũ, ac Cõſultæ noſtrę Decanus;
ac Dilecti filij Comes Hyppolitus etiã Giliolus
apud nos pro Ciuitate Ferrariẽſi Orator, nec nõ
Marchio Franciſcus Villa Nobiles Ferrariẽſes, tã
eorũ, q̃ dilectorũ filiorũ Vniuerſitatis, & Cõmu-
nitatis, ac Populi, & Incolarũ Ciuitatis, & Terri-
torij, ac Comitatus, & diſtrictus Ferrariẽſis nomi
nibus, Nobis nuper exponi fecerunt. Qđ variè li-
tes, & cõtrouerſię ſuper cõceſſionibus in vim lite-
rarũ p̃deceſſoris huiuſmodi, quę ẽt de pręsẽti in
vſu exiſtũt, factis ortæ ſunt, & in futurũ oriri for-
midãtur. Quare Frãciſcus Archiep̃s, & Alpõhſus
Ep̃s, ac Hippolytus, nec nõ Frãciſcus Villa prędi
cti, tã eorum, quàm Vniuerſitatis, Cõmunitatis,
Populi, & Incolarum prædictorum nominibus,
Nobis humiliter ſupplicari fecerũt, quatenus li-
teras prædeceſſoris huiuſmodi, pro firmiori ea-
rum ſubſtantia, approbare, & cõfirmare, ac aliàs
in præmiſſis opportunè prouidere de benignita-
te Apoſtolica dignaremur. Nos igitur cõſiderã-
tes eximiũ deuotionis affectum, quem Frãciſcus

Archiepiſcopus,& Alphonſus Epiſcopus,ac Hip-
polytus,nec non Franciſcus Villa,& Vniuerſitas,
Cõmunitas,Populus,& Incolæ prędicti erga nos,
& Romanã gerunt Eccleſiam,& vt in pacis ame-
nitate confoueantur, & optata in præmiſſis quie-
te,& trãquilitate,ſemioto quocũq; moleſtationis,
ambiguitatis,ac litigiorũ obſtaculo, pacificè per-
fruantur,literæq; prędeceſſoris huiuſmodi,ac om
nia,& ſingula in eis contẽta eò firmius obſeruen-
tur,quò ſæpius Apoſtolico pręſidio fuerint ſuffulta,
in præmiſſis opportunè prouidere volẽtes, ip-
ſoſq; Franciſcũ Archiepiſcopum, & Alphonſum
Epiſcopum,ac Hippolytum, nec nõ Franciſcum
Villa,eorumq;ac Vniuerſitatis; Communitatis,
Populi, & Incolarũ huiuſmodi ſingulares perſo-
nas à quibusuis excõmunicationis, ſuſpẽſionis, &
interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cẽſuris,
& pęnis à Iure, vel ab homine quauis occaſione,
vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati
exiſtunt, ad effectũ præſentium dumtaxat conſe-
quendũ,harum ſerie abſoluentes,& abſolutos fo-
re cenſentes, poſterioribus ſupplicationibus hu-
iuſmodi inclinati,literas prędeceſſoris huiuſmodi
Apoſtolica auctoritate tenore præſentium appro-
bamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & in-
49 uiolabilis firmitatis robur adijcimus. Et nihilo-
minus pro potioris cautelæ ſuffragio ea omnia
ſingula ſic,vt præfertur, à prædicto prædeceſſore
prouidè ſtatuta, & ordinata, de nouo, ac de ver-
bo,ad verbum ſtatuimus,& ordinamus.

Ac inſuper,vt ambiguitatibus,et dubijs,quę cir
ca ſenſum, & intellectũ verborum literarũ pręfa-
tarum deſuper oriri contingeret occuratur, ſtatui
mus,& ordinamus:Quòd ſi ſint plures res cõpre-
henſæ in vna inueſtitura quocumq; iure cõceſſio
facta ſit,& pro qualibet annuatim q̃d ſoluatur,a-
liter quàm per modum quotę,ẽt ſi ille annuæ ſo-
lutiones diuerſis tẽpibus fiant,pro tali inueſtitura,
vltra ſolitũ Capſoldum, ſeu laudemium viginti
ſolidi Ferrarienſes tantum ſoluãtur,et pro annuis
præſtationibus,ſeu canonibus ſecundum cõtinen
tiã literarum prædeceſſoris huiuſmodi faciendis,
omnium rerum, & bonorum cõprehenſorum in
dicta conceſſione decẽ ſolidi ſimiles tantũ ſoluan
tur.Quòdq; ſi in vna inueſtitura plures ſint inue
ſtiti de vna,vel plurib.rebus,pro quibus quid an-
nuũ non per modum quotę,pro huiuſmodi inue
ſtitura ſolui debeat,vltra Capſoldũ prædictũ ſol-
uatur idẽ,quod ſolueretur ſi conceſſio, & inueſti-
tura vni ſoli facta eſſet.Inſuper ſi quid annuũ,ſol-
uatur pro vna re conceſſa,quod partim conſiſtat
in quota,& partim in alio,non per modũ quotę,
nihil pro canone annuo dictę rei,pręter ſolutam,
ſoluatur.Quòdq; literę prędeceſſoris huiuſmodi,
& in eis diſpoſita cõplectantur oẽs conceſſiones,
ẽt iuratas ab Eccleſijs, vel pijs locis quibuſcumq;
in Ciuitate,& Legatione Ferrarienſi bona habẽ-
tibus,vel habituris,ẽt ſi Epiſcopales,Archiepiſco
pales,vel Patriarchales exiſtant,ẽt ſi præfatæ Ec-
cleſiæ,& Beneficia à S.Romanæ Eccleſiæ Cardi-
nalibus in titulũ, adminiſtrationẽ, ſeu Cõmendã
obtinerentur,non ſolũ ante,et poſt literarum hu-
iuſmodi vſq; in tp̃s præſens factas,ſed ẽt impoſte
rum,et quandocumq; legitimè tñ,& canonicè fa-
ciendas,quoquo titulo illas fieri contigerit,ſiue
ſub nomine Feudi,ſiue Liuelli,aut Vſus,ſeu cuius
cumq; alterius contractus ad longum tp̃s,niſi ex-
preſsè obſtent pacta Inueſtiturarũ, quæ omninò
obſeruari debere decernimus. Præterea q̃ ẽt ſi in
aliquo contractu,ſeu inſtrumento tã expreſsè per
contrahentes,q̃, ẽt enunciatiuè dicatur, aut enun-
tietur res,de qua,vel quib. fit cõtractus,ſeu inſtru
mentũ eſſe iuris,vel de iure alicuius Eccleſiæ, ſeu
piæ cauſæ,vel pij loci,intelligatur fundata eſſe in-
tentio cuiuslibet eorũ vigore dictorum verborũ,
quib.res ipſa ſpectet,& pertineat iure directi Dñij
ad Eccleſiã,ſeu piã cauſam,vel piũ locum hmõdi
in præiudicium ipſorũ contrahentium,& cuiusli-
bet eorum,ac habentium cauſam ab ipſis,niſi per
eos,vel alterum eorũ ꝓbetur cõtrarium. Quòdq;
perſonę inueſtitę in quibuſcumq; conceſſionibus
factis per hæc verba videlicet: Inueſtiuit pro ſe,
ſuiſq; filijs maſculis, & vna filia tñ; vel,pro ſe, &
ſuis deſcendentibus;ſeu, pro ſe, & vno ſucceſſore
quẽ elegerit; vel aliter quomodocumq; ipſa con-
ceſſio concepta ſit,illi tales in ea expreſſi, ſiue ſi ne
legitimè nati,ſiue ſufficiẽter, & validè per Sedem
Apoſtolicã legitimari intelligantur ipſo facto in-
ueſtiti,& pro inueſtitis,quantum ad hoc dũtaxat,
vt nec ipſis,neq; eorum aliquibus ſit neceſſarium
petere inueſtiturã à Prælatis, vel Rectoribus, ſeu
alijs Conceſſoribus,nec aliquid aliud ſoluere pro
inueſtitura, ſeu inueſtituris, ſaluo ſp̃ iure eius,in
cuius perſonã tunc reſidebit inueſtitura,pro libi-
to diſponendi de ipſis bonis, ſecundum tenorem
conceſſionis,ac literarum p̃deceſſoris huiuſmodi,
& illo diſponente cæteri in ea cõprehenſi prorſus
intelligantur excluſi. Inſup vbi in conceſſionibus
appoſita reperiãtur illa verba huiuſmodi,ſeu clau
ſula iſta,videlicet; ꝓ ſe,& filijs,ac ꝓ illis perſonis,
quæ de Iure,& ſ̃m formã, & cõſuetudinẽ vſuum
dictę Ciuitatis Ferrariẽſis ſuccedunt, & ſuccedere
50 poſsũt in vſibus;hęres vniuerſalis excludat filios,
& oẽs cõprehenſos in inueſtitura,q̃uis ẽt non fiat
ſpecialis mẽtio in ipſa vniuerſali inſtitutione hæ-
redis,de p̃dictis bonis recognitis ab Eccleſia;ſaluo
tñ iure legitimè in p̃dictis bonis cõprehẽſæ,quib.
debetur,niſi filijs,& alijs cõprehẽſis ſpecialiter,&

expreſsè

expreſsè talis vſus quouis titulo fuerit relictus;
quo caſu,& non aliter, hæredem excludat. Vlte-
51 riùs,quatenus fuerit hactenus obſeruatum, quòd
bona huiuſmodi ſub confiſcationibus non cadãt;
decernimus,& mandamus,quòd res ab Eccleſia,
vel pio loco recognita, aliquo caſu (præterquam
crimine leſæ Maieſtatis Diuinę vel humanæ) cõ-
fiſcari non poſſit;& in caſu præfatæ cõfiſcationis,
52 Fiſcus bona confiſcata huiuſmodi intra annum
tunc proximũ vendere teneatur. Præterea quòd
inueſtitura ſub hac forma; pro ſe, & filijs; intelli-
53 gatur comprehendere nepotes,vt non teneantur
præcisè inueſtiri, nec ſoluere Capſoldum,ſecus ſi
inueſtitura concepta eſſet ſub hac forma; pro ſe,
& filijs tantùm; vel vſq; ad aliũ gradum certum
limitatum,& expreſſum;ſecundum formam anti-
quarum inueſtiturarum;quibus caſibus prædicti
hæredes non expreſſi debeant inueſtiri,& ſoluere
Capſoldum.Quodq; in qualibet inueſtitura con-
cepta his verbis, videlicet; pro ſe filijs, & hæredi-
54 bus,ſiue;pro ſe,& filijs hæredibus aut,pro ſe,&
hæredibus aſcendentes,& deſcendẽtes primi inue
ſtiti de agnatione vltimi inueſtiti, intelligantur
cõprehenſi in inueſtitura,quoad omnem effectũ;
ſi hæredes fuerint.Si verò nõ fuerint hæredes,aut
ſi non exiſtant aſcendentes, vel deſcendentes,tũc
alij hæredes comprehenſi in inueſtitura intelli-
gantur,vt inueſtiri debeant,ſed Capſoldũ debitũ
Domino directo ſoluere teneantur.Quodq; ver-
ba illa literarũ prædeceſſoris huiuſmodi; Videli-
55 cet.Quod teneantur alium ſubiectũ: intelligantur
cõprehendere alium proximiorẽ, aut alios proxi
miores,ſi pares fuerint in gradu,& eũ,vel eos om
ninò inueſtiri oportere eiſdẽ modo, & forma, &
ſub ea ſolutione de quibus in eiſdẽ literis præde-
ceſſoris prædicti, ſoluto tamen Capſoldo, iuxta
56 formã literarũ prędeceſſoris huiuſmodi.Et quòd
illa verba, Videlicet. Sic tamen quòd de huiuſmo
di vtili dominio translatio,donatio,aut alienatio,
vel legata in loca, vel perſonas de iure prohibitas
fieri non debeãt,& facta penitus viribus non ſub-
ſiſtant; intelligantur ẽt reſpectu æſtimationis hu-
iuſmodi rei,præterquã in caſu confiſcationis mo-
57 do,& forma ſuperius expreſſis; Nec non ꝙ finita
inueſtitura per lineã finitam,proximior inueſtiri
poſſit, & debeat, ſecundũ formã antiquarũ inue-
ſtiturarũ ſoluendo Capſoldũ. Et ſi recognoſcens
58 rẽ ab Eccleſia legitimè alteri conceſſerit quocũq;
modo,vel titulo recognoſcenti,ab eodẽ capſoldũ
ſoluatur primo Domino directo,nõ ſecundo,aut
recognoſcenti ab alio. Et ꝙ filius non poſſit reti-
59 nere bona recognita ab Eccleſia repudiata hære-
ditate patris,bonaq; prędicta in generali fideicõ-
60 miſſo cõprehendantur,licèt ſpecialis mentio de
illis facta non ſit. Fideicõmiſſarij tamen,ſi nõ ſint
61 de comprehenſis in inueſtitura, illã obtinere, &
capſoldũ ſoluere teneãtur. Ac ꝙ alienatio rei Ec-
cleſiaſticæ facta per Emphiteutas Eccleſiæ ſit, &
62 cenſeatur facta, ẽt ſi per eoſdem Emphiteutas lo-
catio ad tempus fiat,cũ tali tñ pacto de renouan-
do,per quod,vel Emphiteuta locans, ſeu condu-
cens pręcisè,& neceſſariò finito tpe relocare,&
concedere teneatur, vel relocatio ex nunc finito
tpe facta intelligatur. Quibus caſibus recipiẽs in-
ueſtituram ab Eccleſia,petere,et illi Capſoldũ ſe-
cundum formã pactorum in inueſtituris conten-
torũ ſoluere teneatur; & illis deficientibus, iuxta
tenorẽ literarum prædeceſſoris huiuſmodi.Secus
ſi fuerit appoſitũ pactum de appropriando in ali-
qua de prædictis conceſſionibus,præſumẽtes hoc
caſu non videri translatum vtile dominiũ, ꝙ con-
cedens penes ſe retinere videtur, transferendum
63 tpe quo fiet appropriatio. Volumus tamen ꝙ hu-
iuſmodi pactum de appropriando tempus quin-
quennij non excedat.Quodq; non poſſit fieri per
Eccleſias,earumq; Prælatos,& Rectores,ſed tan-
tùm per Emphiteutas, quatenus tñ huiuſmodi
pactũ in prioribus inueſtituris ante triginta an-
64 nos factis,& deindè obſeruatis nõ reperiatur. In-
ſuper ꝙ alienatio non intelligatur facta ſi res Ec-
cleſiaſtica,non tñ æſtimata tali æſtimatione,quæ
dominium transferat, fuerit data in dotẽ mulie-
ris, in cuius perſona inueſtitura, vel res ipſa reſi-
65 det.Aut ſi data fuerit in dotẽ per quemcumq; at-
tinentẽ mulieris, quæ comprehenſa ſit in inueſti-
tura,quib.caſibus donec mulier vixerit eius mari
tus,aut ſocer inueſtiturã petere, nec Capſoldum
66 ſoluere teneantur. Neq; ẽt intelligatur facta alie-
natio,ſi fratres, aut alij in inueſtitura antiqua cõ-
prehenſi inter ſe diuidãt, aut quoquomodo inter
ſe alienent rem, ipſam recognitã,aut res ipſas reco
gnitas ab Eccleſia, aut in eis ſuccedat alter alteri,
67 & ideo recipiẽs ſoluere Capſoldũ,cogi nequeat,
licèt cõpelli poſſit ad inueſtiturã ſuſcipiẽdam pro
68 parte in ſe de nouo translata. Alienatio quoque
non intelligatur facta,quoties vſusfructus,ẽt inte
ger,& plenus eſt conſtitutus in rebus ſuperius ex-
preſſis,& ideo vſufructuarius nec inueſtiturã acci-
pere,nec Capſoldũ ſoluere teneatur. Et prædicta
69 omnia,& ſingula ſuperius expreſſa intelligãtur,
dummodo tñ pacta,ad fauorem Eccleſiarum, &
piorũ locorũ in inueſtituris, ſeu renouationibus
expreſſa,non obſtent;quæ quidẽ pacta omninò,
vt ſupra, ſeruari volumus; cum hoc tñ ꝙ in caſu
reuerſionis bonorũ,vſq; ad hanc diem dumtaxat
ab Eccleſia,ſiue Eccleſijs,& pijs locis præfatis per
tẽpus ante quadraginta annos conceſſorum ipſa
Eccleſia,ſiue Eccleſiæ,& loca pia huiuſmodi,Ci-

ues,proximiores tamen,vt ſupra,iuxta formã an-
tiquarũ inueſtiturarũ de nouo inueſtire teneãtur.

Et inſuper ad conſulendum conſeruationi fa-
miliarum,pręſertim Nobiliũ prædictę Ciuitatis;
quia literæ prædeceſſoris huiuſmodi Decimas,ac
71 ius decimandi non comprehendebant,neq; com
prehendunt;indulgemus,quòd Decimarum con-
ceſſiones, & inueſtituræ ante quadraginta annos
dumtaxat conceſſæ,ac etiam infra dictũ tempus,
quando ſunt antiquarum inueſtiturarum,& con-
ceſſionum renouatorię,tàm ab Eccleſia Ferrariẽ-
ſi,quã Eccleſijs,& Eccleſiaſticis perſonis quibuſ-
cumq; etiam eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
Cardinalibus,vt ſupra factę ad fauorem Ciuium
prędictorum,de nouo fiant in fauorem eorumdẽ
in præcedentibus conceſſionibus,& inueſtituris,
ſeu renouationibus comprehenſorum;& aliorum
etiam Ciuiũ,ab ipſis inueſtitis, ſeu renouatis me-
diatè,vel immediatè cauſam habentiũ; cum eiſdẽ
tamen pactis præcedentium conceſſionũ,& inue-
ſtiturarum,ſeu renouationum,non tamen quoad
ius decimandi,nec quoad decimas, quod, & quæ
72 numquã tranſeant in Laicos,ſed quoad ipſarum
Decimarum emolumentum tantùm,de quo ipſi
Laici teneantur infra bienniũ proximũ accipere
inueſtituras,ſeu renouationes prædictas ab Eccle
ſiaſticis perſonis prædictis;qui,aucto tamẽ cano-
ne pro vtilitate Eccleſiarũ,beneficiorum,& loco-
rum piorũ, arbitrio Archiepiſcoporum, Epiſco-
porum,Prælatorũ,& aliorum prædictorũ,(dum-
modo tamen augmentum dicti canonis ſeptua-
geſimam partem fructuum bonorum, & emolu-
menti Decimarũ de quorum,& quarum conceſ-
ſione agitur non excedat,per noſtrũ, & dictæ Se-
dis Legatum in Ciuitate Ferrarienſi pro tẽpore
exiſtentem in caſu diſcordiæ manu Regia, omni,
& quacunq; appellatione remota,etiã non friuo-
la liquidandorũ) illas infra dictũ tempus conce-
dere debeant illis tamen Laicis dumtaxat,quibus
ipſæ Decimæ fuerant conceſſæ per inueſtituras
ante quadraginta annos factas, vel etiã citra,pro
renouatione tamen antiquarũ inueſtiturarũ con-
ceſſas. Et quatenus canon, qui de præſenti ſolui-
tur,excederet eandem ſeptuageſimã partem,tunc
non poſſet augeri vltrà tertiã partem dicti cano-
73 nis. Et ſi aliquis per ſe,& ẽt auctores ſuos poſſidẽs
Decimas,ſiue bona à quadraginta annis citra per
aliquã Eccleſiam,Monaſterium,vel alium pium
locũ non poſſeſſa ſine inueſtitura,vel ſine adnota
tione in libro Deaceptorũ reperiretur,poſſit quã
documq; illam petere,& Eccleſia,Monaſterium,
ſeu pius locus,vel alij prędicti teneantur cõcedere
inueſtiturã,quę tamen debeat fieri iuxta formam
literarum prædeceſſoris huiuſmodi. Et prædictæ
74 omnes renouationes,& conceſſiones fieri debeãt
abſq; ſolutione Laudemij, ſeu Capſoldi pro hac
prima vice,non tamen in caſibus, in quibus, etiã
ſi antiquæ fuiſſent validæ ob lineam finitam, vel
aliàs de iure eſſent accipiendæ inueſtituræ,ipſaſq;
nouas conceſſiones, & renouationes, vt ſupra fa-
ciendas,poſtquã, vt præfertur,factæ fuerint, nec
non antiquas inueſtituras, ſi quæ extant validæ,
eiſdem prædeceſſoris huiuſmodi,nec non pręſen-
tibus literis,(non tamen in illis caſibus,in quibus
pacta ad fauorẽ Eccleſiarum,& piorum locorũ in
inueſtituris, ſeu renouationibus præcedentibus
expreſſa, obſtant, quæ omninò, vt ſupra, ſeruari
volumus) ſubijcimus, & de cętero (vt præfertur)
etiã reſpectu decimarum, quòad illarum emolu-
75 mentũ tantùm,ſubiectas eſſe declaramus. Volu-
mus autẽ,quòd pręmiſſa intelligantur ſine pręiu-
ditio litiũ ſuper Decimis quibuſcumq; ſeu ſuper
Decimis,& bonis prędictis,ſi quæ in ſimul cõceſ-
ſa fuerint motarum,ac demũ Eccleſijs,Prælatis,
& locis pijs ſupradictis concordãdi lites ſuper De
cimis,& bonis inter Eccleſiaſticos,& Laicos pen-
dentes,illiſq; liberè cedẽdi, & illas totaliter extin
guendi,& tranſigendi ſuper fructibus à die cuius-
libet litis motæ decurſis, obtento tamẽ nouo be-
neplacito Apoſtolico ſuper qualibet particulari
tranſactione,vel concordia;ita vt ſecuta ceſſione,
ſeu tranſactione,ſeu concordia,huiuſmodi Deci-
76 mæ, Iura,& emolumenta omnia,& bona prædi-
cta in omnibus,& per omnia præſentibus noſtris
literis ſubiaceant,& ſub illis cõprehenſa eſſe intel
ligantur, earumdẽ tenore præſentiũ concedimus
facultatẽ. Decernentes,tàm pręinſertas prædeceſ-
ſoris huiuſmodi,quã præſentes literas,nec nõ om
nia, & ſingula in illis reſpectiuè contenta, nullo
vnquã tempore quouis quæſito colore, vel inge-
nio retractari poſſe, ſed ab omnibus, & ſingulis
ad quos ſpectat,& pro tẽpore ſpectabit inuiolabi
liter,& de verbo ad verbũ obſeruari;& Vniuerſi-
77 tati,Cõmunitati,Populo,Ciuibus,Incolis,& ha-
bitatoribus prędictis, cęteriſq; intereſſe quomo-
dolibet habentibus ſuffragari debere. Neq; ex eo
quòd Prędati, Rectores, Adminiſtratores, & alij
quicumq; etiam Cardinalatus dignitate fulgẽtes
ad pręmiſſa vocati nõ fuerint, nec pręmiſſis con-
ſenſerint,ac in eis tractatus,ſeu quęcumq; ſolẽnita
tes,aut alia de Iure,conſuetudine, vel priuilegio,
ſeu iuxta literas, vel Conſtitutiones Apoſtolicas
requiſita, aut in ſimilibus neceſſaria nullatenus in-
teruenerint,ſeu quouis alio prętextu, cauſa,occa-
ſione,quãtũcumq; notabili,& iuridica,ẽt neceſſa
78 riò exprimẽda de ſubreptiouis, vel obreptionis,
aut nullitatis vitio,ſeu Noſtræ,aut dicti prædeceſ
ſoris intentionis, vel alio quopiã defectu notari,
impu-

impugnari,reſcindi,annullari, inualidari, in ius,
ſeu controuerſiam reuocari; ad terminos Iuris
reduci, ſeu aduerſus illa quodcumq; Iuris, Facti,
vel gratiæ remediũ impetrari;ſeu motu,ſciẽtia,&
poteſtatis plenitudine paribus cõcedi poſſe; neq;
ſub quibuſuis ſimiliũ,vel diſſimiliũ gratiarũ reuo
cationibus,ſuſpenſionibus, limitationibus, dero-
gationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus à
Nobis,ſeu quibusvis Romanis Pontificibus præ-
deceſſoribus Noſtris, dictaq; Sede, ſeu illius etiã
de Latere Legatis emanatis pro tẽpore, ſeu ema-
nandis comprehendi;ſed ſemper ab illis excepta,
& quoties illæ emanabunt,toties in priſtinum,&
eum in quo antea quomodolibet erant ſtatũ re-
ſtituta,repoſita,& plenariè reintegrata,ac de no-
uo ſub quacumq; Data etiam poſteriori per quos
cumq; intereſſe habentes eligenda, de nouo cõceſ
ſa,ſemperq; valida,& efficacia fore,& eſſe,ac per-
petuã roboris firmitatem obtinere, ſuoſq; plena-
rios,& integros effectus ſortiri. Et in euentum a-
licuius reuocationis,annullationis,reſciſionis,ſeu
reductionis, etiam ad viam Iuris, tunc ſuperius
narrata,neq; Vniuerſitati,Cõmunitati,Ciuibus,
Incolis,ac habitatoribus prædictis,neq; etiam de
79 præſenti alijs Ciuibus,qui ratione litium,vel alio
rum capitum ſupra expreſſorum in præſentibus
Literis comprehenſi non ſunt,vllum præiudiciũ
inferre,perindè ac ſi narrata non fuiſſent. Sicque
per quoſcumque Iudices,Ordinarios,& Delega-
tos; etiam cauſarũ Palatij Apoſtolici Auditores,
ac eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardina-
les,etiam de Latere Legatos, dictæq; Sedis Nun-
tios,ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iu-
80 dicandi,& interpretandi facultate,& auctoritate
iudicari,& definiri debere;nec nõ irritum,& ina-
ne quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis
auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus
81 opus ſit piæ Memoriæ PAVLI II. ac quo-
rumcunque Romanorum Pontificum ſimiliter
prædeceſſorum noſtrorum, de rebus Eccleſiæ nõ
Alienandis,ac Lateranenſis Cõcilij,& noſtra,ſeu
Cancellariæ Apoſtolicæ regula, de non tollendo
iure quæſito, ac quibuſuis alijs Apoſtolicis, ac in
Synodalibus,Prouincialibus,Vniuerſalib. Conci
lijs æditis,ſpecialibus, vel generalibus, Conſtitu-
tionibus,& Ordinationibus, nec non Eccleſiarũ,
Monaſteriorum,& piorum locorum huiuſmodi,
etiam Iuramẽto,Confirmatione Apoſtolica,vel
quauis firmitate alia roboratis,ſtatutis,conſuetu-
dinibus,legibus,etiam municipalibus,priuilegijs
quoq; Induitis,& literis Apoſtolicis, illis eorũq;
Prælatis,Abbatibus,Rectoribus, Adminiſtrato-
ribus,& Miniſtris pro tempore exiſtentibus,&

Decis. Rotæ Ferr.

quibusvis alijs perſonis ſub quibuſcumq; tenoribus,& formis,nec non cum quibusvis derogatoriarum derogatorijs,alijsquè efficacioribus,& inſolitis clauſulis,ac irritantibus,et alijs decretis, etiam motu proprio,et ex certa ſcientia,ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam Conſiſtorialiter, & aliàs quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis,approbatis,& innouatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione aliàs de illis,eorùmq; totis tenoribus ſpetialis,ſpecifica,& expreſſa,ac indiuidua mentio,ſeu quæuis alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret,tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus ommiſſo inſerti forent, præſentibus pro expreſſis habẽtes,illis aliàs in ſuo robore permanſuris,ac vice dumtaxat ſpetialiter, & expreſsè derogamus,cæteriſq; contrarijs quibuſcumq;. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis,approbationis, confirmationis,roboris,adiectionis ſingulorum ſtatutorum, ordinationum, voluntatum, et derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſex cẽteſimo decimo nono, duodecimo Kalend. Septembris, Pontificatus Noſtri anno Quintodecimo.

L^X.

Ap. B.Santa Crucius.

T.Riccius pro Magiſtris.

A. Dauius.

Io: C. Att.s pro præf. ſ.

B. Spada.

I. F. Vgolinus.

F. Rentius.

F. Rentius.

F. de Montemayor.

Exp. t D.40. F. de Montemayor.

Loco ſigilli ✠ plumbei appenſi.

T. Bertus.

I. Bertier.

C.Aſti LXXX. vs reſiduum de conſenſu omniũ quia expediuit aliam ſub eadẽ data.

Rouaſcenda, Prata.

A tergo verò literarum ſupradictarum adſunt, verba infraſcripta.

Regiſtrata M.

Maurois pro Magiſtris.

M. Bartolus.

Io. F. Vgolinus.

82 HÆc præſens Bulla fuit regiſtrata per me Petrum Paulum Brunettum Notarium, & Cancellarium Epiſcopalē de ordine Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Cardinalis Lenij Epiſcopi Ferrariæ, præſente Perilluſtri D. Deophæbo Cornaciano Auditore dicti Illuſtriſſimi Domini Card. Epiſcopi, in Cataſtro GG. Epiſcopatus Ferrariæ in prima pagina, & ſequentibus dicti Cataſtri, vna cum mandato Perilluſtris, & admodum Reuer. D. Cæſaris Vbaldini Canonici, Commiſſarijq; dicti Illuſtriſſimi D. Cardinalis Lenij Epiſcopi, ac inſinuata per Perilluſtrem, & Reuerendiſſimum D. Vicarium Epiſcopalem. Die nona Menſis Maij 1620.

Ita eſt. Cæſar Vbaldinus Canonicus, ac Commiſſarius.
Ita eſt. Petrus Paulus Brunettus Cancellarius.

Præſentes literas Apoſtolicas de mandato Illuſtriſſimorum DD. D. Comitis Aloyſij Montecuculi Iudicis Sapientum, & DD. Sapientum Magiſtratus Ciuitatis Ferrariæ, ego Octauius Magnaninus Illuſtriſſimæ Communitatis Secretarius, in Regiſtro E. eiuſdem Communitatis fol. 160. & in ſequentibus, per D. Ioannem a Monetis eiuſdem Illuſtriſſimæ Communitatis Notarium, & cum præſentia, & interuentu perilluſtris, & admodum Excell. D. Philippi Roddij ſupradictorum Illuſtriſſimorum DD. Locumtenentis, regiſtrandas curaui, die 22. Menſis Maij 1620.

Idem Octauius Magnaninus Secretarius.

Ita eſt. Io: à Monetis Notarius Illuſtriſſimæ Communitatis.

ARGVMENTVM.

Sententia non liquida, An poſſit exequi.

SVMMARIVM.

1 *Actor dicitur ille, qui primo in ius vocat, ſiue, qui alium prouocat ad Iudicium, etiamſi petierit dari terminum ad agendum, & defendendum.*
2 *Liquidatio ſententiæ eſt facienda dato libello, et productis probationibus in forma proinde, ac ſi ordinaria via procederetur, quamuis actio executiuè competeret.*
Actor numquam deſinit eſſe actor in quacunq; reperiatur inſtantia. eod. num. 2. in verſiculo tam in prima quā, in ſecunda.
Actor non debet ſumere probationes de domo rei. eod. nu. 2. in verſiculo non autem.
3 *Sub Incertitudine, & ante factam liquidationem non poteſt certa ferri ſententia.*
4 *Conditio ſententiæ, eſt implenda, vt intret eius diſpoſitio.*
5 *Conditione ſententiæ pendente impeditur Illius executio ex defectu actionis.*
6 *Sententia, etiam non facta liquidatione an exequi poſſit.*
7 *Excuſatio circa exhibitionem librorum, an ſit admittēda.*
8 *Libros exhibere multipliciter, quis cogitur.*
9 *Libri Iure actionis, quando exhibentur.*
10 *Ius oritur ex facto.*
11 *Deciſio cartarij, & Iurbe, de quibus hic, an applicentur ad ſpeciem, de qua agitur.*
12 *Aequalitas eſt ſeruanda inter litigantes.*
13 *Libros non exhibens habetur pro confeſſo.*
14 *Actio ad exhibendum datur ei, cuius intereſt.*
15 *Non exhibens condemnatur ad intereſſe in quantum ſcilicet Iurauerit actor delato Iuramento.*
16 *Confeſſio ficta non egreditur terminos cauſæ in qua fit.*
17 *Sententia, vt valeat exequi eſt liquidanda.*
18 *Ab executione in re dubia, ac Illiquida non eſt incipiendum.*
19 *Similium Idem eſt Iudicium.*
20 *Sententia contra ſententiam in Iudicatum tranſactam eſt nulla.*
21 *Vna via electa an poſſit alia eligi.*
22 *Ius liquidandi ex cauſa reſeruatur.*

DECISIO. XI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DOmini pro maiori parte abſoluerunt DD. Hæredes de Maragottis, à petitis pro parte Sereniſſimi Domini Ducis Mutinæ, cum reſeruatione Iurium melius liquidandi.

Moti, quia Sereniſſimus Dominus Dux præfatus non liquidauit ſententiam, cuius executio-
1 nem petijt, quam vti actor, qui dicitur Ille, qui
primo in Ius vocat, ſeu qui alium prouocat ad
Iudicium. c. forus 10. §. accuſator extr. de verbor.
ſignific. l. in tribus 13. ff. de Iud. Gloſſ. in leg. inter
cohæredes 45. §. qui familiæ herciſcundæ in verbo, & rei litera g. ff. famil. herciſcun. Bart. in l. de
pupillo. §. ſi procurator ante nu. 2. ff. de oper. no.
nunciat. & in l. Libertus num. 2. ff. de in Ius vocan.
Roman. conſ. 217. Res Iſta num. 1. fol. 151. Dec.
conſil. 686. Magnificus Pirrus num. 12. fol. 42. etiamſi petierit dari terminum ad agendum, & de-
2 fendendum, vt per Bart. in d. l. Libertus nu. 1. in
verſiculo ſed pone. ff. de in Ius vocan. liquidare
tenebatur, tam in prima, quàm in ſecunda Inſtantia ſuam intentionem cum actor numquam deſinat eſſe, in quacunq; reperiatur inſtantia, vt per
Beninten. deciſio. 32. Hieronymus de Aguecchis,
nu. 1. fol. 43. & Barz. deciſio 37. Magnificus Dominus Iacobinus num. 3. fol. 103. qui dicit hanc
* eſſe communem opinionem dato libello, & productis probation. in forma, perinde, ac ſi ordinaria via procederetur quamuis actio executiuè cōpeteret ad tradita in puncto per Bart. in l. tertia.
num. 15. C. de pignor. & Hypothecis. Bald. in l.
2. num. 7. verſ. or. modo quæro C. de executio. rei
Iudic. Anton. de Canar. in ſuo trac. de execut. In-

ſtrument.

ſtrument.quæſt.14.num.33.fol.290.& Surd.de-
ciſ.27.Dominus Sigiſmundus num. 8. & 19.fol.
65.Non autem eam ſumere, ſeu quærere de do-
mo rei,vt proprijs armis confodiatur ad tradita
per Magon.deciſ.Lucan.5.Vigebat olim num.5.
fol.5.& Manent. cõſ.149. ego tam diffusè num.
3 14.fol.167.ne ſub incertitudine, & antequam
fiat debita liquidatio certa contra Iuris diſpoſi-
tionem feratur ſententia.cap.graue. 11.quæſt.3.
Surd.conſ.180.Non dubito nu.4. lib.2.fol.89.

Et tanto magis cum data ſit ſub conditione,
vt liquidetur,vt demonſtrant verba eiuſdem ſen-
tentiæ vbi Niſi pro ea pecuniarum, & rerũ quan
titate, quam conſtabit peruenisse ad manus D.
Maragotti occaſionem locationis,de qua in pro-
ceſſu,& pro tempore,quo illa durauit Iuxta liqui
dationem,pro qua ſumma, ſi, & cum liquidata
fuerit dicimus executionem dicti Inſtrumenti fo-
re,& eſſe committendã,prout eam committimus
ad fauorem dicti Illuſtriſſimi D.Ducis;quæ om-
4 nino erat implenda ac liquidanda ſecundum Ce-
phal.conſ.197.proponitur nu.23. lib. 2. fol.97.
ne deficiat diſpoſitio, quæ defficiente conditione
ſemper deficit,vt ibidem nu.28.& per Surd.conſ.
157.Magnificus D.num.8.lib.2.fol. 23.ac locus
eſſe poſſit contentis in ea ad tradita per Rot. Ge-
nuen.per Cartar.deciſ. 15. cum in cauſa num.3.
Verſic.& quia.fol.42.

5 Tunc enim fol.3.qua pendente, ſeu non pro-
bata impeditur Illius executio ex defectu actio-
nis,vt in puncto conſuluit Surd.conſ.186.conſu-
lui his diebus num.12,lib.2. fol.103. vbi nu.13.
expreſsè,et ad literam dicit,quod ſi ſententia lata
eſt ſub conditione,vel modo ſemper opponi po-
teſt de ipſa conditione, vel modo non impleto.

6 Nec dicatur, quod ſententia etiam non facta
liquidatione poteſt exequi, vt in caſu cartarij d.
deciſ.15,num.24.fol.38.et Iurbæ deciſ.60.Mel-
chiina Puntar.num.17. fol. 287.

Seu id limitari, et non procedere in ſpecie de
qua agitur,in qua libri,quos Maragottus edere
7 tenebatur reiecta qualibet excuſatione etiam Iu-
rata,quod libros nõ haberet, niſi manifeſtiſſimis
probationibus caſum amiſſionis probaret ad tra-
dita per Sur.cõſ.109. inſpecto diligenter nu.9.li.
1.fol.475.Menoch.de præſumpt.præſumpt.61.
num.19.lib.6.fol.793.et Pedroch.conſil.4.con-
8 tra concluſionem numer.16.et ſeq.fol.44.vel ad
quorum editionem compelli poterat multiplici-
ter iuxta tradita per Purpur.conſil.256.Refrica-
tur in dubium numer.2.3.4.et 5.lib.1. fol.234.
9 numquam per eius hæredes fuerunt exhibiti; et
tamen illos Iure actionis virtute contractus loca-
tionis initæ inter dictum Sereniſſimum Domi-
num Ducem, et memoratum Maragottum om-
nino,vt petitum fuit exhibere tenebatur,vt in ter
minis probat, Bart.in l.quædam nu.3.ff.de eden.
et in l.1.num.9.Verſic. ſi vero non ſunt talia. C.
eod.Abb.in c.1.num.25.vbi etiam Felin.nu.32.
extra de probat.fol.67.et Achill.Pedroch.d.con-
ſil.4.num.63.et ſeq.fol.45.

Quoniam præter quam, quod dictæ deciſio-
nes non applicantur, tam ex diuerſitate facti, ex
10 quo ius oritur, quam ex eo, quod hic agitur de
ſententia lata ad fauorem Sereniſſimi Domini
Ducis in qua nihil ſcriptum reperitur, quod li-
quidationem, ac certitudinem non requirat, vt
exequi valeat,quod non erat in caſu Cartarij, &
11 Iurbæ, vbi aderat certa, & determinata conde-
mnatio, cum facultate detrahendi melioramen-
ta & credita, & alia ad fauorem ipſius condem-
nati iuxta liquidationem faciendam.

Non tamen poteſt exequi in caſu, de quo agi-
tur in quo deficit approbatio quãtitatis pro qua
petitur executio,etiã dato, & non conceſſo, quod
hæredes de Maragottis dictos libros exhibere te-
nerentur,quod in ſpecie,de qua agitur dubitatio-
ne non caret.

Primò ex iuribus productis per dictos hære-
des de Maragottis ad probandum, quantum re-
dactum fuerit, ex Maſſária Romandiolæ, & Ar-
gentæ pro annis 1590.& 1591. & pro quarto
anni 1592.ac pro temporibus,quibus durauit di-
cta locatio, & ad manus Papini Mazzini Gori,
& Maragotti conductorum de illis temporibus
peruenit, & præcipuè, ex compendio ſumpto, vt
aſſeritur de ordine Sereniſſimi Domini Alphõſi
tunc tẽporis Ferrariæ Ducis ex libris per agen-
tes, ſeu miniſtros dictorum conductorum factis,
& de præſenti per agentes Sereniſſimi Domini
Ducis Mutinæ tentis, & in eius actoria exiſtenti-
bus extracto, & rogat. per olim Dominum Ani-
balem Roncaleum terræ Lugi, tunc temporis
Ducalem Cancellarium,& coram Ducalibus fa-
ctoribus productum, vſque de anno 1594. vt
conſtat, ex rogatibus plurium notariorum, de
quibus in actis.

Secundò ex fide Domini Ioannis Alphonſi
Sorboli facta ſub die 26.Maij 1621. in qua dici-
tur: Faccio fede Io Alfonſo Sorbolli figliolo del
già Signor Franceſco Sorboli, ricercato per la
vſcita publica del Signor Bartholomeo Mara-
gotti, come in caſa noſtra, ſi trouano i libri del
Sereniſſimo di Modena dell'anno 1590. fino al
1594.concernenti di certe ſorti di negotij,e maſ-
ſime di quelle ſi ſpettano intereſſi di Gabelle, &
Maſſaria, e queſto per eſſer ſtato il mio Sig. Pa-
dre Procuratore del Sereniſſimo Signor Duca
di

di Modona, e perchè queſta è la verità hò fatto
la preſente fede ſcritta, & ſottoſcritta di mia pro-
pria mano &c.

Cum ex his ſaltem ſuſpicari poſſit, quod dicti
12 libri ſint penes miniſtros dicti Sereniſſimi Do-
mini Ducis, qui pariter, quatenus res ita ſe ha-
beat, vt ſeruetur æqualitas inter litigantes cap. 1.
de re iud. in 6. l. nõ debet. ff. de reg. iur. & ff. quod
quiſque iur. in rubric. & Nigr. Marſil. ſing. 168.
æqualitas ſemper fol. 38. Neuizzan. conſil. 44.
conditoris omnium num. 12. fol. 379. teneretur
ad illorum exhibitionem iuxta petita per hære-
des dicti Maragotti ſub pęnis impoſitis his, qui
non exhibent, de quibus ſupra.

Vltra quod non propterea aliquid ſequitur
ad præiudicium dictorum hæredum de Mara-
13 gottis, etiam vbi verum eſſet, quòd non exhibẽs
libros habeatur pro confeſſo iuxta tradita per
Purpurat. conſ. 266. refricatur in dubium. nũ. 5.
lib. 1. fol. 234. & Achill. Pedroch. d. conſ. 4. num.
47. fol. 45.

14 Vel quod actione ad exhibendum, quæ datur
ei, cuius intereſt. l. penultima, ff. ad exhiben. Paul.
de Caſtr. in rubr. C. ad exhiben. num. 1. fol. 177.
debeat condemnari ad intereſſe, iuxta textum in
§. ſi ad exhibendum inſtitution. de offic. iudic. &
Doctrinam Bart. in l. prima num. 7. verſiculo ſed
contra eum, qui non exhibet. C. de eden. in quan
tum ſi licet iurauerit actor delato iuramento; vt
in ſummario dicti §. ſi ad exhibendum, & per
Gloſſam ibidem in verſiculo condemnandos li-
tera D.

15 Nam cum petita ſit executio ſententiæ liqui-
dandæ, & de nullo intereſſe ſit doctum in aliud
non exhibens poſſet haberi pro confeſſo, ſeu cõ-
demnari ad intereſſe, niſi in eo, quod liquidabi-
bitur reſpectiuè ad id de quo agitur, quia confeſ-
16 ſio præfata, quę eſt ficta non ęgreditur terminos
cauſæ in qua ſit, vt per Bald. in l. ſecunda. C. de
eden. num. . . . tradit Purpur. d. conſ. 266. num. 5.
quod idem eſt, quod nihil ratione circuli; quod
17 datur ad idem de ſententia non liquidata; & in-
tereſſe, non probato, quę venit liquidanda ad ef-
fectum, vt exequi valeat ad tradita per Rot. Lu-
cen. per Magon. deciſio. 3. in eadem cauſa. nu. 1.
18 & ſeq. fol. 9. antequam initium ſummatur ab il-
lius executione: cõtra textum in l. nimis properè,
quæ eſt lex prima. C. de execut. rei iudic. & Ro-
tam Genuen. per Cartar. deciſ. 74. volens. nu. 24.
fol. 225.

Nec dicatur id facilè euitari poſſe, ſi referan-
tur præmiſſa ad prætenſum creditum Sereniſſi-
mi Domini Ducis in ſumma petita, quæ eſt de
libris 27096. occaſione reſidui portionis affi-
ctuum, Maſſariæ, Lugi, Datiorum, Bagnacaualli,
Maſſæ Lombardorum, & aliorum membrorũ;
de quibus in inſtrumento locationis rogato per
olim Dominum Ludouicum Frezzum de anno
1590. de menſe Ianuarij, quaſi petitum ſit Ma-
ragottos debere haberi pro confeſſis in dicta sũ-
ma, ſeu condemnari ad ſimile intereſſe, quia ſi-
19 milium idem debet eſſe iudicium. c. inter cæte-
ras de reſcript. c. ſecundo de translation. prælat.
cap. cum ſecundum Apoſtolum in principio de
præben. c. in cauſis de re iudic. c. 2. ibi ad inſtar.
de ſponſ. & matrimon. cum cæteris adductis per
Euerard. in ſua topica iuris loco à ſimili. num. 3.
verſiculo, de ſimilibus fol. 131.

Quia reſpondetur hanc relationem vti con-
trariam ſententiæ in iudicatum tranſactæ, cuius
executio petitur, quæ in ſpetie, de qua agitur eſt
petitio ipſius Sereniſſimi Domini Ducis, non
præfata dictarum librarum 27096. quæ eſt to-
tum idem; quòd potuiſſet prætendere Sereniſſi-
mus Dominus Dux, niſi ſibi obſtaret dicta res
iudicata, eſſe omnino fugiendam, vt tollatur oc-
20 caſio ferendi ſententiam contra ſententiam, quę
fecit tranſitum in iudicatum, quæ eſt nulla, vt
probatur in l. prima, in princ. ff. quæ ſentent. ſine
appellat. reſcind. poſſ. l. poſt ſententiam 9. C. de
ſenten. l. 1. C. quando prouoc. non eſt neceſſe, &
poſt Felin. in cap. inter monaſterium. nu. 15. de
re iudic. Ruin. conſ. 62. Diſcuſſo laborioſo pro-
ceſſu num. 11. fol. 83. & conſ. 124. ſuper iudicio
num. 5. lib. 5. fol. 162. Pariſ. conſ. 108. pro ſolu-
tione num. 29. & ſeq. lib. 4. fol. 141. & conſ. 116.
certum eſt. nu. 6. & d. lib. 4. fol. 146. & alios con-
ſuluit Surd. conſ. 223. publicatis monitorijs nu.
16. lib. 2. fol. 189. præſertim, quòd dum in ex
dictum fuit executionem inſtrumenti pro Sere-
niſſimo Domino Duce petitam non fuiſſe, neceſ-
ſe committendam, niſi pro ea pecuniarum, & re-
rum quantitate, quam conſtabit perueniſſe ad
manus Maragotti apertè declaratum fuiſſe, col-
ligitur eidem Sereniſſimo Domino Duci nullũ
ius competere; niſi quatenus liquidauerit iuxta
propoſitam actionem, executionis ſententiæ,
21 quam primo loco ſibi eligit, à qua variando re-
cedere non poteſt, nam quicquid ſit in electione
remediorum tendentium ad executionem actio-
nis, vt per Caſtren. in l. ſi ſe non obtulit. §. ait prę-
tor. nu. 5. ff. de re iudic. & Rot. Genuen. per Car-
tar. deciſ. 105. reuocatur in dubium. num. 6. folio
289. aliud tamen eſt in electione actionis, in qua
vna via electa ad aliam tranſire non licet, vt per
eundem Paul. de Caſtr. loco proximè citato.

Circa reliqua, licet rigor iuris, quod actore
non probante, reus abſolui debeat plurimum vr-
geret,

geret, etiam ad effectum, vt ſuccũbens condem-
22 naretur in expenſis Domini tamen rebus, ſic ſtantibus, ne iura ambarum partium ex defectu liquidationis, hactenus hinc inde non factæ perirent reſeruarunt eiſdem, vt ſupra iura melius liquidandi contenta in dicta ſententia cum abſolutione expenſarum hinc inde factarum honorario excepto, quod commune eſſe voluerunt habita ratione nouiſſimè deductorum, ac ponderatorum, aliorumque omnium animum ipſorum mouentium.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini

ARGVMENTVM.

Libri Cameræ Ducalis Ferrariæ, an probent extincto debito per dationem bonorum in ſolutum, illorumq; venditionem ipſis euictis, an poſſit reddi ad primæua iura, vel actio competat pro euictione.

SVMMARIVM.

1 *Libri Sereniſſimi Domini Ducis Ferrariæ, in quibus olim deſcribebantur eius credita, an probent.*
2 *Scripturæ prodita ex Camera, ſeu ſacro Scrinio Principis plenè probant.*
3 *Libri Ducalis Cameræ Ferrariæ probant.*
4 *Libris Cameræ Apoſtolicæ plena adhibetur fides.*
5 *Libris Maſſariorum creditur.*
6 *Liber officialis publici probat.*
Libris Maſſariorum plena adhibetur fides. numero eodem in verſ. qui loquitur.
7 *Libri officij curatorum redditũ, ac vectigalium Principis Mantuę probant, etiam ad præiudicium tertij.*
8 *Libri cenſuales antiqui, & inſtrumentum productum de archiuio probant.*
9 *Caſſatura libri, an importet ſolutionem.*
10 *Datio inſolutum, an habeat vim ſolutionis, & extinguat hypothecam.*
11 *Reſeruationem pignorum, ac proteſtationem facere bonum eſt.*
12 *Qui obtinuit tenutam nulliter, & eius vigore vendidit bona in tenutam habita pro ſuo credito, an poſſit redire ad primæua iura pro eodem credito.*
13 *Nulliter agens nihil agit, nec aliquod præſtat impedimentum.*
14 *Euictio an ſit probanda, & quomodo.*
15 *Sublata actione primæua occaſione rei in ſolutum habitæ poſtea euictæ, an ſublata ſit actio pro euictione.*
16 *Clauſula petens ſuper præmiſſis ius, & iuſtitiam miniſtrari, quid operetur.*
17 *Clauſula, pro vt eſt ipſi petenti magis vtile, ac expedit, vtuntur, boni, doctique cauſarum patroni.*
18 *Liber habens relationem ad alium librum, an probet non conſtito de relato.*
19 *Generale eſt in omni diſpoſitione relatiua, quod deficiente relato referens non diſponit.*
20 *Verus declaratiua referentis, à relato ſumitur.*
21 *Referens, quando probet etiam ſi non produceretur relatum.*

DECISIO XII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Domini dixerunt bene ſuiſſe, & eſſe judicatum per Dominum iudicem, quoad fauorem Sereniſſimi Domini Ducis Mutinæ Actoris no. de quo in actis contra D. Hyppolitum de Viſdominis tanquam hæredem olim D. Pierazini eius fratris, ac eandem D. Hippolitam, & Franciſcum de Coſtabilibus tanquam hęredes olim Thomæ de Viſdominis, modo, & forma, vt in ea ad quam ſemper relatio habeatur.

Moti, quia non ſolum dictus Sereniſſimus D. Dux. d. non probauit omnia ſibi incumbentia: ſed in ſpecie docuit ſe creditorem Pierazini Viſdomini olim, vt vulgariter dicit Spenditor Ducalis, in ſumma, & quantitate librarum 2655. 17—2. pro reſiduo ſuæ adminiſtrationis, & Domini Thomæ Viſdomini olim officialis d. Sereniſſimi Domini Ducis Ferrariæ ad gabellã magnam de Piazza de libris 2565. 1. 10. pro reſiduo negotiationis officij Regiſtri pro toto tempore eius vitæ, vt de debiti dicti Pierazini conſtat ex libro reſtorũ, & eius partita, de qua in proceſſu Sereniſſimi Domini Actoris fol. 92. & 93. & de debito ipſius Thomę ex alia partita pariter in eodem libro in proceſſu regiſtrata folio
1 90. qui liber plenam ad fauorem d. Sereniſſimi Domini Ducis facit probationem, vt probatur in cap. ad audientiam 13. de præſcriptio. & per
2 Pedemontan. deciſio. 69. ex proceſſu agitato nu. 5. fol. 245. qui loquitur de ſcripturis prædictis ex Camera, ſeu ex ſacro ſcrinio Sereniſſimi Do-
3 mini Ducis, quæ plenè probant Paſet. conſil. 94. non exiſtimabam num. 1. fol. 83. qui loquitur de libris Ducalis Cameræ Ferrariæ, & Genu. in ſuo tractatu de ſcriptu. priuat. lib. 5. de lib cam. nu. 1.
4 fol. 272. vbi poſt multos, quos allegat dicit, quod libris Cameræ Apoſtolicę plena fides datur, quod probat etiam text. in d. cap. ad audientiam de præſumptio. dum loquitur de libro inuento in camera Cardinalis Sancti Adriani, qui eum quando Camerarius fuerat de camera Beati Petri ſuſcepit.
5 Idem eſt in libris Maſſariorum, quibus plena fides adhibetur Riminald. ſenior conſil. 316. in præſenti difficultate num. 2. lib. fol. 130. in libro
6 officialis publici, vt per Alexand. conſ. 85. ponderatis

deratis, Narratis col. 2. in uerſiculo, tamen præ-
miſſis non obſtantibus lib. 3. fol. 75. in libris of-
ficij curatorum reddituum, & vectigalium Prin-
7 cipis Mantuæ, qui probanr, etiam ad præiudiciũ
tertij Burſat. conſ. 87. conſtat vbique. num. 7. lib.
8 1. folio 266. in libris cenſualibus antiquis, & in-
ſtrumento producto de archiuio, de quibus per
gloſſ. in d. cap. ad audientiam de præſcription. in
verbo librum cenſualem litera C. in libris officia
lium gabellæ de quibus loquitur Riminald. iun.
conſil. 52. proponuntut dubia num. 102. libro 1.
fol. 247. & libro Campionis de quo pariter me-
minit ibidem. idem Rimin. iun. numer. 103. fo-
lio 247.

Nec dicatur dictam partitam librarum 2565.
1. 10. ad quam, vt ſupra fuerunt condemnati hæ-
redes D. Thomæ Viſdomini vti defectam, ſeu
9 ſublatam per caſſationem, de qua in libro reſto-
tũm medio, domus in tenutam captę, ſeu in ſolu-
tum habitæ, quæ liberationem parit, & vim ſolũ-
10 tionis habet. ſecundum Surd. conſil. 145. Scipio
Graſſus. nu. 13. & 14. lib. 1. fol. 660. & hypothe-
cam extinguit, vt per eundem Sur. deciſ. 10. 266.
quæſtio hæc ſæpiſſimè num. 3. 4. 5. & 6. fol. 613.
qui. d. num. 3. dicit hãc eſſe veriorem opinionem
ſecũdum quam Senatus pluries iudicauit, vt ibi-
dem num. 13. in fine. Gratian. in ſuis diſceptatio.
forenſ. cap. 3. ſententiam latam tom. 1. nu. 13. fo-
lio 9. etiam quod res in ſolutum data eſſet à iu-
dice, vt per eundem Surd. d. deciſ. 266. num. 6. in
verſiculo vbi dicit, & num. 13. fol. 614. aliquam
actionem non attribuere, & propria, vt ibidẽ per
Surd. d. deciſ. 266. nu. 6. in verſiculo, niſi expreſsè
11 facta ſit bonum, eſt facere reſeruationem pigno-
rum, vel proteſtationem, vt per Gratian. diſcept.
forenſ. c. 3. nu. 14. tom. 1. fol. 9.

12 Quoniam cum id euenerit, quia caſſatio facta
fuit virtute memoratæ tenutæ, ſeu dationis inſo-
lutum nulliter, & de facto per Sereniſſimum D.
Ducem obtentæ, nihil vetat quin idem Sereniſ-
ſimus Dominus Dux non poſſit agere primæua
actione contra hæredes Thomæ ſui debitoris, vt
13 in puncto conſuluit Surd. d. conſi. 145. num. 38.
li. 1. fol. 663. ea ratione motus, quia nulliter agẽs
nihil agit. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. nec
aliquod præſtat impedimentum cap. non poteſt
de regul. iur. vel ſaltem, de euictione, ex quo do-
14 mus præfata per d. Sereniſſimum Dominũ Du-
cem vendita Illuſtris D. Alfonſo Lauazzolo fuit
ipſis euicta, vt in ſententijs contra eoſdem latis,
de quibus in proceſſu. fol. 107. & ſequen. quoad
poſſeſſionem, & proprietatem, & hoc modo do-
ctum eueniſſe caſum euictionis, iuxta tradita per
text. in l. ſi ſeruus venditus 21. de euictionibus,
Doctrinam Paul. de Caſtr. in l. emptorem. 13. §.
idem Neratius de action. empt. & Surd. deciſio.
22. deduxit in poſitionibus. nu. 7. fol. 54. quæ in
15 defectum primęuæ actionis competit dicto Se-
reniſſimo Domino Duci, per text. in l. eleganter
in princ. vbi gloſ. ff. de pignor. actio. in verbo pro
ſoluto litera F. l. ſi prædium. C. de euiction. l. ſi li-
bera. C. de ſentent, & Surd. d. conſ. 145. num. 20.
lib. 1. fol. 661. ſtantibus maximè clauſulis ſaluta-
16 ribus libelli, in quo adeſt clauſula petens ſuper
præmiſſis ius fieri, & iuſtitiam miniſtrari, quæ
operatur, vt pronuntiari poſſit ſuper eo quod
quis iuſtitiam habet ad tradita per Crauet. conſ.
16. poſt redditum conſilium nu. 8. fol. 28. & ad-
dit. ad Papienſ. in forma libelli in actione reali
17 in gloſſa, ſaluo iure addendi in verbo petens fol.
34. ex apta, & competenti actione, eo modo quo
fauorabilius poteſt iuuari intentio actoris, vt
per Rot. Genuenſem deciſ. 1. omnis actio vacato.
nu. 7. fol. 2. & clauſula prout eſt ipſi petenti ma-
gis vtile, ac expedit, qua teſte Vrſillo in addition.
ad Afflict. deciſ. 235. an tertius veniens. nu. 3. fol.
vtuntur boni, doctique cauſarum patroni.

Non obſtat dictum librum reſtorum, nõ pro-
bare Sereniſſimi Domini Ducis credita, nam dũ
18 meminit de debito Thomæ Viſdomini habet
relationem ad memoriale 1555. 43. quando lo-
quitur de debito Pierazini Viſdomini habet
relationem ad computum factum manu Domi-
ni Troili de Beccaria computiſtæ in officio Maſ-
ſariæ Ducalis poſiti in caſſa ſecreta à numer.
21. de quibus, niſi conſtet nullo modo probare
dicuntur authent. ſi quis in aliquo. C. edend. &
per Surd. conſ. 419. ex multis numer. 1. lib. 3. fol.
593. & Magon. deciſ. 12. quidam Paulinus num.
25. fol. 42. qui poſt Barbat. & Rebuff. dicit id eſſe
de neceſſitate faciendum, & in puncto ſpeciei, de
qua agitur conſuluit Becc. conſ. 5. in libro num.
19 5. & 10. verſic. non obſtat. fol. 12. vltra quod ge-
nerale eſt in omni diſpoſitione relatiua, quod
deficiente relato referens diſponere nõn dicatur,
vt poſt Pariſ. in pluribus cõſilijs cenſuit Magon.
deciſio. Lucã. 25. cauſa iſta num. 52. fol. 96. Ratio
eſt, vt inquit idem Magon. deciſion. Lucan. 96.
20 Per mortem numer. 11. fol. 289. poſt Aretinum
& Pariſ. quia virtus declaratiua referentis, à re-
lato ſumitur.

Nam fuit reſponſum per Dominos huic dif-
ficultati eſſe ſatisfactum per exhibitionem libro-
rum, ac iurium, vt ſupra in dicto libro reſtorum
relatorum ipſis Dominis oſtenſorum, ita vt nul-
lo modo ſit dubitandum, an probent creditum
ipſius Sereniſſimi Domini Ducis actoris.

21 Licet fortè etiam ſine ipſis libris, ac aliâ veri-
ficatione

fic^a^tione relati, quamuis ſuper hoc nihil firmatum ſit, quia prædicta pro reſolutione ſufficere viſum fuit, adhuc ſtandum eſſet libro reſtorum, eo quod conſtare dicitur de voluntate eius, qui dictum librum ſcripſit habens facultatem id faciendi, dum explicitè credita Sereniſſimi Domini Ducis, de quibus agitur modo, & forma, vt ibidem explicauit, narrauit, ac poſuit, quo caſu referens probat etiam, ſi non produceretur relatam ad tradita per Magon. d. deciſ. Lucan. 96. nu. 12. fol. 289. qui ad hoc allegat doctrinam Bartol. in l. admonendi num. 7. ff. de iur. iurand. quam dicit eſſe communiter approbatam, vt quoque idẽ dicit addit. ad Bart. loco citato in verbo quod ſit litera F. Deci. in l. 1. in ſecunda lectur. num. 3. ff. ſi cert. petat. fol. 70. & in c. ex parte 2. de reſcript. nu. 33. fol. 52. ſecus quando apparet de relatione, quæ aliter diceret, quam relatum, nam tunc non valet illa diſpoſitio, quia erronea, vt ibi. Et tanto magis cum veriſimile non ſit, quod ſcripſiſſet mendacium.

In reliquis dixerunt debere remanere firmam ſententiam Domini iudicis, à quo pro reſiduo crediti Sereniſſimi Domini Ducis, quia cum illa non reformauerint, niſi in ea parte, in qua ipſa Hyppolita, & Franciſcus condemnati fuerunt ad ſoluendum dicto Sereniſſimo Domino Duci libras duo mille ſeptingentas ſeptem, & ſolidos octo, & denarios octo, qui non concordabat cum partita libri reſtorum, æquum erat, vt reduceretur ad ſummam in eadem partita libri poſitam, & deſcriptam, ſuper qua fundatur, quæ eſt de libris 2565. 1. 10. non autem de libris 2707. 8. & 8.

Reſeruauerunt pariter prætenſum ſalarium d. D. Hyppolitæ, & Franciſcæ, ne in hoc ei, quatenus liquidetur, ac debeatur aliquod generetur præiudicium.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Quæ requirantur ad hoc, vt quis validè capi poſſit, tanquam ſuſpectus de fuga ad effectum cauendi.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ſine cauſa non valet.*
2 *Obligatio eſt mater actionis.*
3 *Libri mercatorum an probent.*
4 *Sũma arbitrio iudicis, poteſt dici magna, & cauſa grauis.*
5 *Captura eſt magni præiudicij, quia affert infamiam, & iniuriam.*
6 *Creditum debet eſſe liquidum, & clarum.*
7 *Deterioratio debitoris, de quo tempore probanda ſit.*
8 *Suſpitio debitoris qualis eſſe debeat, & quomodo ſit probanda.*
9 *Lite pendente an poſſit quis capi tanquam ſuſpectus de fuga.*
10 *Suſpitio debitoris, an poſſit probari ſolo iuramento creditoris.*
11 *Suſpitio debitoris poſt capturam eſt plenè probanda, et iuſtificanda.*
12 *Iuramentum ſuſpitionis, à quo ſit deferendum.*
13 *Iuramenti delatio an ſit actus, qui debeat expediri iudice pro tribunali ſedente.*
14 *Confitens ſcripturam eſſe eius manu ſcriptam, debet condemnari.*
15 *Reus in dubio abſoluitur.*

DECISIO XIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DOmini tenuerunt malè fuiſſe appellatum per Nicolaum Maragottum, & bene fuiſſe iudicatum per Dominum iudicem, à quo ad fauorẽ Iacobi à Ballis, dum pronuntiauit capturam de eo factam nullam, & ipſum eſſe à carceribus relaxandum.

1 Moti, quia liſta coram Gubernatore Luci producta, ac impugnata nullam continens cauſam, non valet, l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. exceptio. C. ſi cautio de fid. inſtrumen. Pariſ. conſ. 96. quamuis prima facie. num. 8. lib. 3. fol. 177. cum cæteris adductis per Cephal. conſ. 120. proponitur. nu. 27. lib. 2. fol. 132. & Maſcard. de probation. concluſ. 976. num. 16. vol. 2. fol. 404. qui loquitur de libro nullas continente cauſas, qui non probat contra ſcribentem, quia ſine obligatione, quæ eſt mater actionis ceſſat actio l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurator. Surd. de alimen. titul. 3. quæſt. 1. num. 12. folio 112. Nec probat prætenſum creditum Maragotti, etiam, quod illa ſcripta, ac poſita reperiatur in libro mercantili ipſius Maragotti, nam præterquam quod ſemper militat dicta ex-
3 ceptio liber Mercatoris, vbi non eſt ſtatutum, vel conſuetudo, quod ei credatur, vt eſt Florẽtiæ, & in alijs quibuſdam locis, de quibus per Paul. de Caſtr. in l. admonendi. ff. de iur. iurand. num. 43. fol. 33. non probat, etiam ſi concurrerent illa ſex, de quibus per Guid. Pap. deciſio. 441. pro declaratione legis. fol. 188. & Alexan. trentacin. variar. reſolut. vol. 1. lib. 2. reſolut. 7. nu. 30. in verſiculo viſum fuit. fol. 184. & 185. qui poſtquam poſuit, quid ſit articulandũ in practica, dicit Aimon. Crauet. in tract. de antiquit. tempor. in prima part. in ſectione vidimus, & abundè nu. 20. & 21. cum ſequen. & in ſummis magnis, & quo-

ties

ties agitur de graui præiudicio tenere contra
Guido.Pap. & reprobare omnia prædicta ſex re-
quiſita, quod penitus deſtruit intentionem Ma-
4 ragotti habita ratione dictæ ſummæ, quæ arbi-
trio iudicis poteſt dici magna, & cauſa grauis, eo
5 quod agitur de captura, quæ eſt magni præiudi-
cij ſecundum Bal.conſil.285. Quia non eſt opus
num. 3. in verſiculo ſed captura perſonæ. lib. 1.
fol.63.& Thoma Parpal.in l.2.ff.ſolut.matrim.
nu. 73. in verſiculo ſed impetrare capturam fol.
55.cum afferat infamiam, & iniuriam Maſcard.
de probatio.concluſ.456.num.8.9.& 10.vol. 1.
6 fol.452.Quo caſu ad validitatem eiuſdem in pri-
mis, & ante omnia erat docendum de debito li-
quido, & claro, iuxta tradita per Bald. in l.aper-
tiſsimi ad fin. C.de iudic.in l.conſentaneum. C.
quomod. & quando iud.col. 5. verſiculo quæro
Alexan.conſ.241.perſpectis ſtatutis,& facti nar-
ratione,col.1.num.1.lib.6.fol.180.conſ.90.viſo
inſtrumento col.3.verſic.iſtis ſic. primo liquida-
tis lib.3.fol.79. Dec.conſ.75. & pro tenui nu. 1.
verſiculo quinto ſuadetur.fol.66.Neuizz.conſil.
52.nu.13.Roland.a Vall.conſ.65. captura com-
miſſa num.13.lib.3.fol.154.Ludouic.deciſi. Pe-
ruſin.41.fuerunt capti nu.3.fol. 189.& Alexan.
Trentacinq.variar.reſolut.vol.1.lib.3.reſolutio.
10.num.1.fol.73.

7 Secundo de deterioratione poſt contractum
debitum, vt per Bart.in l.creditores. ff. de priuil.
credito.num. 1. in verſiculo nam prius eſt viden-
dum.Menoch. de arbitrar. lib.2.cent. 1.caſu 87.
num.14.& 16.fol.246.Rolan.conſ.65.captura
commiſſa.nu.8.lib.3.fol.154. vbi plures allegat,
* & fidem facit de communi Ludouic. deciſ.Peruſ.
41.fuerunt capti nu.1.fol.188.Marſil.ſing.284.
tolle Moras fol.77. & Alexand.Trentacinq.va-
riar.reſolutio.reſolut.10. volum.1.lib.3. num.5.
fol.74.

8 Tertiò de ſuſpitione debitoris non qualibet,
quia debet eſſe talis, quæ moueat animum iudi-
cis ad ſuſpitionem ex ſuo arbitrio in quo id reſi-
det, vt poſt Bartol.Bald.Imol.Roma. & Socin.
tradit idem Alexand.Trentacinq. loco proximè
citato. num.4. in verſiculo licet cauſa ſuſpitionis
fol. 74. Nec per iuramentum tantum, vt hic, ſed
per duos teſtes, vel per inſtrumentũ, vt poſt mul-
tos quos allegat conſuluit Roland.d.conſ.65.nu.
11.12.13.& 14. & tradit Ludouic. dicta deciſio.
Peruſin.41.nu.2.ſol.189.

9 Non autem prædictis non iuſtificatis curan-
dum erat, vt caperetur lite cepta, ac pendente co-
ram alio iudice, nempe coram Gubernatore Lu-
gi, nam tunc capi non poterat vti ſuſpectus de
fuga ob litis pendentiam, per quam captura im-
pediebatur, & non erat concedenda, ſed reuocan-
da, vbi reperiretur conceſſa, vt per Bald. d.conſil.
285.num.1.lib.1.fol.63. Columber.ſingular. 1.
num.15.fol.... Caualcan.deciſ.1.num.14.& Ale-
xan. Trentacinq.variar.reſolutio.reſolut. 10.vol.
1.lib.3.nu.24.fol.27.

Quod ſuſpectus de fuga potuerit capi, etiam
lite pendente, vt per Iaſon.in l.ſi ab arbitrio.nu..
col.2. in fine verſiculo, quod ſi lite pendente. ff.
qui ſatiſdar.cogant.fol.... Gabr.concluſion.4.nu.
30.de iudic.fol.72.Gramat.conſ.95.in cauſa.nu.
10.fol.55.& Ludouic.d.deciſion.Peruſin.41.nu.
8.fol. 190. Solum procedit vbi superuenit noua
cauſa, qua mediante, quis vti ſuſpectus capi po-
teſt non obſtante litis pendentia, vt poſt Angel.
Alexan.& Iaſ.declarat Alexand. Trentacinq. va-
riar.reſolut.d.reſolu. 10. volum.1.lib.3.num.24.
fol.77. in verſiculo hæc concluſio, non autem in
hac ſpecie in qua nulla lite pendente ſuperuenit
cauſa.

10 Non obſtat ſuſpitionem ſolo iuramento de-
bitoris probari ſecũdum doctrinam Pauli de Ca
ſtro, quæ ſecundum antiquam impreſſionem eſt
conſil.40.pro pleno iure lib.1.fol....& ſecundum
modernam eſt conſ.473.eodem lib.1.folio 241.
quæ vt ipſe dicit ibi num. 1. colum. 2. verſiculo,
& ita ſeruatur per totum mundum, quam tenet
Angel.in l.nemo carcerem. C.de exacto tributo.
num.... col.... Imol.in l.2.ff.ſolut.matrimo.& Io.
Baptiſt. Caccialup. in ſuo tractatu de debitor. ſu-
ſpect.& fregit. in 6.principali quæſtione. nu.19.
relat. per Alexan. Trentacinq. variar. reſolut. d.
cap.10.vol.1.lib.3.nu.13.fol.75.

Quia fuit reſponſum, vt infra.

Primò id eſſe iudici arbitrarium, nam iudex ſi
vult poteſt ſtare iuramento præſtito, ſi aut nolit
neceſſaria eſt probatio per teſtes ſummariè de
ſuſpitione fidem facientes, ſeu inſtrumenta, vt per
Menoch.de arbitrar.cent.1.lib.2.caſu 87. nume-
ro 6.

Secundò, quod opinio Pauli de Caſtro pro-
cedit, quando periculum eſt in mora, & iſte non
eſt caſus de quo agitur in quo ſuſpicio ſundatur
in ſola deterioratione debitoris, quo caſu proba-
tio per iuramentum non ſufficit, ſed alia vt ſupra
per teſtes, & inſtrumentum requiritur, vt benè
prædicta probantur ex traditis per Ripam in l.2.
ff. ſolut. matrimon. dum inuicem ſuper hoc pu-
gnantes opiniones concordat, de quo meminit
Alexander Trentacinq. variar. reſolutio. vol. 1.
lib.3.reſolutio.10.nu.4.verſiculo hæ opiniones.
* fol.74. vbi alios allegat, & de communi teſtatur.

Tertiò, quod vbi vera eſſet opinio Caſtrenſis,
de qua ſupra adhuc idem dicendum fore cum

poſt

poſt capturam non fuerit aliquid aliud probatum circa allegatam ſuſpitionem, & tamen idem Paul.de Caſtr.d.conſil.40. ſecundum antiq.impreſſ.& Modern.d.conſ.473.lib.1. dicit poſt capturam, & ſic in termino probatorio faciendas eſſe conſuetas probationes fol.291.aliàs nõ poſſet, nec confirmari in carceribus, nec condemnari, ſed releuandus eſſet, vt ibidem nu.1.col.2. in verſiculo, & ſic poſt capturam fol.291.col.4.nu.2. in verſiculo nam ſi poſtea plenè.

11 Quod autem ſuſpitio debeat poſt capturã plenè probari, ac iuſtificari, ne illa reddatur iniuſta, ac reuocetur, tradunt idem Ang. loco citato poſt Alex.& alios citatos per Alex. Trentacinq. vari. reſol.vol.1.lib.3.reſolut.10.nu.13. in verſiculo, qui doctores dicunt fol.75.

Quarto, quod illa procederet vbi iuramentum

12 fuiſſet dilatum à Iudice, non autem quãdo pars à ſe iuraſſet dilato ſibi iuramento à notario, vt in puncto poſt Chacialup.in dicto ſuo tractat.de debitore ſuſpecto, in 6.quæſt. principali in verſiculo ſexto principaliter num.21. Ioan.Andr. & alios conſuluit Rol.d.conſ.65.n.18.li.3.fol.259. quem refert Alex. Trentacinq.variar.reſol.vol. 2.li.3.reſolu.10.nu.15. in verſiculo, & iuramentum iſtud.fol.75.

Huiuſmodi tamen reſponſio apud me non tranſit ſine difficultate, quia licet iuramentum à iudice immediatè non fuerit dilatum, ſed à Notario actorum nomine ipſius iudicis, validè id a-

13 ctum dicitur, cū quo iſte non eſt actus, qui ſoleat expediri iudice ſedente pro tribunali ſecundum communem cõſuetudinem, ſtilum, ac practicã de qua in iſtis proprijs terminis teſtatur Bero. conſ. 12.capturã de quã in præſenti nu.7.lib.3.fol.32. quem ſequitur Ludouic.d.deciſ.41.n.5.fol.189.

Non obſtat doctrina Pauli de Caſtro in l.ad-

14 monendi nu.42.ff.de iur.iur.fol.33.dicentis confitentem ſcripturam eſſe ſua manuſcriptã debere condemnari, licet neget contenta in ea eſſe vera.

Nam loquitur in ſcriptura continente intentionem agentis, puta quod promiſit &c. vel ſibi numerauit &c.non in hac ſpecie in qua ſcriptura non eſt talis, qualis eſſe debet in caſu, & ad effectũ de quo agitur, etenim, vt dictum fuit nullam continet promiſſionem de reſtituendo, ſeu, quod ſit debitor, ſed ſolam adnotationem diuerſarũ mercium abſque pretio, quod licet appareat poſitũ, id tamen fuit negatum, fuiſſe appoſitum propria manu ipſius conuenti, forte quia liſta ante ſimplicem ſubſcriptionem fuerat data in albo, & ſic nihil certi, ac determinati concludit ſuper quo

15 poſſit ſequi condemnatio, iuxta petita per Maragottum, ſed bene quod Iacobus reus conuen-

tus debeat abſolui l.fauorabiliores. ff.de reg.iur. cum ſimilibus &c.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Ius accreſcendi, & fideicommiſſo de quo agitur an ſit locus.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcẽdi hẽt locũ in diſpoſitionib. limitatis. et n.15.*
2 *Diſtributio partium remouet realem coniunctionem.*
3 *In fideicommiſſis requiſita ſunt probanda.*
4 *Ius accreſcendi fuit introductum de iure antiquo, per legem duodecim tabularum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
5 *Iuri accreſcendo ſemper, & omni caſu locus eſt.*
6 *Portio, quæ non deficit accreſcere non poteſt.*
7 *Portio accreſcit portioni, non perſonæ.*
8 *Ius accreſcendi ex propria eius natura accumulat portiones deficientium, vel non petentium portionibus petentium propter coniunctionem eorum.*
9 *Ius accreſcendi eſt ad inſtar alluuionis.*
10 *Inter vocatos coniunctim, ſiue vocatio ſit vera, vel ficta, an intret ius accreſcendi.*
11 *Subſtitutio tacita expoſtulat, ſi non expreſſam ſaltem tacitam defuncti voluntatem.*
12 *Fructus in reſtitutionibus bonorum fideicommiſſi à qua die debeant reſtitui.*
13 *Fructus, cuius q̃titas ignoratur, liquidatur in executione.*
14 *Signorolus de Homodeo laudatur.*
16 *Portiones licet, per Teſtatorem qui dixit, æquis portionibus, diſtincta ſint, negari tamen non poteſt quin ſint adeò ad inuicem confuſa, vt magis poſſint percipi intellectu, quàm ad oculum demonſtrari.*
17 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.*
18 *Tacita diſtributio non ſufficit ad docendum, quod aliqui dicantur re coniuncti.*

DECISIO XIV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DOminus Nicolaus Caballettus ſuum vltimũ condidit teſtamentum, in quo quandocũque ipſius D. Teſtatoris linea maſculina deficeret, tũc, & eo caſu ſubſtituit, & ſibi hęredes eſſe voluit filios maſculos legitimè natos D. Iacobi Caballetti in bonis in eodem teſtamento ſpecificatis, & de quibus in ſententia, nempe in villa Ro, & domo ſita in cœmiterio S.Stephani, & finita linea ipſorum maſculorum d.Iacobi, & ſuorum deſcẽdentium legitimorum, & naturaliũ bona memorata ſtatim nullo iuris ordine ſeruato liberè, & abſque vlla detractione Trebell.aut alterius iuris voluit trãſire ad filias fęminas nominandas inferius in eodẽ teſtamento reſpectiuè deſcendẽtium ipſius teſtatoris, & ad D.Eleonoram ſupradictã, quæ erat vna ex filiabus ipſius teſtatoris, æqualiter in capita, & non in ſtirpes &c.

Deceſſit teſtator relictis poſt ſe D. Herculę,

G Eleo-

Eleonora, & Barbara actrice neptè ex D. Alberto filio ipſius teſtatoris prę defuncto, quæ eſt de deſcendentibus, & vocatis ad præſens fideicõmiſſũ.

Obijt quoq; d. Dñs Hercules nullis relictis filijs, nec deſcendentibus, & bona prefati teſtatoris peruenerunt ad Dominum Nicolaum filium prædicti Domini Iacobi.

Vitam cum morte commutauit etiam d. D. Iacobus, relicto poſt ſe Iacinto eius filio.

Mortuus eſt Iacintus, & Eleonora filia d. Nicolæ nullis relictis poſt ſe filijs, nec deſcendentibus, ſed tantum dicta Domina ad dictum fideicommiſſum vocata.

Cauſa introducta in prima inſtantia corã Rota ex priuilegio, quod habent viduę, & pupilli, & omnes miſerabiles perſonæ ex forma conſtitutionis Rotalis. c. 25.

Dubitatum fuit, an venerit caſus fideicõmiſſi.

Ratio dubitandi fuit, quia ſubſtitutio facta de D. Eleonora, & Barbara [illegible] ad æquales
1 portiones excludit ius accreſcẽdi, quod nõ habet locũ in diſpoſitionibus limitatis l. Lucius Titius §. quæ habebat in fi. ff. ad trebel. Surd. conſ. 123. exigeret præſens conſultatio nu. 23. li. 1. fol. 145. Iaſ. cõſ. 72. viſis ſubſtitutionibus col. 2. verſ. ſed in diſpoſitionibus limitatis, & col. 4. in verſic. non obſtat prope finem. fol. 77. Peregri. de fideicommiſſ. artic. 9. num. 4. fol. 77.
2 Ratio eſt, quia diſtributio partiũ remouet realem coniũctionem, ſicuti diſtributio orationum remouet verbalẽ coniunctã, vt per Bal. conſ. 362. quæritur à me. nu. 1. in verſ. ex quibus ſic concluditur li. 1. fol. 87. & Mãtic. de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 3. n. 9. in verſ. notãdum eſt igitur. fol. 237.

Sed eueniſſe caſum fideicommiſſi ad fauorem d. D. Barbaræ cõmuniter per Dominos fuit con-
3 cluſum, quia præterquam quod fuerunt probata omnia requiſita ad tradita per Peregr. de fideicõ. art. 43. n. 1. & ſeq. fol. 392. Certi iuris eſt, quod in
4 fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus in materia iuris accreſcẽdi, quod fuit introductum de iure antiquo per legem duodecim tabularum, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, vt per Florian. de S. Petro in l. Celſus §. quod
5 alicuius. ff. de legat. 2. nu. 3. & 9. fol. 114. sẽper & omni caſu eſt locus iuri accreſcendi, ſiue hæredes inſtituti, aut directo ſubſtituti ſint coniuncti, ſiue disiuncti, vt de hoc eſt text. expreſſus in l. heredes 63. ff. de hered. inſtituen. & in l. ſi ex plurib. ff. de ſuis, & legit. cũ cęteris adductis per Peregr. in ſuo tract. de fideicom. art. 9. nũ. 1. fol. 77. qui teſtatur de communi. Ob quod portio Eleonoræ, per te-
6 ſtatricẽ vocatæ, defecta per eius mortẽ, quia alias accreſcere nõ poſſet, vt notat D. Flor. de S. Petro in l. ſi pluribus §. ſi coniunctim. nu. 3. ff. de leg. 1.
7 fol. 31. accreuit portioni D. Barbaræ, non perſonæ, vt per Mattheac. in ſuo tract. de fideicõ. li. 3. c. 2. nu. 19. verſ. quinta portio. fol. 110. ex propria
8 natura ipſius iuris accreſcendi accumulantis portiones deficientium, vel non petentium portionibus petentium propter coniunctionem eorũ, vt poſt Ripam in l. re coniuncti. nu. 3. ff. de leg. 3. Bologn. in rubr. C. quando non petenti. par. nu. 23. tradit Mattheac. in d. ſuo tract. de fideicom. lib. 3. c. 1. n. 1. fol. 108. ad inſtar alluuionis, cuius accre-
9 ſcendi æquiparatur ſẽm Floriã. de S. Petro in l. ſi Titio legatũ. §. vſũfructũ. n. 3. ff. de uſufru. fol. 29. qui ibid. n. 4. id intelligit per text. ad literã in l. ſi cui in annos. §. penul. in fi. ff. de vſufruct. accreſc. dummodo talis portio non ſit defecta.

Quod accreuerit, eſt ſatis clarũ; quia vt ex ver-
10 bis teſtamenti colligitur Eleonora, & Barbara ſub [illegible] verborum diſpoſitione ad eaſdem res conſtitutis portionibus, non pro diuiſo, ſed pro indiuiſo [illegible] vocatæ, ex qua vocatione coniunctim, [illegible] ſiue ficta inter [illegible] ex eodem [illegible] diuerſorum teſtantium, vt per Mattheac. in d. ſuo tract. de fideicom. li. 3. c. 2. nu. 5. 7. 10. reſpectiuè. folio 110. & Flor. de S. Petro in l. heredes [illegible] §. ſi [illegible] ff. fam. [illegible] hercisc. n. [illegible] fol. 270. [illegible] voluntatis teſtatoris quaſi Eleonora, & Barbara in [illegible] corpus redactę ſint. l. vni. § [illegible] in verſ. hoc [illegible] de caduc. toll. & [illegible] vnius per ſortę poteſtate fungãtur. l. planè la prima in prin. de leg. 1. iuxta tradita per Mantic. de coniect. vlt. volunt. li. 1. tit. 3. n. 7. & 8. fol. 237. [illegible] ius accreſcendi ad fauorem Barbarę ſuperſtitis, vt probatur in l. ſi duobus 41. & in l. Meuio 42. in prin. ff. de leg. 2. & in l. vnica. §. vbi autem C. de caduc. toll. & per Bal. conſ. 372. li. 1. fol. 87. Crau. cõnſ. 62. Nobilis Vrbanus nu. 4. fol. 66. Nat. cõſ. 323. quoniam [illegible] nu. 3. & ſeq. li. 2. fol. 171. Menoc. conſ. 309. Reſpondendum videbatur nu. 12. li. 32. fol. 52. Peregr. de fideicõ. ar. 9. n. 8. fol. 77. & Rota in recentior. Farin. ſelect. par. 4. decis. 506. Hie-
11 ronimus de Capiſuchis nu. 1. par. 4. fol. 6. Et etiã quædam tacita ſubſtitutio ſecundum Flor. de S. Petro in l. ſi pluribus. §. ſi coniunctim. ff. de leg. 1. nu. 10. fol. 32. expoſtulans, ſi non expreſſam talem tacitam defuncti uoluntatem, ut in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad trebel. & l. ſi Titio, & Meuio §. Iulianus. ff. de legat. 2. vt per eundem Florian. de S. Petro in l. quoties, nu. 2. ff. de vſufruct. accreſcen. fol. 45. Quæ cum hic adſit expreſſa, vltra coniunctionem res clarior redditur ad fauorem dictę D. Barbaræ, & quælibet caducatio ob mortẽ Eleonoræ ante conditionis euentum

tum excluditur ad tradita per Curt.iunior.conſi. 139.præſupponitur in facto nu.19. lib.1.fol.69.

12 Et conſequenter rea conuenta tenetur ad reſtitutionem dictorum bonorum fideicommiſſo ſubiectorum vna cum fructibus, à die litis conteſtatæ ad tradita per Peregrin.in ſuo tractat. de fideicommiſſ.articul. 49. ſub rubric. de fructibus percept. per hæredem poſt caſum fideicommiſſi
13 numer.8. & ſequen. folio 457. liquidandis cum eorum quantitas ignoretur, vt per Cagnol. in l. vnica. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. num.3.fol.541. & in l.quatenus 24. nu.22.ff. de regul.iur.fol.619.

14 Non obſtante, quod ſupra obiectum fuit de diſpoſitionibus limitatis, in quibus non intrat ius accreſcendi.

Quoniam fuit reſponſum multos tenere con-
15 trariũ, inter quos eſt Signorolus de Homodeo, Angelus, & Imola, de quibus meminit Iaſ. conſil.72.viſis ſubſtitutionibus in fine lib. 3.in verſiculo quinimo, quod taxatiua fol. 77. vbi Signorolum dicit eſſe famoſum Doctorem, quem Bal. appellabat laudabilis memoriæ, & Iacobus Aluarottus profundum, & famoſum, cum alijs concordantibus cum Signorolo tempe Bald. Alexand. Curt. ſenior. & Capr. citatis per Decian. conſilio.40.& breuiter tangendo, numer.26.lib. 1.fol.559.

Secundò obiectionem non procedere in ſpecie de qua agitur, vbi tractatur de vocatione facta æquis portionibus, ſed quando per verba taxatiua, & limitatiua teſtator diſpoſuit, qui non eſt caſus, de quo agitur, vt in puncto conſuluit Decian.d.conſi.40.nu 25.lib.1.fol.559. & comprobatur ex Iaſone.d.conſ.72.colum.2. in verſiculo ſed in diſpoſitionibus limitatis, & colum.4. in verſiculo non obſtat propè finem fol.77.Sur. conſ.123.Exigeret præſens conſultatio.num.23. lib.1.fol.545.Peregrin.de fideicommiſſi.d.artic. 9.num.4.fol.77.

Tertiò difficultatem ceſſare in diſpoſitione facta pro æquis portionibus.

16 Nam, & ſi portiones ita per teſtatorem diſtinctæ ſint, negari tamen non poteſt, quin non ſint adeò ad inuicem confuſæ, vt magis poſſint percipi intellectu, quàm ad oculum demonſtrari, vt per text.in l.Meuius 68.§. duobus. ff.de legat. 2. ibi. Namque plures in vno fundo Dominium iuris intellectu nõ diuiſione corporũ obtinuerũt concludit Cardinal. Mantic. in dicto ſuo tractatu de coniectur. vltimar.voluntat.lib.10.titul. 3. num.7.in verſ.quemadmodum fol.237.

Etiamſi obijceretur ex præfato relicto facto vt ſupra, æquis portionibus reſultare ſaltem taci-
17 tam diſtributionem partium, quæ, cum taciti, & expreſſi eadem ſit virtus, repellit ius accreſcendi, ſicut expreſſa.

18 Fuit enim reſponſum, tacitam diſtributionem non ſufficere ad docendum, quod aliqui dicantur reconiuncti, vt in puncto tradit Mantica loco proximè citato de coniectur.vltim.volun.lib.10. tit.3.nu.9. in verſiculo ſed tacita diſtributio fol. 237.poſt Bald.Aretin.& Corn.quos allegat.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Appellationi, an ſit deferendum in poſſeſſorio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur in poſſeſſorio ordinario, & momentaneo.*
2 *Appellatio in poſſeſſorio eſt prohibita ad omnẽ effectum.*
3 *Appellatio in poſſeſſorio quare ſit prohibita.*
4 *Appellatio in poſſeſſorio mixto datur, à tota ſententia.*
5 *Cauſa proprietatis, vti maior, trahit ad ſe cauſam poſſeſſionis, quæ venit acceſſoriè ad cauſam proprietatis, & ſequitur naturam petitorij.*
6 *Verba ſententiæ attenduntur, vbi quæritur an appellationi ſit deferendum.*
7 *Verba illa ad liberè dimittendum poſita in ſententia poſſeſſorij, an faciant cauſam appellabilem.*
8 *Sẽtẽtia, quod non iuſtificetur ex actis quomodo probetur.*
9 *Sentẽtia an poſſit aliunde probari, quã ex actis. & n ſeq.*
10 *Diuinare nemo poteſt, quæ ſunt extra acta, et proceſſum.*
11 *Probationes, an ſint de ſubſtantia ſententiæ.*
12 *Actio ſpolij non datur ei, qui culpa, & facto ſuo cecidit, à poſſeſſione.*
13 *Gratia Principis an extendatur ad bona in alium alienata, & poſſeſſa.*
14 *Gratia Principis ſemper intelligi debet ſaluo iure, & ſine præiudicio tertij.*
15 *Gratia Principis non extenditur ad bona penes alium exiſtentia ex diſpoſitione legis propter fideicommiſſum iniunctũ in caſu delicti, ad fauorẽ alterius nõ delinquẽtis.*
16 *Gratiam, qui obtinuit, quando recuperat bona alienata, an recuperet fructus medio tempore perceptos.*
17 *Appellatio an detur, vbi conſtat de notoria iniuſtitia.*
18 *Appellatio in dubio ſemper eſt recipienda.*

DECISIO XV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa vertente inter Illuſtrẽ D. Albertum Lolium appellantem ex vna, & Illuſtrẽ D. Herculem Lolium eius fratrem appellatum ex alia, mihi commiſſa ad referendum oretenus.

1 Cenſui appellationi eſſe deferẽdum, quia hic nõ agitur ſimpliciter de quouis poſſeſſorio ordinario, & momẽtaneo, in quo nõ datur appellatio

l.1.C.ſi de mom.poſſeſſio. & ibi Bar. gl.in c.1.in
verbo momenti litera A.de cauſ.poſſeſſio.& pro-
prietat. gloſſ. in c.cum ad ſedem 15. in verbo in-
terdictum in fine litera B. de reſtitutio. ſpoliato.
Bald.conſil.379. ſequitur quod col.fin.nu.9.lib.
1.fol.90.Alexand. conſ. 81. lecto, & diſcuſſo in
princ.lib.3.fol.700. Corn. conſ.190. ad euiden-
tiam pręmitto nu.2.lib.1.fol.147.Deci.conſ.28.
& pro tenui.num.1.verſiculo, ſed tamen his,& ſi-
milibus par.1.fol.26.Calcane.conſil.83.quia in
cauſa momentaneæ poſſeſſionis in principio fol.
140.Iaſo.conſ.187. circa primum articulum nu.
1.lib.2.fol.60.Cur.lun.conſ.168.habita diligen-
ti in fine num.39.fol.107. Capell.Toloſa. deciſ.
vltima,ſed de iure Canonico. fol.192.& alij cita-
ti per gloſſ.ad conſtitution.Marchiæ lib.6.cap.2.
ſub rub.in quibus cauſis appellari non valet,quæ
eſt ipſamet conſtitutio Egidiana in verbo poſſeſ-
ſionis litera D.nu.1.fol.367.Contard.in d.l.vni-
ca limita 4.nu.7.C.ſi de momen.poſſeſſ.fol.143.
Boccac.ſuper d.conſt.March.d.c.2.lib.6.nu.160.
& 162. & 163.circa fin. & dixi in deciſionibus
dictæ Prouinciæ Marchiæ deciſio.15. a ſententia
num.13.cum ſeq.fol.22. Etiam quoad deuoluti-
2 uum,quia vbi in poſſeſſorio eſt prohibita appel-
latio dicitur prohibita ad omnem effectum, vt
3 plenè habetur in eadem deciſ.15.nu.15.cum ſeq.
Ratio eſt,vt ibi fauor litium abbreuiandarum ex
eo, quod poterunt plenius ſingula retractari in
petitorio,nempè in cauſa proprietatis.

4 Sed de poſſeſſorio alterato continente miſtu-
ram petitorij,& poſſeſſorij in quo datur appella-
tio,à tota ſententia.Menoc.adipiſc.rem.4.n.861.
in fi.& ſeq.fol.71.& d.dec.15.nu.6.fol.22.quod
decidit etiam dicta cōſtitutio Egidiana ibi ratio-
ne pręfatæ miſturę condemnationis appellare,&
reclamare &c. etiam à tota ſententia, & tenet ibi
gl.in verbo fructuum.nu.2. fol.369. & Marcheſ.
de commiſſio. appell. in Saluia. interdict.p.1. §.
5 2.n.97.qui multas deciſ.Rotæ adducit.Ratio eſt,
quia cauſa proprietatis in iſta miſtura, ac ſpecie
vti maior trahit ad ſe cauſam poſſeſſionis,quę ve-
nit acceſſoriè ad cauſam proprietatis, & ſequitur
naturam petitorij Scacc.de appellatio.q 17.limi-
ta 6.memb.9.nu.1.

6 Quod ita ſit,patet expreſsè ex verbis ſententię,
cuius tenor,dum de appellatione quæritur,attē-
ditur,vt per Contar.in d.l.vnica.C.de mom.poſ.
limit.2.ratione miſturæ.§.5.nu.12.cum ſeq.fol.
108.& Eug.conſ.72.cum ſententia nu.20.& 21.
fol. 97.& dixi in d.dec.15.n.24.fol.27.quę con-
demnat dictum D.Albertum, ne dum ad reinte-
grādum d.D.Herculem de poſſeſſione palatij,&
7 bonorum de quibus agitur, ſed adhibere dimit-
tendum,& relaxandū,& ſic tangit, ac miſcet cau-
ſam proprietatis, & petitorij, & impedit ne præ-
dium,quod liberè dimitti debet.d.Herculi per d.
Albertū poſſit per petitorium auocari, vt in pun-
cto poſt Alex.& Soci.cenſuit Rota diuerſor.dec.
36. Domini erant varij.num.3.par.1.fol.208.&
tradit Scac.de appel.d.q.17.limit.6.mēb.9.n.21.

Vltra quod,& alia deducta fuere ſuper pręten-
ſa notoria iniuſtitia.

8 Primò,quod ſentētia non iuſtificatur ex actis,
quia inſtrumenta,& aliæ probationes ſuper qui-
bus dictus D. Hercules ſe fundat effectualiter in
actis productæ non videntur, quod prætenditur
fuiſſe probatum ex reuolutione ipſorum actorū
Bal.in l.ſi contra nu.3.C.de appell. Rol.conſ.1.
viſo themate.num.71.in fine,& ſeq.lib.1.fol.10.
Rota apud Marcheſan.in tit. de commiſſ. appell.
in poſſ.Saluia.d.deciſ.34. tenuerunt Domini.nu.
9 2.fol.1945. vbi etiam dicit, quod Rota ſequitur
opinionē, quod iudex non poſſit aliunde moueri
ad pronuntiandū,quia alias tollerentur legitimæ
10 defenſiones, cum pars non poſſit diuinare, quæ
ſunt extra acta, & proceſſum ex quibus eſt iudi-
candum,licet contrarium tenuerit Aſflic.dec.28.
11 latę fuerunt duæ relationes nu.6.fol.32.ea ratio-
ne, quod probationes non ſint de ſubſtantia ſen-
tentiæ, & iudex poſſit aliunde ſe mouere, quàm
ex probationibus.

Secundò, quod Hercules fuit reintegratus ad
12 poſſeſſionē illius prædij, à quo facto proprio ce-
ciderat per confiſcationem de eo ſequutā ex deli
cto per eum commiſſo,quo caſu non intrat actio
ſpolij,quę nō datur ei,qui culpa,& facto proprio
cecidit à poſſeſſione.c.ſæpe de reſtitu.ſpol. Ruin.
conſ.47.in cauſa,& lite num.5.fol.63.conſ.49.ſi
probatum eſt num.9.verſiculo quarto non com-
petit.lib.4.fol.66.Rimin.ſen.conſ.428.num.28.
lib.3.fol.... Beninten.deciſ.10.in remedio cano-
nis reintegrandę.num.3.in verſiculo,quia reme-
dium fol.11.Marſil.ſing.600.fol.156.Pariſ.conſ.
1.Redemptoris noſtri.nu.163.et 164.li.1.fol.9.
Neuiz.conſ.79.videbāt recti.nu.24.fol.654.Ce-
ph.cōſ.100.proceſſus agitatus nu.26.li.1.fol.174.
et cōſ.168. Gulielmus, & Dominicus.nu 56.fol.
45.& conſ.272.in facto præſupponitur nu.67.et
68.lib.2.fol.220.et alij citati per Menoch.recup.
poſſeſſio.remed.15.q.14.nu.95.fol.145.Seraph.
deciſ.264. fuit reſolutum in caſu de quo agitur.
nu.1.fol.102.& deciſ.387. reſtringatur,an ex di-
ctis teſtium nu. 1. par. prima fol.195.& deciſio.
1200. fuit reſolutum equitem Dioniſium nu. 2.
par.2.fol.136.

Tertiò,quod gratia ſuper qua ſe fundat d.Do
minus Hercules non ſe porrigit ad prędium de
quo

quo agitur tranſlatum in dictum Dominum Al-
bertum medio tranſactionis factæ cum eius ma-
13 tre ex cauſa fideicommiſſi, de quo in dicta tran-
ſactione, quia gratia principis non extenditur ad
bona in alium alienata, & poſſeſſa per tertios poſ
ſeſſores, vt poſt Peregr. de iur. fiſc. lib. 5. titu. 2. nu.
34. fol. 119. Iul. Clar. quæſt. 59. in verſiculo item
quæro numquid reſtitutio, ſeu gratia. Farinac. la-
tè quæſt. 6. num. 33. fol. 37. qui infinitos allegat,
** etiam de magis communi teſtantẽ ſcribit Guaz-
zin. de confiſcat. bonor. concluſ. 28. quia iſta con-
cluſio, nu. 20. fol. 298. qui teſtatur de communi.
14 Ratio eſt, vt per Farinac. loco proximè citato in
verſiculo Ratio autem, quia gratia à Principe
conceſſa ſemper intelligi debet ſaluo iure, & ſine
præiuditio tertij.

15 Et tanto magis, quia gratia trahi non poterat
ad bona penes d. Albertum exiſtentia ex diſpoſi-
tione legis propter fideicommiſſum, à Domino
Alberto ſeniore iniunctum in caſu delicti ad fa-
uorem alterius non delinquentis. Menoc. de præ-
ſumptio. lib. 5. præſumpt. 46. num. 9. verſ. ſecun-
da fuit opinio li. 5. poſt Caſtr. Ruin. Gallia. Coſt.
Crot. conſ. 282. circa primum articulum nu. 36.
lib. 3. fol. 11. Surd. conſ. 90. Presbyter Bartholo-
meus nu. 42. lib. 1. fol. 389. Boſſ. in tract. cauſ. cri-
min. in titul. de remed. ex ſola clemen. Princip.
num. 13. fol. 332. & ſequen. Natt. conſ. 470. con-
ſiderato themate num. 20. & 21. lib. 2. fol. 483. &
alios, vbi non ſolum teſtatur de communi, ſed
hanc in iudicando, & conſulendo eſſe ſequen-
dam affirmat. Idem tenet Farinac d. quæſtio. 6.
num. 36. in prin. fol. 3. & nu. 37. fol. 38. & Guaz-
zin. d. concluſ. 28. nu. 29. fol. 299. vbi licet ex Od-
do eodemque Farinaccio, alijſque per ipſummet
Guazzin. relatis dicat opinionem iſtam eſſe con-
trouerſam, tamen ex mente Peregrini in tractat.
de iur. fiſc. lib. 5. nu. 53. & 54. tom. 2. fol. 120. ad-
mittit hanc ſententiam eſſe veriſſimam, vbi poſ-
ſeſſio ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti ad aliũ fuit
delata, & per ipſum apprehenſa, vt in ſpecie de
qua agitur, nam tunc ille, qui gratiam obtinuit
de delicto, aut banno non recuperat bona in aliũ
ex diſpoſitione legis tranſlata, & multo magis ſi
bona ex contractu in alium deuenerint, prout
hic ex dicto contractu concordiæ, ſeu tranſactio-
nis cum matre per dictum Albertum inito, tunc
enim Principis reſtitutio vires illius contractus
non infringit, vt per eundem Peregri. vbi ſupra.

16 Quartò, & vltimò, quia ſententia memorata,
& ſæpe dicta cõdemnat dictum Albertum, etiam
ad reſtitutionem fructuum perceptorũ, à die pu-
blicationis proceſſus citra. Et nihilominus, etiam
in caſu, quod D. Hercules, qui gratiã obtinuit re-

cuperare poſſet bona alienata, nunquam tamen
poſſet cõſequi fructus medio tempore perceptis
Odd. de reſti. in integr. par. 2. q. 99. ar. 14. nu. 123.
** fol. . . . vbi de magis communi, & ſub num. 125.
vbi de æquiori, & veriori. fidem facit Farin. d. q.
6. nu. 44. fol. . . . Peregr. lib. 5. tit. 2. nu. 61. & ſeq.
fol. 121. & Guazzin. loco citato. nu. 32. verſ. ſepti-
mo amplia fol. 300. vbi ex Tuſci ſententia dicit
id procedere, etiam ſi bannitus plenariè fuerit
reſtitutus.

17 Quę non modicum mouent pręſertim cum il-
lis nihil fuerit reſponſum, & vbi intrarent multo
magis facerẽt ex ſe cauſam appellabilem, vt poſt
Contard. in d. l. vnica limita. 9. num. 1. fol. 175. &
Menoch. d. remed. 4. adipiſcend. nu. 850. fol. 71.
dixi d. deciſ. 15. nu. 10. fol. 22. Rota in nouiſſim.
apud Marcheſa. de commiſ. de ſalui. interdic. par.
1. §. 2. deciſ. 33. in cauſa Romana. nu. 1. fol. 1044.
& deciſ. 34. dubio propoſito an eſſet. num. 1. fol.
eod. 1044.

18 Vel ſaltim reddunt rem dubiam, quo caſu re-
gulariter non denegatur appellatio, vt poſt Ar-
chidiac. Specu. Iaſ. & Deci. dixi d. deciſ. 15. nu. 12.
fol. 22.

Et ita retuli Illuſtriſ. ac Reuer. D. Card. Legato
Domino meo Colendiſſ.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Ceſſio quando non releuet. Fideiuſſor, an teneatur opponere exceptiones, & defenſiones competentes ei pro quo fideiuſſit victus victori an condemnetur in expenſis, quando ſententia reuocatur ex eiſdem actis.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius ſuccedit in locum cedentis, & cenſetur eadem perſona.*
2 *Ceſſionario obſtant omnes exceptiones, quæ obſtant cedẽti.*
3 *Agi non poteſt ex contractu vltrò, citròque obligatorio, niſi prius doceatur de adimplemento.*
4 *Exceptio non adimplementi dicitur litis finita, quæ impedit litis ingreſſum.*
5 *Exceptio non adimplementi, nunquam cenſetur ſublata, etiam per ſtatutum, cum oriatur ex ventre inſtrumenti, ex quo oritur petitio.*
6 *Exceptio non adimplementi opponi poteſt, etiam poſt ſententiam, & in illius executione.*
7 *Ceſſio licet in ea parte, quæ cõtinet numerationem valeat, non tamen tenet circa aliam partem ſuper qua adeſt confeſſio.*
8 *Lex per diuerſas. C. mandati edita fuit in odium Barratariam, quæ olim fiebant, vt extirparentur.*
9 *Confeſſio de recepto, ſeu implemento, non probat numera-*

tionem contra eum cui ceditur, ſed ſolum, quoad ipſum cedentem, niſi re vera doceatur de ſolutione, & conſtet de ea per veras probationes.

10 *Confeſſio, vbi eſt ſuſpitio ſimulationis, non probat numerationem.*

11 *Cedens pro modico, nulliter agit.*

12 *Ceſſio eius, quod eſt inexigibile, an teneat.*

13 *Coniectura fraudis, quando ſumatur in ceſſione.*

14 *Fideiuſſores excluduntur, quando non proponunt exceptiones, & defenſiones ſibi competentes, nec fecerunt omnem conatum, & diligentiam, quam adhibere tenebantur, ne exigerentur, & videantur colluſiſſe.*

15 *Coniectura colluſionis, & fraudis, quæ ſit in ſe non defendente.*

16 *Obligatus ſoluere certa die, an teneatur eadem die ſoluere*

17 *Fidem frangenti, fides frangatur eidem.*

18 *Obligatio de ſoluendo certa die, non eſt neceßaria, cum abſque certa determinata die promittens obligetur ad ſoluendum.*

19 *Agi, an poſſit ante implementum.*

20 *Iudex, quando ſuppleat ex officio.*

21 *Exceptio colligitur ex facto.*

22 *Adimplere, qui tenetur debet adimplere, quam primum poteſt, nulla expectata interpellatione*

23 *Plus iuris quam cedens habeat, transferri non poteſt.*

24 *Victus victori an debeat condemnari, quando ſententia fuit reuocata ex eiſdem actis.*

25 *Expenſæ, quando debentur ex contractu, iuſta cauſa litigandi non excuſat ab illis.*

DECISIO XVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Domina Aurelia Leuizzana vidua relicta quondam Bartholomei de Ciuitate Pennæ, ac mater, & tutrix filiorum, ac hæredum dicti Bartholomei, creditum ducatorum 45. quod d. no. habebat contra Dominum Petrum de Valletelllina, cum fideiuſſione Ioan. Bernardi Iancotiæ, de Ciuitate Sulmonis, & Martini Honofrij de dicta Ciuitate Pennæ, vt de eo conſtat per publicum inſtrumentum rogatum ſub die 7. Ianuarij 1613. per Dominum Tibaldum de amicis notarium regium ceſſit dictis Iancotiæ, & Honofrio ſibi ſoluentibus vnum Carlenum monetæ Argenteæ, quod ipſe partes dixerunt eſſe ad complementum dictorum ducatorum quadraginta quinque, pro quibus fideiuſſerant pro dicto Valtellina, vt pariter de huiuſmodi ceſſione conſtat, ex alio inſtrumento rogato ab eodem notario ſub die 2. Septembris 1620.

Verum, quia creditum memoratum, vt ſupra ceſſum, vltrò, citroque obligatorium erat, nam Valtellina promiſerat certa die ſoluere dictam ſummam dictæ Leuizzanæ, & è conuerſo eadem Leuizzana occaſione eiuſdem negotij promiſerat conſeruare indemnem dictum Valtellinam, etiam ante damnum paſſum ab omnibus obligationibus, & promiſſionibus per eum factis pęnes creditores negotij ſocietatis, cum reſtitutione, & emendatione omnium damnorum, & intereſſe, & expenſarum, vt latius ex eodem inſtrumento crediti rogato dicto die 7. Ianuarij 1613.

De duobus principaliter dubitatum fuit, nempe, an ſententia Domini Iudicis, à quo eſſet infirmanda.

Secundò, an in caſu reuocationis id eſſe deberet cum refectione expenſarum, ad quas victus victori regulariter tenetur.

Circa primum dubium.

Domini ſteterunt pro reuocatione ſententiæ
1 D. Iudicis, à quo moti; quia cum ceſſionarius
ſuccedat in locum cedentis, cenſeatur eadem per-
ſona, conſequatur omnia iura, quæ cedens habe-
bat, & eodem iure vtatur, vt conſuluit Surd. dicto
conſil. 22. Reuerendo Franciſco numer. 16. folio
2 103. & conſil. 82. de anno 1578. num. 13. lib. 1.
fol. 357. Barz. deciſ. 70. Dum præfatus num. 28.
fol. 194. & Seraphin. deciſi. 1210. cum die ſexta.
num. 5. par. 2. fol. 105. cui obſtant etiam omnes
exceptiones, quæ obſtant cedenti, vt probatur in
l. exceptiones. ff. de exceptio. & per Bero. conſil.
32. ex themate num. 46. lib. 2. fol. 148. & latè per
Surd. conſil. 4. plura videntur. num. 6. & ſequent.
lib. 1. fol. 28. & conſil. 333. fructus, qui vigore
num. 16. lib. 3. fol. 157. & Seraphin. deciſio. 512.
cum regulariter num. 1. par. 1. fol. 204. non po-
tuit ex dicto contractu, vltrò, citròque obligato-
rio agere, niſi prius docuerit ſe adimpleuiſſe pro
3 parte ſua omnia, & ſingula contenta in eo. l. Iu-
lianus. §. offerri. ff. de actio. emptio. Crauet. conſil.
151. neminem extare. numer. 8. 9. 10. fol. 156. &
conſ. 92. caſus ita ſe habet. num. 15. fol. 197. Rola.
conſ. 53. viſo, ac diligenter nu. 27. lib. 1. fol. 314.
Seraphi. deciſ. 225. fuit per Dominos reſolutum
num. 2. par. 1. fol. 612. & Carol. de Graſſ. de exce-
ptionib. exceptio. 13. nu. 39. fol. 95.
4 Nam iſta exceptio non adimplementi dicitur
litis finitæ, & impedit litis ingreſſum. Crau. conſ.
127. in contractu matrimonij. nu. 14. fol. 126. &
conſ. 248. iniuſtitia, & nullitas. nu. 6. col. fin. verſi-
culo non obſtat. fol. 56.
5 Et numquam cenſetur ſublata, etiam per ſta-
tutum, cum oriatur ex ventre inſtrumenti, ex quo
oritur petitio, vt per Crau. d. conſ. 127. num. 14.
Ceph. conſ. 407. Magnificus Dom. Io. Baptiſta.
nu. 19. li. 3. fol. 565. & Carol. de Graſſ. in d. tract.
de exceptio. exceptio. 13. nu. 37. & 38. fol. 95.

Quandocúque appoſita fuerit etiã in ſecunda

& tertia inſtantia,cum exceptio,non implementi
opponi poſſit,etiam poſt ſententiam ,& in illius
executione,vt per Crauett.conſ. 151.neminem
extimare nu.10.fol.156. & Carol.de Graſſ.d.ex-
cept.13.num.55.fol.96.

7 Secundo quia Ceſſionarij, ſe fundant in d.ceſ-
ſione, quam obtinuiſſe aſſerunt, à d.Leuizzana,
quæ licet in ea parte,quæ continet numeri ratio-
nem d. Carleni ſoluti valeat Gabr.concluſ.5.de
actio num.1.fol.81.& nu.42.fol.82.non tamen
ſubſiſtit circa aliam partem ſuper qua adeſt con-
feſſio de implemento,vt poſt Bald. in l.per diuer
ſas num.44.col.fin.fol.104.cenſuit Magon.deci-
ſion.53.Cæſar quondam num. 10.fol.184.cum
illa tunc ſuſpitione ſimulationis non careat ad tra
dita per Salicet.in l.ab Anaſtaſio.C. Mandat.vel
contr.num.2. In verſiculo ſimiliter, vt non ſuffi-
8 ciat confeſſio, & in l.per diuerſas.C.eod.tit.num.
1.Verſic. Ceſſionarius fol.195.quam Anaſtaſius
Imperator in Odium Borratariarum,quæ olim
fiebant,vt extirparentur fecit teſte Odofredo in
eadem.l. per diuerſas. C.Mandat.In principio.

9 Nec probet pecuniariam numerationem con
tra eum cui cedit ,vt per Gabr.concluſion.5.de
Action.num.2.fol.81.Et Put. deciſ.22.Bernar-
dinus de Bareſano nu.7. & per tot:lib.3.fol.357.
ſed ſolum , quo ad ipſum cedentem , niſi reuerà
doceatur de ſolutione,vt in terminis decidit Bar.
in l. per diuerſas num.12. C. mandat. aduerſus,
quem licet inſurgat Bald. relati per Caſtrenſ. in
eadem.l.per diuerſas nu.12.C.mandat.fol.225.
dicit tamen ibi Caſtren.quod Bartholi opinio in
multis locis tenetur , & quod pro ea Perusij plu-
ries fuit Iudicatum,& conſtet de ea per veras pro
bationes iuxta doctrinam Guidonis Pap. deciſ.
567.an compenſatio num.2.in verſiculo,nec ſuf-
ficit confeſſio fol.235. Gabr. de actio.concluſ.5.
num.21.fol.81. Vt ſill.ad ſtrict.deciſ.74. fuit ex-
citatum nu.8. vbi teſtatur de Communi , & Ma-
gon.d.deciſ.53.num.11.fol.184.

10 Et quod memorata confeſſio, vbi eſt ſuſpitio
ſimulationis , non probet numerationem, tradit
Natt.conſ.430.ſuppoſita num. 9. lib.2.fol.403.

Augetur ſuſpitio ſimulationis, quia præter
quam quod Leuizzana fecit ceſſionem pro mo-
dico , nempè prædicto vno Carleno, quod rece-
21 pit ,& ſic nulliter Gabr. d. Concluſio. 5. de A-
ctio. num. 34. fol. 82. Magon. deciſ. Lucenſ.51.
22 Cæſar numer.12.fol.159.& veriſimiliter , quod
ceſſit eſt Inexigibile ob exceptiones competen-
tes ipſi debitori ceſſo Crauett. conſil. 979. Non
inargutè numer.4.lib.5.fol.418. & tanto magis,
quod habita ratione ad id quod Leuizzana ſolue-
re debuiſſet pro conſeruando indemnem dictum
debitorem ceſſum , à debitoribus negotij præfati
potius de longè maiori ſumma eſſet debitrix,quã
creditrix ad tradita per Crauettam,vbi ſupra nu.
13 5.In verſiculo coniectura fol.eod.& 419.ex quo
ſumitur ſecundum eundem Crauett. ibi alia
coniectura fraudis, quaſi ceſſet cauſa Iuſta, ratio-
nabilis, & neceſſaria , qua mota fuerit ad ceden-
dum, quæ præſumere facit ceſſionem fraudulen-
tam , & inualidam ad tradita per Cephal.conſil.
685.quamuis,tunc communi num. 18.& 19.lib.
5.fol.295.

14 Tertio nam vbi verè ceſſionarij præfati vti fi-
deiuſſores Valtellinæ dictam pecuniarum quan-
titatem ſoluiſſent,adhuc ceſſat actio intẽtata & ex
alio capite excluderentur, nempe quia non pro-
poſuerunt exceptiones , & defenſiones eidem cõ-
petentes,quos proponere poterant, etiam inuito
Reo.l.omnes exceptiones 19.ff. de exception.rei
Iudicat.& tenebantur, vt in puncto probat tex.in
l.fideiuſſor 29.ff.mandat. & conſuluit Abb.conſ.
82.conditoris omnium num. 11.lib. 1.fol.40.&
Menoch.conſ.212.multa ſunt num.78.lib.3.fol.
52.& cenſuit Magon.deciſ. Lucenſ.92. ſtant de-
creta num.8.& 19.fol.237.& 238.

Non adhibuerunt omnem conatum ac dili-
gentiam,quam adhibere tenebantur,ne exigeren
tur iuxta tradita per Bald.in l. Venditor. §. ſolet.
ff.de Hæredit. & action.vendit.nu. . . fol. Abb.d.
conſ.82.num.11.Riminald.Sen.conſ.132.In præ
ſenti difficultate num.13.lib.1.fol.193.Marſil.in
Rubr.de fideiuſſ.numer.186.fol.12.Cagnol.in l.
non videtur.§.qui nu.2.ff.de regul.Iur.fol.296.
Menoch.de Arbitrar.Iud.lib.2.caſu: 137.nu.14.
fol.323.& d.conſ.212. num.64.lib.3. . . Et vide-
rentur colluſiſſe , cum Leuizzana cui aſſeruerunt
ſoluiſſe,dictas defenſiones omittendo,quę in pro
15 poſito optima eſt cõiectura ad colluſionem pre-
ſumendam,vt in puncto poſt Io.de Anan. & So-
cin.Conſuluit Menoch.dicto conſ.212.num.77.
lib.3.fol.52.ſeu per Malitiam , & in fraudem id
feciſſe,vt in ſpecie conſuluit Abb.d.conſil.82.col.
Vltima:num.11.lib. 1.fol.40. & Menoch.d.conſ.
212. num.78. præſumaturq; ſpontè non autem
coactè ſoluiſſe ſecundum Decia.conſil. 28. quod
autem num.28.lib.3.fol 333.

16 Quod fideiuſſores prædicti , vti obligati certa
die ad ſoluendum Leuizzanæ tenerentur omni-
nò eadem die ſoluere. Intelligitur quando ex
parte petentis conditio contractus eſt adimpleta,
vt per Alexand.conſil. 119. Viſo proceſſu col.2.
num. . . , verſiculo ,ſed ita eſt quod ſtatutum fol.
17 102.Non in ſpecie de qua agitur , in qua ille cui
promiſſa impleta non fuerunt ad implendũ mi-
nimè tenetur, tam, ex iam dictis, quam ex regula
fran-

frangenti fidem, fides frangatur eidem, de qua in l. qui fidem. ff. de tranſactio. l. quero. §. interlocatorem, ff. locat, l. cum proponas, vbi gloſſ. in verbo vti litera S. & Iacobin. de Sancto Georg. nu. 2. C. de pact. fol. 57. & alij, & Marſil. ſingul. 145. frangenti fidem. fol. 33. qui loquitur in fortioribus terminis, etiam, quod promiſſio fuerit iurata, vt per eumdem Marſil. ſingul. 47. pariter incipiente frangenti fidem.

18 Vltra quod obligatio de ſoluendo certa die in caſu, & ad effectum, de quo agitur, non ſtringit eum, & abſque certa determinata die promittens obligetur ad ſoluendum, vt in l. in omnibus obligationibus, vbi latè Modern. ff. de reg. iur. & per Iaſon. in l. ſi fundum per fideicommiſſum in 3. notab. nu. 1. ff. de leg. primo, de quibus meminit Crauet. conſ. 192. caſus, ita habet. numer. 18. folio 197.

19 Immo cum dicta Leuizzana, ex dicto contractu, vltrò, citròque obligatorio eſſet ſpecificè, ac determinatè, ex quadam cauſa finali obligata, vt in eodem inſtrumento ad conſeruandũ indemnem dictum Valtellinam, non potuit aliquid facere ad præiudicium eiuſdẽ ad tradita per Crauet. conſ. 192. caſus ita habet nu. 21. fol. 197. implementum ex parte ſua, quod ab ipſa incipere debebat non autem à Valtellina, cui implendum erat ſecundum eundem Crauet. d. conſ. 192. nu. 25. fol. 197. Surd. deciſ. 200 ex multis cauſis, quibus. R. Syndicus ſub nu. 3. fol. 443. etiamſi non fuiſſet petitum, vt per eumdem Surdum deciſio. 57. Caſtri. Gifredi. ſtat. num. 12. fol. 127. Monac. deciſ. Florent. 25. Donatus Iulius num. 7. & ſeq. fol. 62. & deciſio. Lucan. 61. quinto fuerat etiam dubitatum. nu. 9. fol. 90. & Graſſ. d. exceptio. 13. nu. 51. fol. 96.

20 Quia iudex tunc ſupplet, ex offitio Crauet. d.
conſul 151. nu. 10. fol. 156. & Graſſ. in ſæpe dicta
exceptio. 13. nu. 13. nu. 53. fol. 96. & exceptionem
21 colligit ex facto, vt per Magon. deciſ. Lucenſ. 17.
agebat Antonius. num. 18. fol. 59. ex quo ius oritur, etiam vbi poſita non fuiſſet dicta clauſula an-
22 te damnum paſſum, cum id implere teneretur,
quam primum poterat nulla expectata interpellatione, vt per eumdem Crauet. d. conſ. 192. num. 17. fol. 197. nec per ſe, nec medio illorum, quibus iura ſua ceſſit ad quorum fauorem plus iuris,
23 quam cedens haberet transferre non poterat.

Circa ſecundum dubium Domini dixerunt
victum victori eſſe in expenſis condemnandum
24 non ſimpliciter ex eo, quod ſententia fuit reuocata, ex eiſdem actis, vt tenent Guido Papa deciſ. 137. ſed quid dicemus nu. 1. verſiculo, aut in primis actis ſuccubuit fol. 65. Capell. Tholoſan. deciſ. 222. item fuit quæſitum. num. 1. fol. 495. Verald. deciſ. 179. condemnatio in expenſis per tot. lib. 1. fol. 50. & deciſ. 340. expenſæ litis &c. nu. 4. d. lib. 1. fol. 99. & Rota Bononienſ. diuerſorum. deciſ. 140. Summus Pontifex. num. 56. fol. 764. & alij, quia optimè ſciunt multos tenere, ac defendere contrarium, vt latè facit Viuius in ſuis deciſionibus Barenſibus. deciſ. 47. victum victori ſub numer. 5. & ſeq. fol. 96. quem ſequitur Barz. deciſ. Bononienſis 113. fuit per illuſtrem in fine. fol. 295. & Monach. deciſ. Lucenſ. 13. Aloyſius Tintor num. 57. atteſtantes, de communi, & veriori.

25 Sed quia hic agitur expreſsè de expenſis promiſſis, ac debitis, ex contractu, quæ debentur iure actionis, à quibus etiam habens iuſtam cauſam litigandi non excuſatur, vt poſt gloſſ. in l. tertia. §. ſi rem. ff. de legat. 3. in verbo fortaſſis litera Y. quam Paul. de Caſtro in l. properandum. §. ſin autem alterutra nu. 4. C. de iudic. ad hoc ſingularem cenſit Marſil. ſingular. 237. expreſsè fol. Ioan. de Amicis conſ. 151. in cauſa vertentes. nu. 25. fol. 326. Decius conſ. 74. & diligenter num. 2. verſiculo ad hoc ſpecialiter, benefacit fol. 65. Couar. praticar. quæſt. c. 27. col. 14. fol. 421. Natt. conſ. 113. viſo proceſſu num. 9. in fine lib. 1. folio 231. Cephal. conſil. 265. Magnificus Dominus. num. 21. lib. 2. fol. 209. Rimin. iunior. conſ. 255. ſuper quæſitis. num. 9. lib. 3. fol. 132. tradit Affin. in ſua iudiciorum praxi. §. 32. cap. 1. limit. 1. ſublimatio. 1. num. 3. lib. 220.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Gubernator à Papa electus ſede vacante an poſſit, & debeat ad dictum officium recipi, & admitti.

SVMMARIVM.

1 *Mors Pauli Papæ Quinti.*
2 *Iuriſdictio ordinaria, quomodo probanda ſit.*
3 *Sede vacante nihil eſt innouandum.*
4 *Mors omnia ſoluit.*
5 *Voluntas finitur morte.*
6 *Iuriſdictio ordinaria acquiritur ſtatim expeditis literis.*
7 *Iudex ordinarius eſt communis iudex, quem quilibet adire poteſt ſtatim expeditis literis, quæ habentur loco tituli.*
8 *Iuriſdictio delegata, an extinguatur per mortem concedentis.*
9 *Officia licet extinguantur mortuo Principe, illa tamen confirmantur*

confirmantur per ſucceſſorem, niſi ex cauſa legitima alios inſtitueret, per quam non dicuntur adipiſci nouam Iuriſdictionem, ſed antiquam continuare.

10 *Officia omnia in Vrbe de ſtilo ſuſpenduntur, vſque ad electionem noui Papæ, vel expirant exceptis aliquibus.*

11 *Iuriſdictio conceſſa ad beneplacitum, an expiret per mortem concedentis.*

12 *Vicarius epiſcopi habet Iuriſdictionem ordinariam, quæ expirat morte epiſcopi, non ſolum, quo ad negotia nondũ cœpta, ſed etiam quo ad cœpta.*

12 *De Iure Ciuili non reperitur data ordinaria Iuriſdictio, Vicarijs, ſeu vicem gerentibus, niſi Vicario præfecti prætorio.*

13 *Mortuo Epiſcopo Iuriſdictio deuoluitur ad capitulum.*

14 *Sede vacante finitur re integra Iuriſdictio delegatis.*

15 *Iuriſdictio delegantis, non vacat quando, eſt facta ſub nomine dignitatis.*

16 *Dignitas nunquam moritur. & num. 27.*

17 *Sedes Apoſtolica non moritur.*

18 *Iuriſdictio legati non expirat per mortem Papæ.*

19 *Legatus de latere habet ordinariam Iuriſdictionem.*

20 *Iuriſdictio ordinaria in quo differat, à delegata.*

21 *Iuriſdictionale mandatum an expiret morte mandantis.*

22 *Officiales habentes Iuriſdictionem ordinariam non reuocantur morte dominorum.*

23 *Iudices ordinarij proprio Iure vtuntur, quod eſt in eis radicatum.*

24 *Officia iudicum ordinariorum habent in ſe rationẽ gratiæ.*

25 *Iuriſdictio delegata habet in ſe rationem Iuſtitiæ, nec datur in fauorem ipſius Iudicis.*

26 *Iuriſdictio ordinaria dicitur conceſſa ſub nomine dignitatis in abſtracto, quod non eſt in delegato. quæ cenſetur facta ratione iuriſdictionis exiſtentis, in concreto penes delegantem.*

27 *Iuriſdictio delegata conceſſa ſub nomine dignitatis non extinguitur per mortem delegantis.*

28 *Iuriſdictio ordinaria probatur per literas patentales ipſius principis.*

29 *Gratia Papalis probatur per literas ipſius Papæ.*

30 *Probans per literas an dicatur probare, etiam per Inſtrumentum, & quare.*

31 *Inſtrumentorum Appellatione, quæ veniant.*

32 *Vtens gratia ſibi conceſſa non dicitur innouare.*
Innouare, nec attentare dicitur vtens Iure ſuo. num. eod.

33 *Mors quod omnia ſoluat non verificatur In Iuriſdictione ordinaria.*

34 *Morte & ſi voluntas extinguatur, non tamen inducitur reuocatio voluntatis, quæ contrariam voluntatem expoſtulat.*

35 *Officia ordinaria conceſſa cum clauſula ad beneplacitum, non vacat per mortem Regis ante aduentum ſucceſſoris, etiam re integra.*

36 *Officiales ad beneplacitum dicuntur perpetui, quãdo ſunt officiales principis, ſed mortuo Rege debent petere confirmationem, à ſucceſſore.*

37 *Perpetuum reputatur conceſſum ad beneplacitum.*

38 *Tex. in cap. ſi gratioſè de reſcript. in 6. quomodo intelligatur.*

39 *Gratia conceſſa, cum clauſula ad beneplacitum an extinguatur morte concedentis, & quare.*

40 *Officia omnia de ſtilo Vrbis an ſuſpendantur vſq; ad electionem noui Papæ, vel extinguantur per mortẽ ipſius.*

41 *Stilus Vrbis an debeat attendi tanquam perueniens, à Magiſtra aliarum ciuitatum.*

42 *Cauſæ omnes in Vrbe cenſentur delegatæ, & ibi nullus habet Iuriſdictionem ordinariam, niſi Papa.*

43 *Iuriſdictio Vicarij ſe habet ad Iuriſdictionem Epiſcopi per modum acceſſorij, quod ceſſat deficiente ſuo prin.*

DECISIO XVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 SEde vacante per obitum Pauli Papæ Quinti
Pontificis maximi, quę fuit die Iouis 28. Ia-
nuarij præſentis anni 1620. hora 23. in circa du-
bitatũ fuit an electus ad Gubernium Cotognolæ
ante dictæ ſedis vacationem virtute literarum e-
xhibitarum debeat ad illud recipi, & admitti.
2 Ratio Dubitandi fuit, quia vbi agitur de pro-
banda ordinaria Iuriſdictione electio memorata
erat probanda per publicum inſtrumentum, vt
ſingulariter poſt Bald. in l. prohibitum num. 12.
in 2. col. C. de Iur. fiſci fol. 244. tradit Iaſ. in l. Mo-
re maiorum num. 53. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. fol.
71. vbi aſſerit ſe id alibi non legiſſe, non autem
per dictas literas.
3 Secunda, quia ſede vacante nihil eſt innouan-
dum c. 1. ne ſede vacant. & Gloſſ. in clement. fina.
de Procuratorum in verbo reuocare litera. M.
verſiculo quia tunc cum vocat ſedes.
4 Vltra quod mors omnia ſoluit. l. in ſumma. ff.
de re Iudic. l. Neratius ff. de Reg. Iur. §. deinceps
in authen. de nupt. Cephal. conſ. 753. verba dub.
5 num. 7. lib. 5. fol. 488. & morte finitur omnis vo-
luntas. l. 4. ff. locat. Bald. & Alex. in l. poſt dotem
ff. ſolut. Matr. Cephal. vbi ſupra num. 16.
6 Siue agatur de Iuriſdictione ordinaria, quam
Iudices ab Apoſtolico, vt eccleſiaſtici, vel ab Im-
peratore vtpotè ſęculares. c. à Iudicibus 2. quæſt.
6. vel, à lege, vel vniuerſitate, vel, à conſuetudine
legitima, vt per Alberig. in verbo ordinarius Iu-
dex eſt; Iure magiſtratus accipiunt, & in omnes
exercent, niſi eos, qui iure quodam ſpeciali vel
priuilegio exempti ſunt Reb. in l. pupillus 239.
§. Munus publicum ff. de verbor. & rer. ſignifica.
in Verſiculo ordinarius fol. 1054. Vbi dicit Iudi-
7 cem ordinarium eſſe communem Iudicem, quẽ
quilibet adire poteſt ſtatim expeditis literis, qui-
bus ſibi iuriſdictio quæritur, & loco tituli haben-
tur. Rota deciſio. 20. alias 450. circa ſecundum
num. 5. verſiculo ſed quia gratia de conceſſ. præ-
ben. in nou. fol. 206. Geneſ. ſuper regul. cancella.
in regula de non iudicando. iuxta formam ſup-
plicationis quæſt. 68. num. 1. verſ. quia videmus
8 fol. 75. ſiue delegata vt probat Archidiacon. in c.
petiſti. 7. q. 1. num. 4. fol. 160. dicens literas Iuriſ-
dictionis puræ, expirare morte mandantis Gug-

lielmus

lielmus de Benedictis numer.39.de teſtam.ſol.3.
9 qui dicit quod licet morte principis officia ab eo
conceſſa finiantur, Rex tamen illa confirmare
conſueuit, niſi ex cauſa legitima alios inſtitueret
per quam non dicuntur adipiſci nouam Iuriſdi-
ctionem, ſed antiquam continuare, percipiendo
ſalaria, ſicut prius pro tempore, quo plus ſeruie-
rint, vſq; ad aduentum ſucceſſoris in prouinciam
Caſſane.ſuper conſuetud.Burgun.Rubr.1.§.6.n.
82.fol.264. Gloſſ.ad regul cancellar. quam ad-
10 ducit.Franciſc. Marc.deciſion.780.In parte in fi.
part.1. fol. 291. vbi dicit, quod in Vrbe de ſtilo
omnia officia ſuſpenduntur, vſq; ad electionē no-
ui Papæ, præter certa expreſſa in Clementina ne
Romani.§.eo autem prouiſo de electio. & Zaba-
rella in element.Auditor de Reſcript.n.15.fol.7.
qui affirmat omnium officialium Curiæ Iuriſdi-
ctionem expirare per obitum Papæ, exceptis ali-
quibus, de qbus habetur in dicta Clementina &c.
de Romani: Et præſertim ſi huiuſmodi Iuriſdi-
11 ctio eſſet conceſſa ad beneplacitum Papæ, quo-
niam tunc huiuſmodi Iuriſdictio eo mortuo ceſ-
ſat, & per tex.in c. ſi gratioſè de reſcript.in 6.vo-
luit Pariſ.in ſuo trac.de ſindicat.in Verbo officia-
lis perpetuus.nu. 3. fol.349. & probatur per Be-
ro.in c.cum ſit Romana de Appellatio.num. 57.
fol.146. dicentem beneplacitum extingui, & ad
ſucceſſionem non tranſire.

Vel de ordinaria tantum, vt patet in officio
12 Vicarij Epiſcopi de Iure canonico habentis Iu-
riſdictionem ordinariam Gloſſ. in c. ſecundo de
offic. Vicar.in 6.in verbo officialem litera.g.Mo-
lin.de Hiſpano. primogen. c. 25.lib.1.num. 13.
fol.160.vbi allegat d.Gloſſ.& aliam in c.Roma-
na in verbo generalitatem litera. A.de Appella-
tio in 6.Iuncto tex. ibi in princ. & alios atteſtan-
13 do de communi, quæ nihilominus morte Epi-
ſcopi extinguitur.vt probat Gloſſ.in Clemen. ff.
de procurator. in verbo conteſtata litera b. &
Iacobin.de Sancto Georg. in l. more 35.ff. de
Iuriſdictio. omn. Iudic.deuoluitur ad capitulum
c.penultimo in fine ne ſede vacante, cum cæteris
allegatis per Iaſ.in d.l. more maiorum num. 18.
ff.de Iuriſdict omn. Iud. Iacob.Mandell. Alben.
in l.1.ff.de offic.eius numer.10.fol.2. non ſolum
quo ad negotia nondum cępta, ſed etiam, quo-
ad iam cępta, vt ibi per d.Gloſſ.Panormitan.in c.
extirpandæ §.quia, vero num. 14.de præben.

Quicquid ſit de Iure ciuili quo licet non repe-
riatur data Iuriſdictio ordinaria, vicarijs, ſeu vicē
gerentibus, niſi Vicario præfecti prætorio vt per
Gaſpar.Galbiat in Rub.de offic.eius num.48.fol.
16. qui etiam dicit, quod fortaſſe non poſſunt
præſides, vel prætores, aut alij magiſtratus exce-
pto præfecto prætorio delegare vniuerſitatem
cauſarum alicuius capituli, vel conſtituere ſibi
Vicarium per l.2. C. de pedan. Iudic.aut ad hæc
C.de Iudic.& §.ad hoc phibemus in auth.de col-
lat. nihilominus cū hodie dicti Vicarij conſtituā-
tur, vt Ius dicant in pręſentia ipſorum conſtituen-
tium in eodem tribunali, non cenſentur prohibi-
ti per leges ſupradictas, in contrarium allegatas,
vt in ſpecie reſpondet, ac tradit Iacob.Mand.Al-
ben.in d. Rub.de offic.eius num. 12.fol.3. qui vl-
terius dicit, quod ita ſeruat hodierna conſuetudo
habens vim legis.

Sed prædictis non obſtantibus contrarium
fuit tentum coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſi-
mo Domino Petro Carraffa Vicelegato Hu-
ius inclitæ Ciuitatis Ferrariæ Iur. C. Inſigni,
ac omnibus virtutibus prædito Domino meo
colendiſſimo.

14 Motus, quia licet per vacationem Sedis Apo-
ſtolicę re integra finita ſit Iuriſdictio delegantis,
vt probat tex.in l.& quia 6.ff.de Iuriſdictio.omn.
Iud.& ibi Bart.& Alexan.Bart.in l.more maiorū
eodem titu.num.17.Iaſon: ibidem num. 5.& 6.c.
Relatum 19.cap.li.et 30.de offic. delegat. Fran.
March.Deciſ.780.quæritur an officia part.1.fol.
291.Coſta de re integra.diſtinct. 35.num.3.fol.
118.facit Gloſſ.in l.venditor.§.Iudices in verbo,
& cogl littera. n. in verſiculo alij diſtinguunt. ff.
de Iudic. Niſi delegatio eſſet facta ſub nomine
15 dignitatis.l.quod principi 58.ff.delegat.2.Iaſon:
16 in d.l.more maiorum. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.
num 65.quia dignitas nunquam moritur.c.ſi gra
17 tioſè.5 de reſcript. in 6. ibi quia ſedes ipſa non
moritur Franc. March. d. deciſ.780. num.2.Me-
noch.de Arbitrar.Iudic.quęſtio.68 .num.21.fol.
81.Coſta in ſuo tract. de Re Integr. diſtinct. 50.
num.3.fol.161. Iaſo.in d. l. more maiorum nu
14.qui loquitur de Sede Apoſtolica.

18 Vel ageretur de Iuriſdictione legati de latere,
quæ per mortem Papę non extinguitur, licet hęc,
vt inquit Iaſ. loco proximè citato non ſit limita-
tio, nec faciat, quia legatus de latere eſt Iudex or-
19 dinarius, vt de hoc eſt tex. in c.2.de offic. delegat.
Non tamen finita eſt Iuriſdictio ordinaria de
20 qua agitur, quoniam huiuſmodi Iuriſdictio, vt
inquit Sanchez.in ſuo tract. de Sācto Matrimon.
lib.3.de conſenſu clandeſt.diſput. 29.num.2.fol.
306.in hoc differt à delegata, quod per mortem
Principis non vacat, extinguitur vt per tex. in d.c.
2.de offic.legat.in 6.ibi commiſſum tibi, à præde-
ceſſore noſtro legationis officium nequaquam
per ipſius obitum &c.& in l.more, & l.quia ff.de
Iur.omn.Iud.l.proponebatur ff de Iudic. Cēſuit
Franc.Marcus d.deciſio.780.part.1.num.1.fol.

291.&

291. & probat Iaſon. in d.l. more maiorum. nu.
5. vbi dicit, quod iuriſdictio ordinaria nunquam
per text. in l. proponebatur. ff. de iudic. nec expi-
rat, vt per eundem Iaſo. loco citato. nu. 18. Iacob.
Mandel. in d.l.1. ff. de offic. eius num. 9. verſ. non
autem ordinarius, fol. 2. Barbat. in l. quia tale 14.
ff. ſolut. matrimon. num. 83. fol. 187. Iacobin. de
Sancto Georg. in d.l. more maiorum. num. 5. in
ſecunda lectura fol. 43. Coſta in ſuo tracta. de re
integr. diſtinct. 35. num. 4. fol. 118. qui conſide-
rando hanc rationem dicit, quod licet iuriſdi-
ctionale mandatum expiret morte mandantis re
integra, iudex tamen datus, hoc eſt habens ordi-
nariam iuriſdictionem, non finitur morte conce-
dentis, Caſſane. ſuper conſuetud. Burgund. de Iu-
ſtices & Droict. d. Velles Rub. 1. §. 6. nu. 83. fol.
22 263. vbi dicit, quod officiales habentes iuriſdi-
ctionem ordinariam, vt ſunt, Balini, Seneſcalli
Regis non reuocantur morte Dominorum; &
Molin. de Hiſpanorum primogeni. lib. 1. cap. 25.
num. 12. fol. 160. ibi. ſi igitur delegati non ordi-
narij ſint, conſequens eſt, vt eorum officia morte
conſtituentium expirent.
23 Ratio eſt, quia proprio iure vtuntur, vt proba-
tur in d.l. quia, ff. de iuriſdictio. omn. iudic. & argu. l. 2.
C. de actio. & obligatio. & in l. iudicium ſoluitur.
ff. de iudic. quod eſt radicatum in ipſo ordinario,
Iaſon. in d.l. more maiorum num. 19. in verſicu-
lo patet ex textu noſtro. ff. de iuriſdictio. omn.
iudic.

Secunda ratio eſt, quia iuſſus ipſius Principis
24 non expirat per eius mortem, ſeu reuocatur, vt
per Petr. à Bellapert. in l. more maiorum, ff. de iu-
riſdict. omn. iud. n. 8. verſiculo vbi Princeps, fol.
11. vltra quod officia huiuſmodi ordinaria habēt
in ſe rationem gratiæ, quæ non extinguitur mor-
te concedentis, vt probatur per text. in c. ſi ſuper
gratia 9. de offic. delegat. in ſexto, vbi æquum eſſe
cenſemus, vt ſicut ipſa gratia, licet nondum ſit in
eius executione proceſſum, morte non perimitur
concedentis, ſic nec etiam re integra perimatur,
Bero. in cap. quoniam Abbas de offic. & poteſta.
iudic. delegat. num. 33. fol. 33. dum dicit, quod li-
teræ gratioſæ habent plus gratiæ, & priuilegij,
quam literæ contentioſæ, & ad lites maximè ſi
gratia eſt facta ex cauſa, quæ durat, Archidiac. in
c. licet canon. de electio. in 6. in fin. fol. 36. quod
25 non eſt in iuriſdictione delegata, quæ habet in ſe
rationem iuſtitiæ, nec datur in fauorem ipſius
iudicis, ob quod mors ſuperioris prorſus labefa-
ctat, & corrumpit ipſam commiſſionem, vt idem
Coſta in dicto ſuo tract. de re integra diſtin. 35.
d. num. 4. fol. 118. ex multorum teſtimonio fir-
mat, etiam allegando Garziam in ſuo tractatu de
benefic. par. 6. cap. 2. num. 320. cum pluribus ſe-
quent. fol. 250.

Tertia ratio eſt, quam adducit Barboſa in di-
26 cta l. quia tale 14. ff. ſolu. matrimon. num. 83. fol.
192. quia iuriſdictio ordinaria videtur conceſſa
nomine dignitatis in abſtracto, quod non eſt in
delegata, quæ cenſetur facta ratione iuriſdictio-
27 nis exiſtentis in concreto penes delegantem: &
propterea, vt ſupra dictum fuit, ſi delegatio quan-
doque facta reperiretur ſub nomine dignitatis il-
la non extingueretur per mortem delegantis, ſed
tranſit ad ſucceſſorem in dignitate. Bero. in d. c.
quoniam Abbas de offic. delegat. num. 33. folio
33. verſiculo ergo ſi datæ, & de ea, quoad hunc
effectum, vt de ordinaria iudicaretur, dicta ratio-
ne, quod dignitas nunquam moritur. d. c. ſi gra-
tioſe, de reſcript. in ſexto, cum alijs ſupra alle-
gatis.

Quod non fuerit probatum de iuriſdictione
ordinaria per publicum inſtrumentum, nihil fa-
cit.
28 Primò, quia illa probatur per literas patenta-
les ipſius Principis, vt quotidie practicatur immò
29 cum iſta ſit gratia Papalis, qua mediante fuit
cōceſſum dictum gubernium, abſque dubio pro-
batur per literas ipſius Papæ, vt poſt Archidiacon.
& Io. Andr. tradit Rota in no. decif. 27. aliàs 332.
licet à Romana Curia, de reſcript. fol. 24.

Præterea ſi literæ Præſidis probant l. ſi quis in
hoc genus 30. C. de Epiſcop. & Cleric. ibi præſi-
des prouinciarum, vt quoque faciunt illæ Epiſco-
porum, & ſimilium in dignitate conſtitutorum
etiam ſine teſtibus, quando ſunt munitæ eorum
ſigillo publico, & authētico. Crauet. conſ. 122. de
anno 1536. num. 14. fol. 121. & Barbat. conſ. 42.
iudicio vnius cuiuſque. num. 7. lib. 3. fol. 109. qui
loquitur de literis Prælati ſigillatis ſigillo Præla-
ti, & ordinis, quibus ſtandum eſt facit Rota. in
nou. deciſio. 6. aliàs 397. nota creditur. num. 1.
fol. 285. à fortiori probabunt literæ ipſius Prin-
cipis, ac Papæ.

Secundò, quia qui probat per literas dicitur
30 etiam probare in caſu, & ad effectum, de quo a-
gitur per inſtrumentum, cum inſtrumentorum
appellatione veniat ſcriptura probans aſſertio-
nem, vel intentionem alicuius, vt eſt dicta gratia,
toto titulo de fide inſtrumento. cap. ſignificauit.
31 c. Albericus 43. de teſtibus, & ſub nomine in-
ſtrumentorum omnia illa contineantur, quibus
cauſa inſtrui poteſt, l. in exercendis. C. de fid. in-
ſtrum. l. 3. C. ſi minor, ſe maior. dixe. l. ratione §.
inſtrumentorum. ff. de verbo ſignifica. c. peruenit
de teſtibus cogen. Rebuff. in d. §. inſtrumen-
torum appellatione in princ. fol. 582. ſaltem iu-
dicis

dicis Arbitrio ſecundum Alciat, in eodem. §. In-
ſtrumentorum appellatione in verbo ſeparare
litera D.fol.171.

Non obſtat, quod Sedė, vacante nihil ſit inno-
uandum.

32 Quia id non applicatur ad ſpeciem. de qua a-
gitur in qua vtens gratia expedita ante Sedis va-
cationem, non dicitur innouare, ſed iure ſuo vti
virtute gratiæ, quæ per mortem concedentis, &
Sedis vacationem non expirat, vt demõſtratum
fuit, quod cuique licet l. ſi fundum C. de rei ven-
dicatio. etiam abſq; vitio attentati Innoc. in c. Ve-
nerabili num.3. de cenſibus: fol.185. cum cæteris
per me adductis in deciſio. Marchię deciſ.30. An-
dreas Cicchi num.1. fol.40. ſecundum impreſſio-
nem Florentinam.

33 Quod mors omnia ſoluat, & morte extingua-
tur voluntas, non verificatur in Iuriſdictione or-
dinaria, quę quando eſt conceſſa non expirat, nec
euaneſcit per mortem cõcedentis Iuribus, ac Ra-
tionibus ſupra deductis.

34 Etiam quod huiuſmodi conceſſio facta eſſet
cum clauſula ad beneplacitum noſtrum, quoniã,
& ſi morte voluntas extinguatur, non tamen in-
ducitur reuocatio voluntatis, quę contrariam vo-
luntatem expoſtulat c. ſi delegatus 7. de offic. &
poteſta. Iudic. delegat. in 6. & ſic aliud eſt ceſſare,
aliud reuocare, vt in ſpecie reſpondet Menoch.
lib.1. de Arbitrar. quæſt. 69. num. 13. & 14. fol.
85. & latè habetur per Barboſ. in d. l. quia tale 14.
35 ff. ſolut. Matrim. num. 84. fol. 187. vbi in puncto
dicit huiuſmodi officia ordinaria conceſſa cum
clauſula ad beneplacitum, nõ vacare per mortem
Regis concedentis ante euentum ſucceſſoris, etiã
re integra allegando Capic. deciſ. 116. quod res
conceſſa num.3. fol.115. Caſſan. ſuper conſuetu.
Burgund. de Iuſtices, & dicit de Cellis Rubr.1. §.
6. num.87. fol.265. qui dicit, quod officialis po-
ſitus ad beneplacitum reuocatur morte inſtituen
tis, ſecus in officijs perpetuis, ſubdens poſtea nu.
36 82. ſe credere, quod officiales ad beneplacitum
dicantur perpetui, quando ſunt officiales princi-
pis, qui mortuo Rege debent petere confirmatio
nem à ſucceſſore ſecundum conſuetudinem, &
obſeruantiam Franciæ Molin. de Hiſpano: pri-
mogen. lib.1. c.25. num.5. fol.159. qui dicit regu
37 lare eſſe, quod conceſſum ad beneplacitum per-
petuum reputatur, vt voluit etiam Capic. d. deciſ.
116. num.8. d. fol.115. dum dicit de officiali dato
ad beneplacitum idem iudicari, quod de perpe-
tuo, poſt quos expreſsè firmat cauendum eſſe, à
Paride de Puteo de Sindic. in verbo officialis per
petuus nu.3. fol.252. in contrarium, vt ſupra alle-
38 gato, & reſpondet ad tex. in d. c. ſi gratioſè num.
1. de reſcript. in 6. quem procedere aſſerit in gra-
tijs, & beneficijs conceſſis per principem, quæ li-
cet Regulariter, non expirent per mortem con-
cedentis, tamen poſita dicta clauſula ad benepla-
citum noſtrum, morte concedentis extinguitur
39 gratia, quia in dubio creditur concedentem re-
tuliſſe ſe ad beneplacitum dignitatis conſiderato
in concreto, ſecus quando conceditur officium or-
dinarium, Iuriſdictionem habens annexam, quia
videtur habitus reſpectus ad dignitatẽ in abſtra-
ctu, vt latè per eundem Barboſam ibidem.

40 Non obſtat, quod de ſtylo Vrbis omnia offi-
cia ſuſpenduntur, vſq; ad electionem noui Papæ
præter certa, vel expirant.

41 Quoniam licet à tali ſtylo non eſſet etiam ex-
tra vrbem recedendum, vti perueniẽs à Magiſtris
aliarum ciuitatum, id tamen fallit in caſu de quo
42 agitur ob diuerſitatem rationis; quæ eſt in Vrbe
in qua propter præſentiam Papæ omnes cauſæ
ibi exiſtentes cenſentur delegatę & nullus ibi ha-
bet Iuriſdictionem ordinariam niſi Papa, vt tra-
dit Archidiac. in c. experientię 11. q.1. in verſicu-
lo quicquid dicant doctores numer.3. fol.168. &
Gomeſ. in compend. vtriuſq; ſignat. num.4. in
Verſiculo prima quia fol.81.

Non obſtat difficultas de officio Vicarij Epi-
ſcopi cuius Iuriſdictio eſt ordinaria, & nihilomi-
nus extinguitur per mortem Epiſcopi, nõ ſolum,
quo ad negotia cępta, ſed etiã quo ad incipienda.

Quia præterquam quod id non eſt Generali-
ter quo ad alios caſus, ſed ſolum ex eo, quod illa
43 Iuriſdictio Vicarij habet ſe ad Iuriſdictionem E-
piſcopi per modum acceſſorij, quod ceſſat defi-
ciente ſuo principali per regulam, cum principa-
lis de regul. Iur. Iaſ. in d. l. more num.18. ff. de Iu-
riſd. omn. Iud. Franc. Marc. d. deciſ.780. nu.4. in
prima parte Couarru. pract. quæſt. cap.4. num.4.
fol.53. & Barboſa in d. l. quia tale 14. ff. ſolut. ma-
trim. num.92. & ſeq. fol.195. Non applicatur ad
ſpeciem, de qua agitur vbi agitur de Iuriſdictio-
ne ordinaria præueniente ab alio quã Epiſcopo,
nempe, à Papa cuius gratia, vt oſtenſum fuit, non
extinguitur per eius mortem.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Sententia prima, quando dicatur confirmata, ſeu reformata.

SVMMARIVM.

1 *Verba illa ſecundum prædicta, quid operentur.*
2 *Inhibitio moderatur ex cauſa. & num.4.*

3 Exe-

1 *Executio Duarum conformium ex ſtatuto Ferrariæ non eſt retardanda.*

DECISIO XVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa quæ vertitur inter Dominam Catherinam Catabene ex vna, & Bartholomeum de Vechijs ex altera, Domini dixerunt obiectum de cautione præſtanda, à dicta Catherina de reſtituendis pecunijs habentibus potiora, & anteriora Iura, & de contribuendo habentibus æqualia reſpectu ſequeſtrorum de quibus in actis in omnibus, & per omnia ad formam ſententiæ latæ per Excell. Dominum primum Iudicem fuiſſe ſublatum per ſecundam ſententiam Domini Prætoris, qui illam nequaquam confirmauit, quo ad hoc, ſed ſolum, quo ad ea, quæ concordabant cum ſua ſententia, in qua nihil dicitur de dicta cautione, ſic illam reformando, vt clarè id probant illa verba, & ſecundum prædicta, benè, vel malè Iudicatum &cæt. & benè, & malè Appellatum &c. quæ aliud non ſignificant fuiſſe diſpoſitum, niſi quod ſupra continetur in eadem ſententia, cum ſint relatiua omnium eorum, quæ ſupra dicta ſunt, vt in ſpecie loquens de dictione prædictis poſt Bartol. conſuluit Parif. conſil. 158. ſi Ius commune num. 18. lib. 4. fol. 187.

2 Et conſequenter pro nunc eſſe moderandam Inhibitionem, ne memorato clipeo præſtandæ cautionis, retardetur executio duarum conformium in detrimentum dictæ Catherinæ contra formam ſtatuti Ferrariæ lib. 2. Rubr. 72. de ſententiæ executione, & coram quo peti poſſit, & quando, & quomodo, & qualiter ea petita procedatur fol. 75.

3 Et tanto Magis, quod dicta Catherina dedit cautionem de faciendo, quod declarabit Rota in cauſa Appellationis, ad tradita per Afflict. deciſ. 28. latè fuerunt num. 8. & 9.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Sententia nulla an poſſit confirmari, vel omninò debeat declarari talis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quando eſt nulla, quomodo ſit formanda ſententia.*

2 *Conſtitutio regiſtri Rubr. 17. quid diſponat.*

3 *Stat vti, ac conſtitutionis intentio declaratur, & demoſtratur ex ſententia.*

4 *Conſtitutio quando det formam.*

5 *Forma non ſeruata actus corruit.*

6 *Paria ſunt non facere, & nulliter facere, ſeu non congruo tempore non facere.*

7 *Inſtrumentum licet producatur vna cum libello, debet tamen reproduci poſt litem conteſtatam.*

8 *Paria ſunt non agere, vel abſque debita ſolemnitate agere.*

9 *Sententia fundata ſuper inſtrumento non producto non valet.*

10 *Productio debet eſſe realis, non autem verbalis, ſeu per relationem ad ea, quæ non ſunt producta in actis.*

11 *Sententia fundata ſuper Inſtrumento non regiſtrato, non valet ſine fide regiſtri.*

12 *Iudex ſcire debet fundamentum ſuæ auctoritatis, & poteſtatis.*

13 *Scire quando dicatur Inſtrumentum eſſe regiſtratum.*

14 *Inſtrumentum cui, & quando ſit exhibendum.*

15 *Proceſſus eſt nullus, vbi denegatur audientia.*

16 *Sententia proueniens ex proceſſu nullo, qualis debeat declarari.*

17 *Nullitas proueniens ex defectu proceſſus in ſubſtantialibus non poteſt ſanari, à Iudice Appellationis.*

18 *Iudex appellationis, an poſſit reformare ſententiam nullam, & ſuper meritis Iudicare, & cognoſcere.*

19 *Sententia nulla ex defectu Iuriſdictionis an poſſit confirmari.*

20 *Nullitates an poſſint ſanari per reſcripta, & cum quibus clauſulis expediantur.*

21 *Iudex an poſſit cogi ad pronuntiandum ſuper negotio principali omiſſa cauſa nullitatis.*

22 *Nullitas quando fuit deducta principaliter, an omninò pronuntiandum ſit ſuper nullitate.*

23 *Cautela ad faciendum annullare ſententias, et faciendum, vt Iudex non poſſit illas confirmare.*

24 *Nullitas quando dicatur inducta principaliter, & quando incidenter.*

25 *Nullitas quando reſpicit omnia acta vniformiter ſententia nulla, non poſt confirmari, ſed omninò nulla tanquam attentata debet declarari.*

26 *Sententia nulla, quæ fuit executa, an poſſit confirmari, vel debeat omninò declarari nulla.*

27 *Sententia, quando eſt nulla, & fuit petitum; in primis & ante omnia pronuntiari ſuper nullitate, an poſſit ferri ſententia ſuper meritis.*

28 *Clauſula vna cum toto negotio principali quid importet.*

29 *Commiſſio, eſt ſtricti Iuris.*

30 *Commiſſa cauſa appellationis an dicatur commiſſa cauſa nullitatis.*

31 *Commiſſa cauſa, de qua in appellatione, in qua fuit etiam dictum de nullitate, dicitur etiam commiſſa cauſa nullitatis in tali appellatione expreſſa.*

32 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

DECISIO XIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 DE Iure Magnificus Dominus Albertus
Lana ſtante nullitate ſententiæ Domini
Iud. . . a quo contra ipſum late ad fauorem Do-
mini Ioannis Podij Liguris de Coguleto, erat
abſoluendus ab obſeruatione Iudicij ſaluo Iure
melius agendi vt poſt Abbat. Bald. & Alex. cen-
ſuit Rot. Genuen. deciſio. 43. Ioannes Maria Spi-
nola num. 33. fol. 123. Sed quia praxis huius cu-
riæ aliud ſeruat declarauit ſententiam Domini iu-
dicis, à quo nullam ſaluo iure iterum agẽdi, quod
ferè idem eſt.
2 Motus quia dicta ſententia fuit lata vigore in-
ſtrumenti non regiſtrati contra conſtitutionem
regiſtri Rubr. 17. fol. 12. quæ plura diſponit. Pri-
mo quod fides non detur Inſtrumentis non re-
giſtratis, vel regiſtratis, ſed non ſubſcriptis, vt in
Rubrica, ibi non regiſtratis, vel regiſtratis non
ſubſcriptis.
Secundò, quod earum productiones non re-
3 cipiantur; vt in eadem Rubrica, ibi & de eorum
productionibus, ex quibus Intentio ſtatuti, ac
conſtitutionis declaratur, & demõſtratur, vt poſt
Dec. Bald. & Alexan. tradit Pedemon. deciſio.
20. ſtatuto Vercellenſi: num. 3. fol. 62. & in nigro
ibi iubemus &c.
Tertio inhibet omnibus Iudicibus quicumque
illi ſint, etiamſi eſſet Iudex ſapientum, vt ibi, &
in ſpecie iubet, ne ſuper eis iudicare, aut cuiquam
audientiam præſtare audeant, vt ibi inhibentes
4 fol. 13. & ſic dat formam cum aliter diſponat,
quam Ius commune. Becc. conſil. 12. cum pro-
ximis numero 23, fol. 23. Surd. deciſio. 268. Quia
5 ex forma &c, numero 10. fol. 617. qua non ſerua-
ta actus corruit. leg. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tran-
6 ſactio. cum ſimilibus Vulgar. & productio dici-
tur non facta, cum paria ſint non facere, & nulli-
7 ter facere, ſeu non congruo tempore facere, vt in
productione Inſtrumenti; quod licet producatur
vna cum libello debet tamen reproduci poſt li-
tem conteſtatam, vt per Alexan. conſil. 37. aliàs
179. Viſo proceſſu colum. 2. Verſiculo nec iuuaſ-
ſet lib. 2. fol. 53. & Couarru. Variar. reſolutio. lib.
8 1. cap. 1. numer. 5. fol. 5. vel aliquid non agere,
vel abſque debita ſolemnitate agere, l. 2. ff. de ex-
cuſatio. tutor: l. finali. C. Arbitr. tutel. cum cæteris
adductis per Vant. de Nullitat. ex defect. citatio
9 numero 25. fol. 251. & propterea ſicut non valet
ſententia fundata ſuper Inſtrumento non produ-
cto, vt probatur in leg. 3. C. de ſentent. quæ ſine
certa quantitate & per Turret. conſil. 42. Arbi-
tror, numero 1. volum. 1. fol. 81. qui teſtatur de
Communi, & dicit ab hac opinione in practica
non eſſe recedendum Alexan. conſil. 37. Viſo, &
opportunè nu. 18. colum. 5. lib. 2. fol. 34. Neuiz-
zan. conſil. 37. Diuino implorato præſidio num.
27. fol. 139. Pedemont. deciſio. 142. ſupraſcriptæ
10 deciſioni numero 5. fol. 163. quæ productio de-
bet eſſe realis, non autem verbalis, ſeu per relatio-
nem ad ea, quæ non ſunt producta in actis, vt per
Alexand. loco citato in Verſiculo, ſed Ita eſt per
tex. in d. l. 3. Couarru. variar. reſolutio. lib. 1. cap. 1.
11 numer. 5. fol. 5. Ita non tenet ſuper inſtrumento
non regiſtrato ſine fide regiſtri, quia niſi ſciat Iu-
dex Inſtrumentum eſſe regiſtratum non poteſt
12 Iudicare, cum teneatur ſcire fundamentum ſuæ
poteſtatis, & auctoritatis Capit. prudentiam v-
bi Ancharan. & Abb. de offic. delegat. Felin.
in Capitulo ſciſcitatus numero 12. verſiculo,
Item ſi vaus de reſcript. fol. 97. Vant. de Nul-
litat. ex defect. Iuriſdictios delegat. numero 36.
fol. 171.
13 Nec dicatur non ſcire quod Inſtrumentum ſit
regiſtratum, niſi videat in actis fidem regiſtri ſi-
ne qua non poteſt Iudicare Couarruuias Varia-
14 rum reſolutione libro primo cap. primo numero
quarto fol. 4. quod ſibi non autem coram nota-
rio, & teſtibus, ſeruatis, ſeruandis, ac congruo tem
pore erat omninò exhibendum, vt per eundem
Couarru. vbi ſupra num. 5. fol. 5.
Et tanto magis eſt nulla, quia, vt dictum fuit
in tertio capite lex inhibet omnibus Iudicibus,
& audientiam denegat, quo caſu, nec Iudex po-
tuit Iudicare virtute dictæ inhibitionis, ac præ-
cepti legalis, nec Pogius, qui fauorabilem re-
15 portauit ſententiam comparere, tanquam re-
iectus, à lege, ſed totus proceſſus fabricatus ad
fauorem eiuſdem; cui audientia denegatur, eſt
nullus, vt per Alexandr. conſilio 37. Aliàs 197.
viſo, & opportunè columna prima verſiculo
nam vbique libro ſecundo folio 33. Iaſo. conſi-
lio 166. videtur prima conſideratione numero
primo columna prima, verſiculo, vbi formaliter
libro ſecundo folio 38. Bonacoſſ. in ſuis Quæ-
ſtion. Criminal. in Verbo Bannitus Verſiculo
ſententia lata numero quarto folio 25. Vant.
de Nullitat. in Titul. ex inhabilitat. ſeu defect.
Mandat. numero 52. fol. 204. in Verſiculo, &
ne dum Banniti folio 204. & alios citatos per
Carpan. ſub ſtatuto Mediolanen. ſub Rubr. Ge-
nerali de in Ius vocando, capitulo decimo nu-
16 mero 83. fol. 15. vna cum ſententia inde ſecu-
ta, quæ ſemper omninò, eſt declaranda Nulla.

ad tra-

ad tradita per Alexander conſilio 53. Quæritur
an ſtante nullitate columna quarta numero 18.
in Verſiculo ex quibus patet: libro quinto folio
49. Paul. de Caſtr. conſilio 231. Viſis actis libro
primo fol. 111. & Dec. conſilio 483. pro reſolu-
17 tione numero octauo fol. 35. dicentem nullita-
tem procedentem ex defectu proceſſus in ſub-
ſtantialibus non poſſe ſanari, à Iudice appella-
18 tionis, qui non poſſit reformare ſententiam nul-
lam nec ſuper meritis procedere per bona Iura,
quæ allegas; Quod tenet, etiam Caualcan. deciſio.
23. Quod ſequeſtratio fructuum &c. num. 9. part.
1. fol. 94.

Non obſtat, quod Iudex Appellationis, vel
nullitatis poſſit, etiam ſententiam nullam in me-
ritis cognoſcendo reformare, & confirmare, vt
poſt Papienſem in forma libelli appellationis, à
ſententia diffinitiua in verſiculo fuiſſe, & eſſe,
iniquam, & iniuſtam in gloſſ. iniquam, & iniu-
ſtam numer. 1. fol. 107. Orian. in cap. quoniam
contra cap. 10. de Interlocuto. numer. 33. de pro-
bation. fol. 62. & Alexan. conſil. 122. aliàs. 264.
viſo proceſſu colum. vltima: numer. 15. lib. 2. fol.
108. In verſiculo in ſuppoſito vbi ad literam di-
cit, quod ſententia nulla poteſt per Iudicem ap-
pellationis confirmari, quando cauſa nullitatis,
quæ erat in prima ſententia ceſſat in ſecunda,
vel etiam reformari, quando ex actis talia appa-
rent, ex quibus veniat reformanda tenet Carpan.
ſuper ſtatut. Mediolanen. cap. 135. volum. 1. nu-
mer. 4. fol. 199. cum cæteris allegat per Vant. de
Nullitat. in titul. quibus mod. ſenten. nulla repa-
19 rari poſſit numer. 129. cum ſequen. fol. 382. & ſe-
quent. etiam, quod ſit nulla, ex defectu Iuriſdi-
ctionis, vt ibidem numer. 26. fol. 347. & nu. 129.
cum ſeq. fol. 382. & ſequen. Miſinger. obſeru. 27.
cent. 1. fol. 67.

20 Nam fuit reſponſum, quod cum poſſint de
facili impetrari reſcripta ſuper hoc, quæ conce-
di ſolent ad tradita per Vant. de nullitat. in ti-
tul. quibus mod. ſenten. nulla reparari poſſit. nu-
mer. 125. fol. 389. adiecta clauſula refectis ex-
penſis, vel conſtito de bono Iure, vbi non intrat
defectus Iuriſdictionis, mandati, & citationis ex
eiſdem actis, quod citando Vantium videtur
fuiſſe, etiam de mente Ruginell. in ſuo tracta.
de Appella. in §. 1. Gloſſ. 1. numer. 36. fol. 282.
dum dicit, quod Senatus Mediolani ſolet re-
ſcribere quod conſtito de bono iure deueniatur
ad expeditionem cauſæ nullitatibus non obſtan-
21 tibus; Iudex non poteſt aſtringi ad pronun-
tiandum ſuper negotio principali reiecta, ſeu o-
miſſa nullitate, vt colligitur, ac patet ex Papienſ.
in forma libelli Appellationis; à ſententia diffi-
nitiua in verſiculo, & in quantum ſit aliqua.
fol. 107.

Secundo fuit dictum difficultatem non mili-
22 tare vbi principaliter fuit deducta nullitas, vt
per Granut. Theorem. 17. ex Alexandri conſilio
numer. 20. fol. 95. & numer. 28. verſiculo ſtante
nullitate eodem fol. 95. & Turret. dicto conſil.
23 42. numer. 4. fol. 81. vbi numer. 5. vbi dicit, hanc
eſſe notabilem cautelam ad faciendum annulla-
re ſententias, & faciendum, vt Iudex non poſſit il-
las confirmare.

De quo hic non dubitatur, cum in appellatio-
ne, ſit etiam dictum de nullitate quo caſu nega-
ri non poteſt, quin fuerit deducta principaliter
ſecundum communem opinionem, de qua per
Couuarru. practicar. Quæſtion. cap. 24. colum.
14. numero ſexto in Verſiculo; eſt igitur non a-
lienum fol. 383. & ſequen. poſt Bartol. Imol. Io.
Butrigar. Iaſon, & alios, & in ſpecie per Vant. in
ſuo tractatu de nullitat. in titulo, quot, & qui-
bus modis nullitas proponi poſſit numer. 12. fol.
55. vbi atteſtatur de veriori, & communiori poſt
multos, quos allegat etiam citatos per Couar-
ruiã vbi ſupra Idem tenet Viui. in ſuis Commu-
opinio. 197. nullitas libro ſecundo circa med.
fol. ... & Graut. dicto Theorem. 17. numero 25.
fol. 96. vbi numero 23. fol. 96. dicit, quod ſi de
nullitate non ſit mentio in appellatione, illa dici-
tur deducta incidenter.

25 Nec vbi agitur de nullitate reſpiciente omnia
acta vniformiter, quoniam, & tunc ſententia
nulla nullo modo confirmari poteſt ſed omni-
no tamquam attentata debet declarari nulla,
vt per Crauett. conſil. 197. In cauſa appellatio-
nis numero 7. fol. 183. Et Ruginell. in ſuo tra-
ctat. de Appellation. dicto §. 11. Gloſſ. 1. §. 1. nu.
36. verſiculo ſexto declara fol. 283. qui eſt caſus,
de quo agitur, ob dictam nullitatem proceſſus.

26 Et multo magis, cum dicta ſententia nulla,
cum ſuo vitio nullitatis fuerit executa, quo ca-
ſu pariter nullo modo poteſt confirmari, ſed om-
nino debet annullari, vt per Granut. dicto Theo-
remat. 17. numero 19. fol. 16. & Ruginell. in di-
cto ſuo tractatu de Appellatione dicto §. 11.
Gloſſ. prima §. primo numer. 36. verſiculo quin-
to confirmari, non poteſt folio 283. qui dicit il-
lam eſſe reuocandam ante omnia tamquam at-
tentatam, & nullam declarandam.

27 Et ſpecialiter petitum, ac proteſtatum in pri-
mis, & ante omnia eſſe ſuper nullitate cognoſcen-
dum, quæ petitio, ac proteſtatio operatur ne poſ-
ſit nullo modo pronuntiari ſuper meritis, vt in
puncto poſt Putc. deciſio. 60. In cauſa Metta-
nenſi. numero primo libro 3. fol. 573. Scribit.

Granut.d.Theorem.17. numer.18. fol.94. Ruginel. in dicto ſuo tractatu: de appellatio. §. 11. Gloſſ.1.cap.1.numer. 36. Verſiculo tertio limita-
28 tur fol. 282. maximè cum in commiſſione non adſit illa clauſula vna cum toto negotio principali, vt per Turrett.dicto conſil. 42. num.3. vol. 1.fol.81.

Nec dicatur, quod commiſſa cauſa Appella-
29 tionis, non dicitur commiſſa cauſa nullitatis, quia commiſſio eſt ſtricti Iuris Bald.in l.non fine in 2. col.in verſiculo, ſed In contrarium dici conſuetum C.de Bon.quæ liber.

30 Quoniam fuit reſponſum totum Intelligi cõmiſſum nempe cauſa ſuper meritis, & nullitate, etiam per ſimplicem commiſſionem, vt probatur in c.præterea.5.de offic. & poteſta. Iud. delegat. & in l.3.§.ſi pupillus petat. ff. de tutel. & per Innocent.in c.ſuper quæſtionum 27. col.5.num.9. in Verſiculo nam ſimpliciter committens de offic & poteſtat. Iud.delegat.fol. 162. Bald.in ſua Margarita in verbo Commiſſio, & Abbat. in c. Venerabili in fin. de offic. & poteſtà. Iudic. delegat.

31 Secundo fuit dictum, quod cum commiſſa fuerit cauſa de qua in Appellatione interpoſita per Lanam in qua expreſsè fuit etiam deducta nullitas, dicitur, etiam commiſſa cauſa nullitatis in d.Appellatione expreſſa, & contenta ad tradita per Zuccard.conſil. 47. Per reſcriptum Principis numer. 1.fol.134. Vltra quod Relatum eſt in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus.l.aſſe toto. ff. de hæredibus Inſtituen. cum ſimilibus vulgariter.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Recognitio ſcripturæ per comparationem literarum, an fieri poſſit in excedentibus libram auri.

SVMMARIVM.

1 *Libra auri, quæ olim erat ſcutarum ſeptuaginta duorum, hodie eſt aureorum centum ſeptem.*
2 *Recognitio ſcripturæ, quando ſumma in ea contenta excedit libram auri; non poteſt fieri per comparationem literarum.*
3 *Statutum Ferrariæ Rubr 21.lib. 2.loquente de præfata recognitione literarum admittit recognitionem ſcripturæ per comparationem literarum, ſolum vbi ſumma eſt infra libram auri, non autem, quando illam excedit, ſecundum Intellectum Riminaldi Iunioris.*
4 *Opinio prædicta, quod recognitio per comparationem literarum non fiat quando ſumma excedit libram auri in practica non recipitur. & num. 10.*
5 *Statutum Generaliter loquens, generaliter debet Intelligi.*
6 *Lex indiſtinctè loquens, indiſtinctè debet intelligi.*
7 *Statutum indiſtinctè loquens: indiſtinctè debet intelligi.*
8 *Coniecturis opus non eſt in Claris.*
9 *Verba vbi ſunt Clara, ab illis non eſt recedendum.*
11 *Probationes potius ſunt ampliandæ, quàm reſtringendæ.*
12 *Veritas ſemper eſt Iuuanda, nec eſt in probationibus reſtringenda.*
13 *Vnus dum gratificatur, alter non eſt lædendus.*
14 *Pro vno altari cooperiendo, non debet alter diſcooperiri.*
15 *Damnum pati non dicitur, ille aduerſus quem auctoritate ſtatuti ſit recognitio per comparationem.*
16 *Legibus eſt parendum.*
17 *Statutum in Materia fauorabili debet non ſolum generaliter intelligi, ſed ampliari.*
18 *Statutum in dubio cenſetur fauorabile non odioſum.*

DECISIO XX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa vertente inter Illuſtrem D. Paulum Naſellum ex vna, & Illuſtrem DD. de Silueſtris ex alia dicebatur, quod vbi ſumma in ſcriptura expreſſa excedit libram auri, quæ vt atteſtatur
1 Coſta in ſuo tract.de remed.ſubſidiar. Remed.7. num.9.fol.39.alias erat ſcutorum. 72. vt probat per tex.in terminis in l.quoties.C.de ſuſceptor.& Anchar.lib.10.Riminal. Iun. conſil. 39. In præſenti num.45.lib.1.fol.180.hodie verò eſt aureo
2 rum 107.non poſſe fieri recognitionem ſcripturæ per comparationem literarum, neque de Iure communi, vt de hoc eſt textus expreſſus in autentica, at ſi contractus. C.de fid.Inſtrumento.§.ſi quis igitur auten.de Inſtrumen.caut.& fid.& doctrina Anchar. Regienſ. quæſt. 56.cum Mæuius &c.num.12.fol.99.& quæſt.62. memoria teneo &c.num. 8.lib.2.fol.163.Io. Rott.conſ.33.Quæritur an comparatos &c.in princ.num. 3.fol.63. Surd.conſil.187.fidem adhibendam eſſe nu. 29. lib 2.fol.100. & D.Genua in ſuo tract. de ſcript. priuata lib.2.ſub Rubr.de Appoca manu debitoris conſcripta nu.98.lib.2. fol. 86.Neque ex ſta-
3 tuto Ferrariæ de ſcripturis priuatis Rubr. 21.lib. 2.fol. 35. quoniam ſemper illud intelligi debet dummodo debitum ſit infra libram auri, non autem quando illam tranſcendit, vt in puncto conſuluit Rimin.Iun.conſil.39.In præſenti cauſa nu. 64.lib. 1.fol.181.motus ea ratione ne generaliter intelligendo alteri fiat præiudicium.

Sed contrarium cenſui, motus ex ſequentibus.

4 Primo, quia dicta opinio, in practica non recipitur, vt atteſtatur Coſta in ſuo tract. de remed. ſubſidia. Remed.7.nu.9.fol.39.Maſcard. de pro-

batio.

batio.concluſ.111.lib.1. fol.115.per tot,& Gaſp.
Anton. Theſau.in ſuis quæſt.Forenſibus lib. 1.q.
34.comparationum nu.19. fol.47.dicens in hoc
reprobari poſſe Anchar.iunior,lib.2,quęſt.fami-
liar.quæſt.56.fol.99.
5 Secundò,quia dictum ſtatutum vti clarum, ac
generaliter loquens, generaliter debet intelligi,
Crauett.conſ.294. verba tranſactionis nu. 5. fol.
122.conſil.307.ſtatutum Foſſani nu. 1. fol.142.
& conſ.308.in Franchitia nu.3.fol.143.Aldera.
Maſcard.in ſuo tract.de generali ſtatutorum In-
6 terpretatione concluſ.5.nu.1.fol.205. Abſq; ali-
qua diſtinctione,quam ipſe nō facit,vt probatur
in l.de pretio.ff.de publican.& per Bart. in l.2.ff.
de offic.præſid.nu.3. Et Surd. conſ.34.Vectigal.
nu.3.lib.1.fol.159.& Corn.conſ.165. circa pri-
mum n.7.in Verſic.nec diſtingunt lib.2.fol.162.
7 per tex.in l.3.ff.de offic.præſid. Quod in terminis
ſtatuti tenet,etiam Alderan.Maſcard.loco proxi-
mè citato nu.2.fol.205.Maluaſia,conſ.7.Diuino
inuocato præſidio &c.num. 29. fol. 33.Decian.
conſ.17.Quæſtio iſta &c.lib.1. fol.207.
Etiam in ſpecie,de qua agitur,cum ſpecialiter
tractet de ſcriptura priuata, quamcumq; quanti-
tatem continentem,certam,& expreſſam,quę nō
poteſt reſtringi contra id,quod eius verba ſonāt,
& appertè diſponit, & tanto magis,quod vltra il-
lud verbum vniuerſale,quamcumq; adſunt illa
8 verba certam,& expreſſam,quæ pariter in certis,
9 & expreſſis interpretatione non indigent, nec ab
illis eſt recedendum,Surd.conſ.445. Magnificus
Dominus Octauius num.6.lib.3.fol. 734.
Non obſtat Riminaldum Iunniorem contra-
rium conſuluiſſe in d.conſil.39.num. 164.lib.1.
fol.181.
Nam non pōderauit, nec aduertit ad ſuperius
deducta,& conſiderata.
Secundò fuit reſponſum fruſtra recurri ad di-
ctum intellectum Iuris communis, dummodo
ſcriptura recognoſcenda per comparationem li-
terarum non excedat libram auri, quod hodier-
10 na praxis (vt dictum fuit) non admittit.
Et tanto magis, cum memoratus intellectus
11 Riminaldi,ne dum reſtringat probationes, quæ
potius ſunt ampliandæ quàm coanguſtandæ, vt
conſuluit.Alb.conſ.15. Non eſt dubium de Iure
12 nu.5.part.1.fol.21.& conſ.141.dicendum vide-
retur nu.31.eadem par.1.fol.125.& facit Inno-
cent.in c.quod conſultationem 15.de ſentent. &
re iudicat.nu.4.col.3.verſiculo, quia veritas fol.
369.dum dicit veritatem ſemper eſſe Iuuandam,
non autem in probationibus reſtringendam.
Sed verba Generalia,& ampla ipſius ſtatuti,ea
ſola ratione,ne alteri fiat pręiudicium,quod ſi at-
tendendum foret,vtiq; ad præiudicium illius par
13 tis,quæ intendit probare per comparationem li-
terarum minimè fieri poſſet, nedum vnus grati-
ficatur,alteri fiat iniuria,ſeu, vt vulgariter dicitur
14 detegatur vnum altare,pro alio tegendo.
Tertiò fuit dictum, quod vbi verba generalia
eſſent reſtringenda, ne quis damnum patiatur,in
quo conſiſtit tota vis fundamēti ipſius Riminal-
di loco ſupra citato id nō ſtringit, nec applicatur
ad ſpeciem, de qua agitur,cum non dicatur dam-
15 num pati ille, aduerſus quem fit recognitio per
comparationem literarum,quod eſt remedium
ſubſidiarium,à lege introductum, vt per tex. in l.
comparationes C.de fid. Inſtrumēto doctrinam
Salicet. ibid. nu.9. fol. 158. Maſcard. de probat.
concluſ 330.lib.1.fol.246.Bott.conſ.33.Quæri-
tur an comparatio fol.63.Peregr. conſ.101.Poſt
obitum Reuerendi Domini.volum.2.fol.399.&
aliorum tradit Coſta in d.ſuo trac.de remed.ſub-
ſidiar.remed.7.in princ.fol.37.ſeu à ſtatuto prin
cipaliter fauore probationis,quod euitari abſque
16 legum contrauentione, quibus eſt parēdum.l.le-
ges 3.C.de leg.& conſtitutio: minimè poteſt.
Vltra quod in materia fauorabili, vt eſt ſpe-
17 cies, de qua agitur, ſtatutum memoratum non
ſolum debet generaliter intelligi,ſed Ampliari.c.
odia de Regul.Iur.in 6 c.ſtatutum de elect. codē
lib.6.Dec.conſ.5.& pro tenui.nu.2.fol.5.Bald.in
d.l.3.in 3.notab.ff.de offic.præſid. & Alder. Ma-
ſcard.in ſuo tractat. de General. ſtatuto interpre-
tation.concluſ.5.num.29.fol. 209.
18 Præſertim cum illud in dubio cenſeatur fauo-
rabile,non autem odioſum ad tradita per Abbat.
in l.literis in fine num. 18.de reſtitutio.ſpoliator.
fol.90.Anchar.conſ.37. In Chriſti nomine poſt
med.nu.3.fol.28.& conſ.215.ſcripſit...Papa col.
3.nu.8.verſiculo in contrarium fol. 114.Decian.
conſ.17.Quæſtio iſta in fine: lib.1.fol. 287. & D.
Alderan.Maſcard. de general. ſtatutorum Inter-
pret.concluſ 4.num.147.fol.187.
Laus Deo,& Beatæ Mariæ ſemper Virgini

ARGVMENTVM.

Attentata Appellatione pendente, an ſint reuocanda.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil eſt nouandum.*
2 *Exequenti appellatione pendente, an poſſit impunè reſiſti.*
3 *Attentata Appellatione pendente ſunt reuocanda.*

4 *Attentata, quod non reuocentur appellatione pendente ante inhibitionem, quando procedat & num ſeq*
5 *Appellatione pendente. quando Appellatio non fuit admiſſa per Iudicem, poteſt procedere iudex quouſque ſibi inhibeatur.*
6 *Iudex quando admiſit Appellationem ſibimetipſi inhibet, & ligatus remanet, ac ſi fuiſſet inhibitus.*
7 *Attentata appellatione pendente, à diffinitiua reuocãtur, etiam ſi poſt appellationem lis eſſet conteſtata ſuper principali.*
8 *Attentatorum actio in quo ſit priuilegiata.*
9 *Attentata lite pendẽte reuocantur vſq; ad concluſionem in cauſa excluſiuè.*
10 *Attentata in quacunque parte litis, ex officio, & ante omnia ſunt reuocanda propter contemptum Iudicis.*
11 *Nullitas appellationis an impediat attentatorum reuocationem, etiam ſi fuiſſet inhibitum.*
12 *Appellare quando non potuit pendente appellatione, potuit exequi.*
13 *Cauſa in ſpecie de qua agitur ex forma ſtatuti terræ Cẽti an eſſet appellabilis.*
14 *Attentata contra tertium lite pendente, an ſint reuocãda.*
15 *Attentata debẽt reuocari ex puro, & mero officio Iudicis.*
16 *Attentata offendunt Iudicem, partem, & legem.*

DECISIO XXI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa vertente Inter Petrum Bonacoſſij actorem ex vna, & Aurelium Ripã, & Marcum Bonfantem reos conuentos ex alia.

Domini dixerunt extare attentata appellatio-
1 ne pendente, ex quo interim nihil nouari poterat
per dictum actorem l. vna ff. nil nouari appella.
penden. & tot. d. titul. l. ex illo tempore 13. C. de
appellatio. l. 2. & ibi Doctor. C. de ſecun. tabu. c.
appellatione 2. q. 6. ſpeculat. in tit. de Appellat. §.
Nunc Dicimus col. 3. nu. 8. Verſiculo ſiue ſit recepta
fol. 373. & §. Nouiſſimè in princ. & per tot.
primam col. eod. tit. fol. 380. Nec aliqua fieri exe-
2 cutio, cui etiam impunè potuit reſiſti ſecundum
Innoc. in c. ſi quando 8. in Gloſſa ſua in verbo reſiſtere
de offic. deleg. nu. 2. fol. 149. Angel. de Maleſic.
verſic. quod fama publica præcedente in materia
capturæ in verbo ſecundo quæro nu. 56. fol.
48. & Bald. in terminis in l. addictos in 2. col. in
princ. in verſic. item adde C. de epiſc. Audien. Et
3 conſequenter ea omnia eſſe reuocanda, prout reuocauerunt
in primis, & ante omnia Rota in nouis
deciſ. 2. fuit dubitatum nu. 1. de reſtit. ſpoliat.
fol. 36. Pedem. deciſ. 3. certa die, à Iudice, n. 1. cum
ſeq. fol. 26. Couarru. pract. quæſt. c. 23. nu. 2. verſ.
tertia interpretatio fol. 262. Duenn. regul. 42. in
princ. fol. 22. & Regul. 273. fol. 154. Aſin. in ſua
praxi Iudiciali. §. 31. c. 2. limit. 2. col. 1. & limita. 3.
fol. 375. cum ſeq. & Lancell. de attentat. in 3. par.
c. 11. nu. 14. & ſeq. & c. 12. num. 75. cum ſeq. Et non
obſtare, quod attẽtata ante inhibitionem non re-
4 uocentur, quia id procedit appellatione ab interlocutoria
in qua iudex poteſt procedere adulteriora
abſq; vitio attentatorum; quouſq; ſit Inhibitus.
c. non ſolum de Appellat. in 6. Bald. in l. 2.
in 2. col. in verſic. ſed incidenter quæro C. de epi-
5 ſc. Audien. Angel. in l. Iulianus ff. de appellat. Et
quando appellatio nõ fuit admiſſa per Iudicem;
nam tunc poſt procedere quouſq; ſibi inhibeatur
Guido Pap. deciſ. 213. Circa Materiã appellationis
nu. 1. verſic. 2. quæro fol. 639. Lancell. de attentat.
c. 12. limit. 1. nu. 2. to. 5. fol. 358. ſecus ſi fuerit
6 admiſſa per Iudicẽ, à quo deferẽdo appellationi,
quia tunc ex quo ipſemet ſibi inhibet deferendo,
remanet ligatus, ac ſi fuiſſet inhibitus ſecundum
Bart. in l. eius qui in 2. col. in verſic. 2. quæro ff. de
appellat. recip. & in l. Intra vtile in 2. col. in verſic.
7 quæro de aliquibus ff. de minor. Non autẽ in diffinitiua
de qua eſt ſpecies de qua agitur, & in qua
intrat, quod ſupra per Dominos concorditer fuit
firmatum, etiam ſi poſt Appellationem lis eſſet
conteſtata ſuper principali: Rota deciſio. 27. alias
185. licet pars rea de Appell. in nou. fol. 163. quia
in hoc eſt priuilegiata huiuſmodi actio, vt ante
8 omnia in quacũq; parte litis ſit expedienda c. nõ
ſolum de Appell. in 6. et deciſ. 4. alias 57. Attẽtata
9 nu. 1. in tit. vt lite pendent. in nouis f. 104. vbi dicit,
quod attentata lite pendente reuocatũ vſq; ad
10 concluſionẽ in cauſa excluſiuè, quia in quacũq;
parte litis ex officio, & ante omnia ſunt reuocanda
propter contemptum Iudicis, & partis.

Sicuti pariter non obſtare dixerunt prætẽſam
nullitatem Appellationis, qua mediante per di-
11 ctum Bonacoſſam attentata reuocari non poſſe
affirmabatur, etiamſi fuiſſet inhibitum c. non ſolũ
de Appell. in 6. Rot. in Antiq. deciſ. 75. alias 357.
12 nu. 1. in tit. de Appellat. fol. 316. quia ex quo appellari
nõ poterat, pendente Appellatione potuit
fieri executio Innoc. in c. Paſtoralis 28. in 1. col.
nu. 3. Gloſſa ſua in verbo ſuſpendatur in verſiculo,
ſed ſi non ſit Dubium de offic. deleg. fol. 164. et
Gloſſ. in c. nõ ſolum in verbo caſibus litera. B. de
appell. in 6. Bald. in Margarita in Verbo iudex, à
quo, & in c. 1. §. fin. col. 1. quo tempore mil. quan-
13 do app. & Iur. cõn. Quoniam non fuit verificatũ,
cauſam eſſe inappellabilem, vt prætẽdebatur per
Bonacoſſam Actorem, ſed oppoſitum ex diſpoſitione
ſtatuti terræ Centi Dominis oſtento Rubr.
37. de Appellat. lib. 1. fol. 65. cum excedat ſummã
librarum centum, & ſic de ſumma librarum 710.
14 Quod non fuerit pro parte actoris attentatum
in cauſa, ſed contra tertium, nullam affert excuſationem,
cum fuerint occupata bona Bonfantis exiſtentia
in territorio Bononienſi, qui non eſt tertius,
ſed vnus ex reis conuentis, cuius cum interſit

ne id

ne id fieret, quod geſtum eſt tanquam attentatum debet reuocari, argumento l. creditor in princ. ff. mandat.

15 Quod nullam habet difficultatem, cum attentata reuocari poſſint ex puro, & mero Iudicis officio, vt cenſuit Rota in nouis d. deciſ. 2. aliàs 14.
16 de reſtitut. ſpoliator. fol. 109. propter offenſam iudicis partis, ac legis, vt ibi, & per Alexand. conſ. 99. viſis proceſſibus nu. 9. lib. 5. fol. 82. Rota Auinionenſ. deciſio. 8. poſſunt num. 2.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De regula quod commodi & incommodi ſit par ratio de reſpondente poſitionibus per verbum credit, & liquidatione an poſſit fieri ex officio arbitrio iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Commodi & incommodi debet eſſe æqualis determinatio.*
2 *Abſurdum eſt, quod vnus commoda, alius onera ſuſtineat.*
3 *Scire, & credere in quo differant.*
4 *Reſponſio facta per verbum credit à parte prolatum veritatem denotat.*
5 *Valor ſeu pretium, quando non eſt probatum pro parte, an ex officio arbitrio iudicis extimari poſſit.*
6 *Reſpondens poſitioni per verbum credit, ſibi præiudicat, ac ſi verè confeſſus fuiſſet.*

DECISIO XXII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

VNica tantum parte informante fuit concluſum Dominam Paulam Frontoriam Dondinam pluries, ac pluries modis ſui procuratores citatam teneri, ac obligatam eſſe ad reſtituendū, ſeu ſoluendum Excell. D. Ioanni Baptiſtæ Dondi artium, & medicinæ Doctori libras quingentas quinque, ſolidos vndecim & denarios quatuor, doblam vnam auri, ac duobus ſcutis auri non valutatis, ſeu ipſarum monetarum valorem, de quibus in actis.

Ratio deciſionis fuit, quia cum annis proximè præteritis, olim Dominus Flaminius de Dondinis vitam cum morte commutauerit, facto teſtamento, in quo eius hæredem vniuerſalem inſtituit dictum Dondinum eius ex fratre nepotem interdicta ſibi adminiſtratione dictæ hæreditatis per decennium, quo durante voluit, vt dicta Domina Paula eius vxor adminiſtraret dictam hæreditatem, & eo finito, quod illam reſtitueret memorato eius hæredi Illuſtriſſimuſq; ac Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Legatus illius temporis de conſenſu ambarum partium inter cętera, quæ breuitatis cauſa omittuntur decreuerit adminiſtrationem dictæ hæreditatis ſpectare, & pertinere ad dictum Dominum Ioannem Baptiſtam, hæredem dicti Domini Flaminij, cum onere reddendi rationem ſingulo anno, & prętium fructuum, ac introituum dictæ hæreditatis erogandi in ſolutionem legatorum arbitrio euſdem Dominæ Paulæ, ac pręſtandi cautionem de rectè adminiſtrando, dictumque hæredem immitti in poſſeſſionem dictæ hæreditatis, vt latè in dicto decreto, ad quod ſemper relatio habeatur, conueniens viſum fuit, vt eidem ſæpe dicto Domino Ioanni Baptiſtæ, qui ſuſtinet onera dictæ hæreditatis, ſoluendo etiam illius vigore pro alimentis dictæ Dominæ Paulæ ſcuta tercentum triginta monetæ Ferrariæ ſingulo anno, donec vidualiter vixerit, vt reſtituantur remanſa in hæreditate hucuſque eidem non reſtituta ne ferè onera dictæ hæreditatis, & emolumentum ſit penes
1 alium contra iuris regulam, quod commodi, & incommodi ſit æqualis determinatio. l. ſecūdum naturam. ff. de regul. iur. glo. in cap. ſi Epiſcopus. 6. in verbo debebit litera 1. de offi. ordinar. l. Pau-
2 lus. ff. ad leg. Falcid. l. quoties. ff. ad Trebell. Abſurdum enim non modicum eſſet, quod vnus cōmoda, alius onera ſuſtineret. l. is qui in poteſtate. §. fin. ff. de legat. præſtand. Surd. conſil. 150. verba contractus. nu. 11. lib. 1. fol. 676.

Quod teneatur dicta Domina Paula ad præ-
3 dicta eſt manifeſtum, quia licet ſit differentia inter ſcire, & credere, nam ſcire eſt certitudinariè ex eo quod videtur, & ſuo ſenſu percipitur, credere vero eſt firmiter inhærere alicui rei, non ex eo, quod vidit, ſed ex alijs rationibus, vt per Bar. in l. 1. ff. de interrogator. actionib. nu. 7. tamen ex quo Domina Paula reſpondidit poſitionibus Dondini per verbum credit, quod à parte prola-
4 tum, veritatem denotat teſte Baldo C. de falſ. cauſ. adiect. legat. Geminian. in c. 1. de confeſſ. in ſexto. nu. 10. fol. 134. per hanc reſponſionem dicitur confeſſā fuiſſe omnia, & ſingula in illis contenta. Nempè libras 348. 7. 6. de quibus in poſitione vndecima fol. 15. Secundò vnam doblam cum duobus aureis non valutatis, de qua in poſitione 20. fol. 16. Tertiò libras 224. 18. de quibus in poſitione 22. fol. 16. Quartò libras 200. 18. de quibus in poſitione 25. eod. fol. 16. Quintò libras 42. 17. 8. de quibus in poſitione 28. eod. fol. 16

Sextò

Sextò, libras ſexdecim, de quibus in poſitione 31. eod. fol. 16, Septimò, libras octo, de quibus in poſitione 34. fol. 17. Octauò, libras 174.9.6. de quibus in poſitione 37. eod. fol. 17. Nonò, libras 94.16.8. de quibus in poſitione 39. eodem folio 17. Decimò, libras 31. de quibus in poſitione 41. 5 eod. fol. 17. Vndecimò, libras 140. pro pretio viginti corbarum grani, de quibus in poſitione 48. dicto folio 17. ad rationem librarum ſeptem pro qualibet corba, quod quando in iudicio non eſſet probatum per partes, potuit ex officio, arbitrio iudicis extimari, vt in ſpecie tradit Bart. in l. ſi quod ex Pamphila num. 3. ff. de legat. 2. & ibi additio in verbo officio litera A. quæ multos allegat. additio. ad Papienſ. ſuper forma libelli, in actione reali ſuper gl. & in Florenis, in verbo nec intereſſe litera A. folio 26. & Marcabrun. ab Anguil. cōſ. 104. In cauſa tenutæ, n. 26. & 27. fol. 391. 6 & conſequenter ſibi præiudicaſſe, ac ſi verè confeſſa fuiſſet, vt in puncto tradit gloſſ. in cap. ex literis 32. de iur. iurand. in verbo occultata veritate litera d. in verſiculo, quia æquè, vt per eandem gloſſ. conſuluit Corn. conſ. 186. quanquam nu. 2. lib. 3. fol. 199. quem ſequitur addit. ad Papien. in forma excipiendi contra poſitiones, in verbo vltima poſitione nu. 1. in verſiculo credit, fol. 66.

Quæ omnia ſimul iuncta, in totum conſtituūt ſummam librarum 1280.9.& 4. & detractis per dictam Dominam Paulam libris 224.18. de quibus in poſitionibus eiuſdem 29.31.& 32. folio 35.& 36. & libris 200. expreſſis in poſitionibus dictæ Dominæ Paulæ num. 37. eodem folio 36. de quibus dicta Domina Paula erat creditrix dictæ hæreditatis occaſione expenſarum factarum in beneficium illius, vt ipſamet Domina Paula in dictis ſuis poſitionibus latius explicat, ac fatetur, & pariter cōcedit dictus Dominus Ioannes Baptiſta, qui illis reſpondit per verbum credit, quæ faciūt ſummam librarum 424.18. liquidè, ac euidenter conſtat ſæpedictam Dominam Paulam remanere debitricem dicto Domino Ioanni Baptiſtæ Dondini de reſiduo, hoc eſt, de contentis, & ſpecificatis in ſententia deſuper lata ad quam ſemper habeatur relatio.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Deficiente vno ex Auditoribus Rotæ, an ceſſet iuriſdictio.

SVMMARIVM.

1 *Auditori Rotæ impedito datur ſubrogatus.*
2 *Quid ſi alio modo deficiat, nempè quia licentiam obtinuerat à ſuo officio.*
3 *Rota habet iuriſdictionem ordinariam.*
4 *Iuriſdictio illius ex Auditoribus qui deficit, an accreſcat alijs collegijs.*
5 *Iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, & extendenda, non autem odioſa.*
6 *Iuriſdictio delegata eſt odioſa, & ſtrictè intelligenda.*
7 *Iuriſdictio arbitrorum, & arbitratorum eſt pariter odioſa, & ſtrictè intelligenda.*
8 *Rotæ tribunal eſt ex quinque Auditoribus.*
9 *Rotæ Auditores à quo eligantur.*
10 *Forma non ſeruata corruit, quod geritur.*
11 *Electio ſeu ſubrogatio auditoris, quando ſit facienda.*
12 *Defectus ex cauſa mortis, vel alio modo finitæ iuriſdictionis æquiperantur.*
13 *Conſtitutio Rotæ habet clauſulam, irritum quoque, et inane quicquid &c. itē aliam clauſulam ſublata aliter iudicandi, & interpretandi facultate.*
14 *Doctor debet intelligi ſecundum iura, quæ allegat.*
15 *Collegæ quando vtriuſque officium ſuſtinere debeat.*
16 *Ius accreſcendi iuriſdictionis, quando deficiat.*

DECISIO XXIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

OB deficientiam vnius ex Auditoribus, an deficiat iuriſdictio Rotæ ita, vt alij, qui in ea remanſerunt non poſſint iudicare.

1 Dicebatur, quod non, ſiue deficiat occaſione alicuius iuſti impedimenti, quo caſu eſt prouiſum per conſtitutionem Rotalem Clementis Papæ VIII. num. 16. vt fiat ſubrogatio, ſiue ex alio 2 capite, nempe quia eorum aliquis licentiam obtinuerit à ſuo officio, qui non eſt caſus à conſtitutione prouiſus, ſed iuris communis, quo me3 diante in iuriſdictione ordinaria, vt eſt illa Dominorum de Rota virtute eiuſdem conſtitutio4 nis iuriſdictio illius, qui defecit accreſcit alijs collegijs, vt per text. in l. 1. ff. de offic. conſul. & in l. Imperatores 21. §. ſi Magiſtratus. ff. de appella. tradit Iaſo. in l. re coniuncti. ff. de legat. 3. numer. 5 253. fol. 146. Ratio eſt, vt ibi, quia iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, & extendenda, vt de hoc eſt glo. magna in verbo proceſſus litera A. in ver6 ſiculo item iuriſdictio de reſcript. in ſexto, nō autem odioſa, & ſtrictè intelligenda, ut iuriſdictio delegata ſecundum aliam gloſſam in Clementina 2. in gloſ. penultima, de offic. ordinar. & gloſ. in cap. ſtatutum. 11. §. ſancimus in verbo Sedis 7 Apoſtolicæ litera P. reſcript. in ſexto, & iuriſdictio arbitrorum, vel arbitratorum, quæ pendet à poteſtate à partibus attributa, & vltra non poſſunt, quam partes eis tribuerunt l. non diſtinguemus. §. de inofficioſo. ff. de arbitr.

8 In contrarium dicebatur Rotæ tribunal eſſe ex quinque Auditoribus nuncupatis, quia magno

9 gno conſilio ciuitatis eliguntur, vt in dicta con-
ſtitutione Rotali nu. 2. & non poſſe conſiſtere
in quatuor, vel minori numero contra formam
10 memoratam, quæ dat eſſe, & ſine qua dicitur nō
eſſe iuxta vulgaria, & conſequenter, neceſſariam
11 eſſe nouam electionem, ſeu ſubrogationem in
locum deficientis Odofred. in l. 1. ff. de offic. con-
ſul. col. 1. verſiculo tamen ſi inchoata eſt fol. 27.
12 qui licet loquatur, quando defectus eſt ex cauſa
mortis, idem tamen eſt in caſu de quo agitur ob
finitam iuriſdictionem illius deficientis, quæ, vt
dictum fuit, indiget noua electione, ſeu ſubroga-
tione.

13 Et tanto magis, quia in eadem conſtitutione
Rotali Clementis VIII. num. 46. adeſt clauſula
irritum quoque, & inane, quicquid ſuper his, à
quoquam, quauis auctoritate ſcienter, uel igno-
ranter cōtigerit attentari: itē alia clauſula de qua
ſupra nu. 45. ſublata aliter iudicandi, & interpre-
tandi facultate. Et in hanc partem communiter
inclinabatur.

Omnis tamen controuerſia ſublata fuit, quo-
niam die ſabbati 4. Februarij 1623. magnum cō-
ſilium dictæ ciuitatis deuenit ad electionem di-
ctæ Auditoris. Ad doctrinam Iaſonis in d. l. re
14 coniuncti nu. 253. ff. de legat. 3. fuit reſponſum
illam debere intelligi ſecundum iura, quæ allegat
iuxta vulgatam doctrinam Bart. in l. non ſolum.
§. ſi liberationis nu. 10. ff. de liberatio. legat. de
qua per Pariſ. conſ. 71. ſimplex diuiſio. num. 12.
lib. 3. fol. 136. & conſil. 128. in Capella Beatæ
Mariæ. num. 28. lib. 4. fol. 156. & Riminald. iun.
conſil. 116. quæritur num. 39. lib. 2. fol.... nempe
ſecundum dictam l. 1. ff. de offic. conſul. quæ lo-
quitur in caſu infirmitatis, vel vbi adeſt aliqua
iuſta cauſa, & d. l. Imperatores. §. ſi Magiſtratus.
ff. de appellation. quę loquitur vbi adeſt impedi-
15 mentum appellationis, quia Magiſtratus creatus
appellauit, quo caſu collega interim vtriuſq; offi-
cium ſuſtinere debet, quæ non applicatur ſpe-
ciei de qua agitur, in qua deficit forma quinque
Auditorum in qua conſiſtit Rota, ob cuius defe-
ctum, cum non adſit, quid accreſcat, ceſſat me-
moratum ius accreſcendi ad tradita per Florian.
de Sancto Petro in l. ſi pluribus §. ſi coniunctim
num. 3. ff. de leg. 1. fol. 31.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Mandatum fauore dotis, an expiret morte mandantis re integra.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa dotis an dicatur cauſa ſummaria.*
2 *Mandatum morte mandantis fauore dotis an expiret, & num. 5.*
3 *Dos ex forma ſtatuti Ferrariæ eſt cauſa ſummaria, in qua lis non conteſtatur.*
4 *Procurator quando dicatur effectus Dominus litis.*
5 *Procurator quando ſit irreuocabilis.*
6 *Mandatum fauore dotis non expirat, niſi in illis caſibus in quibus dos dicitur cauſa pia ſecundum Decium.*
7 *Dos data puellæ diuiti an dicatur cauſa pia.*
8 *Dos indiſtinctè an dicatur cauſa pia.*
9 *Fauores ſunt ampliandi.*
10 *Procurator effectus Dominus litis an poſſit reuocari.*

DECISIO XXIV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Licet dubium ſit de iure cōmuni ob varias Do-
ctorum ſententias, de quibus per Euerard. in
ſua topica iuris loco, à dote ad piam cauſam. co-
1 lum. vltim. in verſiculo de hoc tamen. fol. 308. an
cauſa dotis dicatur cauſa ſummaria. Tamen quia
ſtatutum Ferrariæ lib. 2. rubr. 35. fol. 53. decidit
hanc quæſtionem, & tenet affirmatiuam. Domi-
2 ni concorditer dixerunt mandatum morte man-
dantis non expiraſſe in hac ſpecie.

3 Moti, quia cum dos ex forma dicti ſtatuti ſit
cauſa ſummaria in qua lis non conteſtatur; ſta-
4 tim, quod procurator cępit tractare de meritis
cauſæ dicitur effectus Dominus litis. Bartol. in l.
poſt litem num. 3. in verſiculo quæro circa iſtud
ff. de procurato. & in l. ab executore 2. §. ſi procu-
ratore, verſiculo quæro quid in cauſis, vbi nō fit
litis conteſtatio. ff. de appellatio. & relatio. nu. 2.
gloſſ. ſing. in c. 1. de electio. in 6. in verbo abſen-
tia literę M. de qua meminit Felin. in c. exceptio-
nem de exception. cum cęteris ab eo allegatis. nu.
10. fol. 103. & conſequenter irreuocabilis l. nulla
dubitatio 23. de procurator. exceptis certis caſi-
bus, de quibus in d. l. poſt litem 17. cum ſequent.
ff. de procurator. & in cap. quamuis procurator
2. §. poſtea tamen ipſo nolente eodem titulo in
6. & per Speculator. in §. fina. in titul. de litis con-
teſtatio: num. 3. lib. 2. part. 2. fol. 161. niſi procu-
rator conſentiat reuocationi, vt per Ioan. Andr.
in additio. ad Speculator. in d. §. fina. de lit. con-
teſtatio.

teſtatio. numer. 3. in verbo mandato litera F.

5 Dicebatur etiam mandatum præſatum non expiraſſe morte mandantis, re integra, fauore dotis ad tradita per Bart. in l. 2. §. ſi pecunia in fiu. ff. de donatio, Bal. in c. cum veniſſet verſiculo item fallit in mandato de teſt. num. 1. fol. 18, qui dicit hunc eſſe caſum vnicum in iure, de quo in l. ſi ego §. 1. ff. de iur. dot. Salicet. in l. inter cauſas. ff. mād. num. 5. colum. 4. in verſiculo, aut eſt de re alteri danda. ff. manda. fol. 95. Iaſ. in l. eius qui in prouincia. §. placebat. num. 1. in verſiculo tertio ſingulariter fol. 48. Felin. in c. relatum num. 2. verſiculo ſecundo fallit de offic. delegat. fol. 191. Bal. Nouell. in ſuo tract. de dot. par. 6. priuil. 52. num. 1. fol. 63. qui pariter allegat tex. in d. l. ſi ego. §. 1. ff. de iur. doti. quem ſingularem appellat Gabri. concluſio. 2. de procurator. num. 34. fol. 125. & Euerard. in ſua topica iuris in dicto loco à dote ad piam cauſam colum. 2. in verſiculo in primis folio 307. ſed quia hoc non carebat difficultate, propter limitationem Deci. in d. l. eius, qui in prouincia num. 41. §. placebat num. 5. fol. 47. de qua per Roman. in authent. ſimiliter. C. ad leg. Falcid. numer. 34. fol. 133. Salic. in l. mandatum. num. 13. verſiculo oppono 13. C. mandat. folio 192. & Gabri. d. concluſ. 2. de procurator. nu. 35.
7 fol. 125. dicentis id ſolum procedere in caſibus, in quibus dos dicitur cauſa pia non autē vbi agitur de dote data puellæ diuiti, quæ non eſt cauſa
8 pia, ſaltem propriè loquendo, quod pariter ſcrupulos habet, tam per textum in l. cum his qui. 32. Si ſi in ea opinione ſit mulier. ff. de condi. indebi. & tradita per Euerard. vbi ſupra in princ. vbi dos indiſtinctè vocatur cauſa pia, & ei æquiparatur,
9 quam ex eo quod fauores ſunt ampliandi c. cum dilecti ſecundum intellectum Innocentij de donatio. de quo meminit Crauet. conſ. 118. in hac cauſa num. 21. fol. 118. non autem reſtringendi. Dixerunt in propoſito pro reſolutione ſufficere primum fundamētū alio in ſuis terminis relicto. Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Auditores Rotæ Ferrarienſis, an poſſint inter ſe permutare eorum officia. Huiuſmodique permutatio ſit valida.

SVMMARIVM.

1 *Conditione pendente non dicitur aliquid in eſſe deductum.*
2 *Permutatio valet inter permutantes, etiam ad præiudicium expectantis.*
3 *Diſpoſitio capituli vnici de rerum permutatio: de quo expectante intelligi debeat.*
4 *Permutationis cauſa datum non vacat.*
5 *Officia permutata non poſſunt dici amiſſa, cum vnum ſuccedat loco alterius.*
6 *Expectans non habet ius ad rem ante vacationem.*
7 *Succeſſio ſeu optio datur expectanti officio vacante.*
8 *Permutantes, cum habeant ius in re, beneficium interim non dicitur vacare.*
9 *Permutatio poteſt fieri abſque auctoritate ſuperioris in concernentibus temporalitatem, ſecus in ſpiritualibus.*
10 *Permutatio facta auctoritate Legati tenet, & quidem indiſtinctè, & num. 11.*
12 *Legatus in ſua prouincia poteſt omnia facere ſicut Papa, niſi ſint ei ſpecialiter reſeruata.*
13 *Expectans nihil habet, niſi ius in ſpe, quod non dicitur ius quæſitum, nec eſt conſiderabile.*
14 *Ius conſiſtens in expectatiua non concedit ius in re, neque ad rem.*
15 *Permutatio cum infirmo abſque fraude, an fieri poſſit.*
16 *Argumentum ſumptum, à ſenectute, an procedat.*
17 *Senilis actus, quando incipiat.*
18 *Senectus verè, & propriè, an ſit infirmitas.*
19 *Argumentum à ſenectute ad infirmitatem eſt nimis fallax.*
20 *Agnus quandoque citius moritur, quam ouis.*
21 *Mors imbellis, non parcit iuuentæ.*
22 *Fraudis ſuſpitio, ceſſat in permutatione facta de officio æquali.*
23 *Tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis.*
24 *Officia Rotæ Ferrariæ, etiam ex obſeruantia ſecuta poſſunt inter Auditores permutari.*
25 *Ab obſeruantia non eſt recedendum.*

DECISIO XXV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

SEcundum electionem D. D. Auditorum Rotæ factā per ſuffragia Illuſtriſſimorum Dominorum de conſilio inclytæ ciuitatis Ferrariæ, electus quarto loco debebat incipere officiū de menſe Maij 1619. electus verò quinto loco poſt biennium. Verum cum electo quarto loco, magis expediret officium ſuum incipere poſt biennium, & electo quinto loco non eſſet incommodum officium ſumere de dicto menſe Maij cum licentia, & permiſſione Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Legati, deuenerunt ad eorum locorum permutationem, per quam quinto loco electus intrabit in locum quarti electi, vt incipiet officium ſuum dicto tempore, quo incipere debebat electus quarto loco, ipſe verò poſt biennium. Sed cum alter extra

nume-

numerum electorum Auditorum ſexto loco, &
in ſubſidium Auditorum deficientium adiectus
prætenderet huiuſmodi permutationem non
potuiſſe fieri in præiuditium eius iuris quæſiti,
ex præfata adiectione, ac decreto in dicto conſi-
lio promulgato, hacque de cauſa hæſitatum fue-
rit de validitate dictæ permutationis, dictus Illu-
ſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus Dominus Cardi-
nalis Legatus, diligenter omnibus benè ponde-
ratis declarauit dictam permutationem eſſe va-
lidam.

Motus ex ſequentibus. Nam licet in caſu mor-
tis, vel alterius impedimenti alicuius, ex audito-
ribus ſexto loco adiectus poſſit ex forma decreti
ſuccedere in illius locum, nihilominus id intelli-
gitur eueniente caſu mortis, vel ſimilis impedi-
menti. At cum hodie ceſſet conditio merito ceſ-
1 ſat ius dicti ſexto loco adiecti, quia conditione
pendente illud non dicitur fuiſſe in eſſe deductū.
l. falſa demonſtratio, §. ſi quis. ff. de conditio. &
demonſtration, l. 2. in princ. C. de conditionib.
inſer. Pedemontan. deciſio. 166. quia tractatum.
num. 5. fol. 676. Galganet. de condition. & de-
monſtratio. par. 1. cap. 7. num. 6. cum plurib. ſe-
quent. vſque ad finem fol. 26. & ead. part. c. 88.
num. 3. fol. 82.

Ceſſat etiam prætenſum ius dicti ſexto loco
2 adiecti, ſeu expectantis ob validitatem ipſius
permutationis ad fauorem ipſorum permutan-
tium, quæ ipſum expectantem penitus excludit,
à ſua prætenſione ad tradita in puncto per text.
in c. vnico de rerum permutatio. in ſexto, & in
Clemen. vnica eodem titulo, ex priuilegio, quod
habent permutantes beneficia, à memoratis iu-
ribus, vt dicit Zabarel. in cap. quæſitum de rerum
permutat. fol. 94. & pulchrè in puncto poſt Fran
ciſc. Marc. Camill. Borell. in eius ſumm. deciſio.
titul. 22. de benefic. grati. num. 98. fol. 62.

3 Non obſtat, quod diſpoſitio dicti cap. vnici,
de rerum permutatio. debeat intelligi de expe-
ctante beneficium in genere, qui non eſt caſus,
de quo agitur, non autem de expectante in ſpe-
cie, vt hic ſecundum diſtinctionem, quam ponit
Dominus Ioannes de Anania in c. quæſitum 5.
de rer. permutatio. numer. 11. fol. 123. de mente
Florian. Anton. & Ioann. de Imol. in d. cap. quæ-
ſitum.

Quoniam præterquam quod ipſe D. Ioann.
de Anania inclinat in contrariam ſententiam, di-
cebatur hic non agi, de vtroque officio in ſpecie,
cum non fuerit ſpecificè dictum de officio alicu-
ius Auditor. Rotæ, primo, ſeu ſecundo, tertiò,
quarto, vel quinto loco electi, ſed ſolum in gene-
re de officio vacante ipſius Auditoris, qui per
mortem, vel aliud impedimentum, vt tantæ di-
ctum decretum Illuſtriſſimi magni conſilij ve-
nire non poſſet, quo caſu directo intrat diſpoſi-
tio d. cap. vnici de rerum permutatio. loquentis,
quando generaliter fuit prouiſum de eo, quod
vacauerit, quia licet expectans illud non conſe-
quatur vacans, tamen ex cauſa permutationis
conſequitur aliud, quod non eſt, vbi mandatur
prouideri de certo, vt per Zabarell. in cap. quæſi-
tum numero 9. de rerum permutatio. fol. 92.

4 Vlterius cum id, quod datur ex cauſa permu-
tationis, non vacet, vt dicit gl. in d. Clement. vni-
ca in principio in verſiculo præſupponendum
5 eſt, officia permutata non poſſunt dici amiſſa,
ſed vnum loco alterius ſubrogatum, ea ratione,
quod permutantes habent ius in re Federic. de
Senis conſ. 62. verius videtur eſſe. num. 3. verſi-
culo præterea folio 36. quem citat, & ſequitur
Mandoſ. in ſuo tract. de ætate minorum. cap. 5.
quæſt. 34. num. 4. cum alijs doctoribus per eum
cumulatis, ob quod dictus ſexto loco adiectus,
6 qui non habet ius ad rem ante vacationem Put.
deciſio. 235. ſtatutum eſt in Ciuitate Placentiæ
num. fina. & per totam lib. 2. folio 243. quia ſuc-
7 ceſſio, ſeu optio dicto expectanti datur officio va
cante Æneas de Falconibus in ſub tractatu de re-
ſeruatio. quæſtio. 4. principali effectu 47. num. 9.
Gomez. in regula de non tollendo iure quæſito,
quæſtio. 1. numer. 27. fol. 35. Rot. deciſio. 3. No-
ta, quod ſecundum, vbi Papoz. in additionibus
in fine de conſuetu. in nou. folio 360. Federic. de
Sen. d. conſ. 62. eodem nu. 3. dicto verſiculo præ-
8 terea, vbi addit, quod cum permutantes habeant
ius in re beneficium interim non dicitur vacare
per text. in cap. vltimo de conceſſio. præben. lib.
6. non poteſt aliquid in dictis officijs permutan-
tes prætendere.

Etiamſi huiuſmodi permutatio facta fuiſſet
abſque ſuperioris auctoritate, quæ non eſt neceſ-
9 ſaria in concernentibus temporalitatem, ſicuti
eſt in ſpiritualibus, vt in puncto tradit Ioann. de
Imola in cap. exhibita. nu. 24. de rerum permu-
ta. num. 24. fol. 168. & Benedic. Capra in ſuo tra-
cta. de rer. permutatio. num. 31. fol. 121. referen-
tes, ac approbantes diſtinctionem, ſeu opinio-
nem Floriani in cap. quæſitum de rerum permu-
tatio. & habetur tomo primo commun. opinio.
ſecundum ordinem Codicis in titulo de rer. Ec-
cleſiar. permutatio. numer. 27. lib. 4. folio 653. &
per Mantic. in ſuo tract. de tacit. & ambiguit. 7.
nu. 43. lib. 2. fol. 672.

10 Et multo magis cum ipſa permutatio. facta
fuerit auctoritate eiuſdem Illuſtriſſimi, & Reue-
rendiſſimi Domini Cardinalis Legati; qui ſicut
in

in eius prouincia poteſt omnia facere ſicut ipſe
Papa, niſi ſint ei ſpecialiter reſeruata. Abb.conſ.
109. inuocato diuino ſuffragio. num.1.& 2.par.
1.fol.80.& Borell. in d.eius ſumma deciſio.titul.
62.num.24.fol.272. ita vt ab eo factum dicatur
factum ſedis Apoſtolicæ.gloſſ.in verbo deferen-
di litera C Ioann. Andr. & alij in cap. ſi Abbas
de electio.in ſexto.Gloſſ.in cap.auctoritate §.in-
hibemus in verbo ſedis Apoſtolicæ litera F. de
priuileg eod.lib.6.Gambar.de offic. legati de la-
tere in princ.num.39. verſiculo in contrarium,
12 & nu. 43. ita valida auctoritate ſua reddere po-
tuit dictam permutationem,& quidem indiſtin-
ctè, vt in puncto ſcribit Ioann. de Imola in d.c.
exhibita num.51. in verſiculo ſi vero fiat, aucto-
ritate Papæ, vel Legati.folio 170. idem loquens
de iudice, cuius auctoritate purgatur omne vi-
tium, tradit Ioann.de Anania in cap.quæſitum.
num.6.de rerum permutatio.fol.123.

Et tanto magis cum officium non vacaret, nec
ageretur de intereſſe memorati ſexto loco adie-
cti, qui nihil habet, niſi ius in ſpe, quod non dici-
13 tur ius quæſitum, nec eſt conſiderabile ſecundum
Gomeſ.ſuper Regul. Cancellar. de non tollend.
iur.quæſito quæſt.4.nu.12. & 13.fol.21. & Ca-
gnol.in l.1.C.de pact.num.18.fol.5. cum conſi-
14 ſtat in mera expectatiua, ex qua non acquiri-
tur aliquod ius in re, neque ad rem, vt poſt Egid.
Bella.deciſ.167.per illa verba ad finem.fol.137.
& deciſio.358. acceptatio. fol.192. teſtatur Go-
meſ.in regula de impetrand.benefic.viuent.quæ-
ſtio.4.num.1. verſiculo, ſed per expectatiuam.
fol.68.& ſequent. Caſſador.deciſio.3.ſuper gra-
tia.nu.3.de præben.fol.137.

Nec dicatur quarto loco electum, qui teneba-
tur perſeuerare in Rota Bononienſi per duos
alios annos ſub pœna ſcutorum mille non poſſe
exercere officium iſtius Rotæ, & conſequenter
ſexto loco adiectum poſſe in eius locum ſucce-
dere præſertim cum permutatio facta cum infir-
mo arguendo à ſenectute, in qua reperitur quin-
15 to loco electus, quæ eſt infirmitas; quæ fraudis
ſuſpitione non careat.

Nam ad primam difficultatem reſpóſum fuit,
illam non applicari, nec tollere fundamenta ine-
16 uitabilia ſuperius adducta, ſed eſſe nimis fallacẽ,
cum non deficiant plures viæ ad obtinendum,
tam à Dominis Bononienſibus ex conuentione,
vel gratia, quam etiam ex gratia Principis, &
etiam, quia poſſet quarto loco electus ad exclu-
ſionem ſexto loco adiecti componere cum illis
de illo regimento, vel dare interim alium loco
ſui, vt ſæpè contingit, ſeu pœnam ſoluere.

Ad ſecundam obiectionem fuit dictum argu-
mentationem præfatam à ſenectute ſumptam
non procedere in hac ſpecie.

17 Primò, quia ſenectus, quæ incipit ab anno
60.& durat vſque ad 70.ſecundum glo.in proœ-
mio ſexti decretalium. in verbo perfectus litera
X.fortè hic non verificatur.

18 Secundò, quia ſenectus pro ſe verè, & propriè
non eſt infirmitas, nec comprehenditur ſub di-
ſpoſitione, ſeu regula de infirmo loquente, vt
pulchrè in puncto determinat Gomeſ. ſuper re-
gula Cancellariæ de infirmo reſignante quæſt.
7.numer.7.& 8.fol.39.& 40.& probatur ex Al-
ciat.de præſumptio. præſumptio.53.num.2.fol.
55.& Menoch.caſu 60.num.8. & 10.& 11.fol.
209. ex quibus optimè tollitur præfata difficul-
tas.

19 Tertiò, quia dicta argumentatio eſt nimis
fallax, cum imponat neceſſitatem, quod omnes
ſenes ſint infirmi, & cito morituri, cuius contra-
rium experientia rerum magiſtra docet.

20 Comprobatque vulgare adagium de agno,
qui ſæpè citius moritur, quam ouis, & illud Ho-
21 ratij. Nec parcit imbellis politibus, timidoque
tergo.

Vbi de morte loquitur.

Quod in ſpecie iſta ſatis planum viſum fuit
ſtante quod dicto quinto loco electus, vbi ſenex
dici poſſet, eſt tamen Dei gratia ſanus, & robu-
ſtus, & benè diſpoſitus ad longè viuendum more
ſuorum antiquorum, & talis quod in illo nullo
modo intrat ſæpè dicta argumentatio.

Et tanto magis, quod de aliqua fraude non
fuit doctum, nec de aliquo ipſius expectantis
præiudicio, quod ſatis conſtat, ex eo quod per-
22 mutatio fuit de officio æquali, in qua nec fraus
cadit, nec præiuditium conſiderari poteſt, vt
optimè probatur per Gomeſ. ſuper regula de
infirmis reſignant quæſtio.19. numer.2. in ver-
ſiculo, nam in tali.folio.42. & in alio non diffe-
renti, niſi in veniendo ante, vel poſt biennium
ex forma conſtitutionis Rotalis Ferrariæ, qui
mos eſt etiam in Rota Bononienſi. Quod tem-
23 pus, ſicuti non eſt modus tollendæ, vel inducen-
dæ obligationis. l. obligationum fere. §. placet.
ff. de actione. & obligation. cum ſimil. vulgar.
ita nec alterat, neque diminuit ipſorum per-
mutantium obligationem erga Dominum
ſuum.

Tollitur etiam omnis amaritudo, ac difficul-
24 tas, quæ oriri poſſet circa factam permutatio-
nem dictorum officiorum, ex obſeruantia alias
ſecuta inter admodum Illuſtres Dominos
Chriſtofanum Merlinum Forliuienſem, & Sa-
bellũ de Tholomęis Maceratenſem Rotæ Ferra-

rienſi

rienſis Auditores electos, qui ad inuicem eorum officia permutarunt, vt nunc fecit quarto loco electus, cum electo quinto loco, quæ pro noto-
25 ria fuit allegata, à qua non videbatur recedendum. Crauet.conſil.201.præſupponitur numer. 211.lib.2.fol.2. Bec.conſ.101.nu. 49. & ſequen. cum ſimilibus vulgar.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Pactum de non appellando, an obſtet.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ferrariæ, vbi eſt pactum de non appellando, & iuramentum appellationem reijcit, etiamſi daretur de euidenti iniquitate, aut notoria nullitate.*

2 *Quilibet tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis, ſiue ſit affirmatiuum, ſiue negatiuum.*

3 *Negatiua, quando eſt fundamentum intentionis, à negante probari debet.*

4 *Inſtrumento regiſtrato ſtandum eſt.*

5 *Inſtrumentum regiſtratum, & regiſtri auctoritatem habens probat, & de regiſtro factum dicitur.*

6 *Notarijs, an ſit promiſſum extrahere inſtrumenta publica, cum clauſulis generalibus, & cæteratis, vt regiſtrari poſſint, illaque poſtquam extracta fuerint, & regiſtrata probent.*

7 *Notarium feciſſe creditur omnia ad quæ tenebatur.*

8 *Obligatio ne poſſit appellari oritur ex pacto de non appellando, & clauſula iuramenti patitur in inſtrumento, & ſic ex obligatione.*

9 *Obligatione ceſſante ceſſat effectus eiuſdem obligationis.*

10 *Illud extenditur, extrahitur, regiſtratur, ac apparere poteſt, quod eſt, non autem illud, quod eſt nullum.*

11 *Nullum, quod eſt dicitur non eſſe, & nullum producit effectum.*

12 *Inſtrumentum non ſtipulatum, cum verbis ſtatuti, nec ſcriptum ad protocollum in omnibus, & per omnia ad formam conſtitutionis ſi fuerit poſitum ad regiſtrum, talis regiſtratio an valeat.*

13 *Conſtitutioni Spinolæ non eſt derogatum per conſtitutionem regiſtri.*

14 *Correctio legum debet fieri expreſſè.*

15 *Lex noua, vel ſtatutum generaliter non intelligitur corrigere, quæ in caſibus ſpecialibus loquuntur.*

16 *Statutum ſpecialius eſt præferendum.*

17 *Clauſula non obſtantibus habet vim derogandi; quibuſcumque contrarijs.*

18 *Conſtitutio regiſtri, etiamſi eſſet ſpecialis, & diſponeret in indiuiduo contra aliam conſtitutionem, ſine expreſſa derogatione eam non tollit.*

19 *Conſtitutio Spinolæ, & conſtitutio regiſtri, cum ſimul*

ſtare poſſint, vtráque ſeruanda erit, & fruſtra quæritur de contradictione.

20 *Statuta, quando poſſunt reduci ad concordiam ceſſat contradictio.*

21 *Notarij debent animaduertere ne faciant contra ſtatuta, & conſtitutiones.*

22 *Notarij, quando habent formam à ſtatuto præſcriptam, non poſſunt per relationem, ſeu ſubauditionem, uel clauſulam, cæteratam quæ oculis corporeis non legitur ei ſatisfacere, niſi ad vnguem omnia contenta in ſtatuto obſeruent.*

23 *Expreſſum dicitur, quod teſtificatur facta relatione, verè, & propriè.*

24 *Forma data à ſtatuto eſt ſeruanda, ita vt nihil omittatur, vel fiat contra, vel præter.*

25 *Forma non poteſt diuidi, nec minui.*

26 *Formæ deſectus exiguus vitiat, & impedit ortum obligationis eiuilis, & naturalis.*

27 *Verba ſtatuti Ferrariæ, & conſtitutionis Spinolæ ſunt de forma, quæ præſumitur ſubſtantialis.*

28 *Statutum inducit formam, quando exprimit modum conficiendi aliter, quam à iure ſit diſpoſitum, & clauſulam annullatiuam continet.*

DECISIO XXVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

SEntentia lata per Dominum Iudicem, à quo ad fauorem Ioann. Podij: Ianuenſis eſt exequenda contra Magnificum Dominum Albertum Lanam, non obſtante appellatione interpoſita.

1 Quia ſtatutum Ferrariæ lib. 2. cap.71. folio 74. Illam reijcit, vbi in inſtrumento fuit appoſitum pactum de non appellando, & iuramentum, etiamſi daretur de euidenti iniquitate, aut notoria nullitate.

Nec dicatur prædicta non releuare, nam notarius circa expoſitionem, ac declarationem, ſeu deſcriptionem, ac ſtipulationem dicti pacti de non appellando, ac iuramenti non ſeruauit formulam, à conſtitutione Spinola traditam:

Quoniam cum id non fuerit probatum pro parte Lanæ ad quod huiuſmodi onus ſpecta-
2 bat, quia quilibet tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis. l. qui accuſare. C. de edend. l. ei qui dicit ff. de probatio. l. actor, quod aſſeuerat. C. eodem titu. cum cæteris latè deductis per Ludouic. concluſio. vnica de probatio. colum. 1. folio 468. ſiue ſit affirmatiuum, ſiue negatiuum, vt per Bertrand. conſilio 75. numero 4. & conſilio. 79. numero 5. lib. 2. & Ludouic. ibidem in
3 verſ. & quilibet tenetur, ſiue abſolutè negatiuum quando eſt fundamentum intentionis, vt in puncto tradunt Bar. in l. in illa ſtipulatione 8. la prima. ff. de verbor. oblig. nu. 5. in verſ. ad hoc credo

Alexan.conſ.39. viſo themate in princ.lib.1.fol.
37.Crauet. conſ.1. Guilelmeta num.7. fol.1.&
Cephal.conſ.48.in cauſa num.5.lib 1.fol.88. &
4 Paſet.conſ.105.in cauſa Dominæ Laomedontis.
nu.2.& 3.fol.914. Surd.deciſ.260. Dominus iu-
d... nu.7.& 8.fol.591.& conſ.180. non dubito.
nu.16.lib.2.fol.89.ſtandum eſt inſtrumēto pro-
ducto per Poggium, uti regiſtrato,ac regiſtri au-
5 ctoritatem habente, de qua in conſtitutione re-
giſtri.c.18.fol.13. cuius vigore probat, & de re-
giſtro factum dicitur. l.1.§. in omnibus auctori-
bus.C.de veter.iur.enucleand. & c. ſi Apoſtolicę
ſedis Legatus 22.§. certum eſt de pręben.in 6.

6 Maximè cum notarijs, vt in conſtitutione re-
giſtri.c.10.fol.7. ſit permiſſum extrahere inſtru-
menta in forma publica cum clauſulis generali-
bus, & ceteratis vt regiſtrari poſſint, quod qui-
dem ſuperfluum foret ſi poſtquam extracta fue-
runt,& regiſtrata illa non probarent.

7 Sitque credendum notarium feciſſe omnia ad
quæ tenebatur,& ex vi conſtitutionis pręfatæ fa-
cere,ac obſeruare debebat.

8 Ratio eſt, quia cum obligatio ne poſſit appel-
lari,etiam ex capite notoriæ nullitatis,& iniuſti-
tiæ reſultet, ac oriatur ex pacto de non appellan-
do,& clauſula iuramenti, & ſic ex obligatione. l.
obligationum ſubſtantia.ff.de actio.& obligatio.
9 illa ceſſante, vt eſt quando non ſatisfit ſtatuto,
ſeu conſtitutioni, quæ annullat actum ceſſat ef-
fectus dicti pacti,ac iuramēti, quaſi nihil actum
10 fuerit à notario in actu ſtipulationis, quod po-
tuerit ab ipſo extendi,ac extrahi,ſeu poni ad re-
giſtrum cum illud extendatur, extrahatur, regi-
ſtretur,ac apparere poſſit,quod eſt ſecundum gl.
fin. in c.fin.ne cleric. vel monac.in verbo hoc ſci-
licet litera L.& notatur in cap.ſignificaſti de for.
compet.& in l.eius,qui in prouincia.ff.ſi cert.pe-
tat.Barb.conſ.9.illud in medium,nu.18.li.4.fol.
11 38. non autem illud quod eſt nullum, quod di-
citur non eſſe.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic.
& nullum producit effectum, Crauet.conſ.216.
comparatio literarum, nu.12.lib.2.fol.120.cum
ſimilibus.

12 Et propterea ſi poſitum fuerit ad regiſtrũ in-
ſtrumentum non ſtipulatum cum verbis ſtatuti,
nec ſcriptum ad protocollum in omnibus,& per
omnia ad formam dictæ conſtitutionis, talis re-
giſtratio ſtatim, quod huiuſmodi defectus dete-
ctus fuerit, qui poteſt de facili apparere ex lectu-
ra protocolli, quod notarius ad effectum, vt iu-
dex videat compellitur exhibere iuxta tradita in
puncto per Paul.de Caſtro.in l.quędam nu.2.ff.
de edend.in verſ.aut quærimus remanet nulla,&
nihil operatur, ſic dictante dicta conſtitutione
Spinolæ,& quidem rectè,ex quo nullum, nec ci-
uile,nec naturale habet fundamentum, cui quod
actum eſſe aſſerit poſſit inhærere, vt ſimile de eo,
qui confeſſus eſt inſtrumentum falſum, eſſe ve-
rum, qui ſibi non præiudicet reprobato inſtru-
mento tanquam falſo tradit Bald. in l.alia cauſa
8.num. 2. C. de his quibus vt indign. cui in hac
13 parte non eſſet derogatum per conſtitutionem
regiſtri,vt patet ex ſequentibus, primo,quia non
fuit facta expreſsè,vt erat neceſſarium,vbi agitur
de legum conectione.l. penultima, vbi Bald. in
14 fin.C.per quas perſon. nobis æquiret.l.præcipi-
mus in fine.C.de appellationi. Deci.conſil. 3. &
diligenter pro tenui.num.7.fol.5. ſecundo, quia
conſtitutio Spinola, quæ præceſſit vſque de an-
no 1610.ſub die 14. Iunij, diſponens ſpecialiter
ſuper pacto de non appellando, & clauſula iura-
menti non potuit tolli per conſtitutionem regi-
ſtri poſtea publicatam ſub die prima Iunij
1613. nam lex noua, vel ſtatutum generaliter
15 corrigens non intelligitur corrigere,quæ in caſi-
bus ſpecialibus loquuntur, vt per text. in l. in te-
ſtamentis. C. de teſtam: iuncta l. hac conſultiſſi-
ma, vbi gloſſ.& Docto, C.qui teſtamen. facere
poſſ.doctrinam Romani in d.l.ac conſultiſſima.
8.C.qui teſtam. facere poſſ. vel non num. 6. di-
centis,quod quando lex ſpeciali caſu, & ſpeciali-
ter digno dicit debere interuenire aliquam ſo-
lemnitatem, quæ generaliter interuenire debet
in actu ab vno quoque confecto, tunc lex noua
ſuperueniens illam ſolemnitatem generaliter re-
mouens, non intelligitur remouere in illo caſu
ſpeciali, & in quo de ea mentio ſpecialiter facta
non eſt, quam ibidem ipſemet Roman. dicit eſ-
ſe notandam, & menti tenendum conſuluit Ce-
phal.conſil.55.pro reſponſione num. 16. lib. 1.
fol.102.& conſ.404. iſtos Magnificos num. 27.
16 li.3.fol.552.& ſeq. vbi dicit ſpecialius ſtatutum
eſſe præferendum, idem tenet, ac pluribus aucto-
ritatibus comprobat D.Alderan. Maſcard.in ſuo
tract.de general.ſtatuto.interpreta.concluſ.8.nu.
19.& 20.fol.321.

Et tanto magis, quod dicta conſtitutio Spi-
17 nula vti habens clauſulam non obſtantibus,quæ
habet vim derogandi, quibuſcumque in contra-
rium facientibus. Mart. de clauſul. clauſ.77.nu-
18 mer. 1. non potuit tolli per dictam ſecundam
conſtitutionem regiſtri, etiamſi illa pariter eſ-
ſet ſpecialis, & diſponeret in indiuiduo contra
primam, cum non habeat expreſſam deroga-
tionem primæ conſtitutionis, vt poſt Bartol.
in l.omnis populi.nu.31.ff.de iuſt.& iur.& alios
tradit idem Alexan.Maſcar. d.concluſ.8.nu.70.
ſeq.fol.330.

Immo

19 Immò cum conſtitutio Spinolę,& conſtitutio regiſtri ſimul ſtare poſſint, ex quo obſeruantia conſtitutionis Spinolæ non repugnat conſtitutionibus regiſtri,quæ locum habere poſſunt etiā in inſtrumentis factis ſeruata forma conſtitutionis Spinolæ,vtraque conſtitutio ſeruanda erit in caſu ſuo,vt pariter tradit idem Alderan. Maſcar. in d.ſuo tract.de gener.ſtatu.interpre. conclu. 8. nu.19.& 20.fol.321.& de correctione,quæ non adeſt non eſt tractandum.

20 Simile habetur in ſtatutis, quæ poſſunt reduci ad concordiam,& poſſunt ambo aliquid operari ad fugiendam correctionem, vt probant Bar.in d.l.omnes populi.ff.de inſti.& iur.nu.35. & tex. in prima conſtitutione Codicis.§.quibus. C.de nouo Codic.faciend.ibi ſi iuris alia diuiſione adiuuentur,& alij citat.per eundem Alderan. d.concluſ.8.nu.65.fol.330.

21 Quod animaduertant, & mente teneant Notarij ne errent,& partibus præiudicent,& ſtatutis

22 ac conſtitutionibus ſe opponant, quia cum habebant formam ab illis pręſcriptam non poſſunt per relationem,ſeu ſub auditionem, vel clauſulā cęteratam, quæ oculis corporis non legitur illis ſatisfacere,niſi ad vnguem omnia in illis ſtatuta, ac contenta adimpleuerint,vt optimè probat Lācellot.Galiæ.nu.31.ne in caſſum laboremus. nu. 46.fol.93.Rol.conſ.33. Illuſtris quōdam. nu.8.

23 lib.3.fol.80. Etiā,quod expreſſum dicatur,quod certificatur facta relatione.l.certum.ff.ſi cert.peta.l.vbi autem. §.illud.ff.de verbor.oblig. Laſſe toto.ff.de hæred.inſtituen.Galleſi. ad form. Camer.obligatio.in quæſt. ad quartam partic.obligation.Cameralis.quæſt.1.nu.5.fol.9. Grat.cōſ. 137.viſo ſtatuto.nu.11.li.2.fol. 150.& quidem verè,& propriè,vt ibi per Grat.nu.12.quia quā

24 do forma data eſt à ſtatuto,ſeu conſtitutione illa præciſè eſt ſeruanda, ita vt nihil omittatur, vel fiat contra,aut præter Felin.in cap.cum dilecta verſiculo geſta contra formam ampliatione prima. numer.6.fol.121.& amplia.9.num.7.folio 122. cum alijs citatis per Pedemont. deciſio. 165.abſolutis igitur num. 4.5.& 6.fol.671.& nu.16.fol.173.

Et ſi aliquid fuerit omiſſum, quamuis mini-

25 mum,nihil eſt actum,quia exiguus defectus formæ,quæ non poteſt diuidi.Deci.conſil. 532.pro vera reſolutione.nu.5.fol.73.Becc.conſ.12. cum proximis nu.29.& 30.fol.23.& Lancell.Galie. d.conſ.3.nu.11. cum plur.ſeq.nec minui.Rol. d. conſ.33.nu.10.lib.3.fol.81. vitiat,quod geſtum eſt.c.1.de baptiſ.& Gomeſ. ſuper reg.Cancel. de idiomate.q.8.nu.1.& 2.fol.63.& impedit ortum obligationis ciuilis,& naturalis ſecundum Fel.in

d.cap.cum dilecta num.6.in verſiculo, quod vbi eſt defectus.fol.121.

27 Quod verba ſtatuti Ferrarię lib.2.rubr.71.fol. 74.& conſtitutionis Spinulæ ſint de forma,quæ præſumitur ſubſtantialis. Rol.d.conſ.33.nu.9.li. 3.fol.80. Becc.d.conſ.12.nu.29.& 30.fol.23.eſt

28 manifeſtum ex ſequentibus,quia exprimūt modum conficiendi aliter, quam à iure ſit diſpoſitū. Becc.vbi ſupra.num.23. Secundò, quia continet clauſulam annullatiuam,de qua in dicto ſtatuto, ibi non valet, & in conſtitutione ibi viribus careat.Rol.d.conſ.33.nu.11.li.3.fol.81. Bertaz. in ſuis conſ.ciuil.conſ.77. fuit inueſtitus.nu.4.& 5. fol.251.Grat.conſ.57.inuocato diuino ſuffragio nu.19.lib.2.fol.66.

Tertiò,quia id in terminis ſtatuti Ferrarię tenet Paſet.conſ.150.quoniam nu.1.& 2.fol.143. & conſil.172.in cauſa Scaronia num.2. fol.160. ea ratione, quod illa habeant decretum annullatiuum.

Laus Deo,& Beatæ Marię ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Tutores, & Curatores an poſſint conſtituere Procuratorem.

SVMMARIVM.

1 *Tutores,vel Curatores non poſſunt procuratorem conſtituere.*
2 *Tutores,& curatores ſunt quaſi Domini.*
3 *Tutores,& curatores non ſunt Domini.*
4 *Procurator recipit mandatum à Domino.*
5 *Tutores,& curatores generaliter,et indiſtinctè,ſiue ſint infantis,ſiue maioris,quam infantis,poſſunt petere quod detur actor.*
6 *Actor quomodo conſtituatur.*
7 *Tutores, & curatores poſſunt conſtituere procuratorem volente pupillo.*
8 *Tutores,& curatores poſt litem conteſtatam poſſunt conſtituere procuratorem.*
9 *Tutores,& curatores poſt litis conteſtationem efficiuntur Domini litis.*
10 *Tutores, & curatores poſſunt conſtituere procuratorem ad negotia.*
11 *Negotia dicuntur tutorum,& curatorum, cura,& ſolicitudine.*

DECISIO XXVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 TVtores, & Curatores licet regulariter non poſſint procuratorem ad iudicium conſti-
2 tuere, ea fortè ratione, quia quaſi Domini ſunt, Salic.in l.neq; tutores 11. C.de proc.n.3. in verſ.

3 ſolue, quod non eſt Dominus non alit Domini à
quibus procuratores recipiunt mandatum.l.1.ff.
4 de procurato.& ibi Odofred.ante num. 1.in verſiculo ratio eſt illa, gloſſ. in d. l. neque tutores in verbo facere poſſunt litera D.& in verbo debent litera F.in verſiculo item nota.C.de procurator, & Bar.nu.1,& 7.ſed ſolum petere,vt detur actor
5 ſecundum communem opinionem, de qua per Bartol. in ſæpedicta lege neque tutores num. 7. & in l.decreto in fine. ff. de administra.& pericul.tutor.ſiue ſint tutores infantis, ſiue maioris, quam infantis, vt per Alb. conſ. 205. non videtur eſſe verum num. 6.lib. 1.fol. 61. Odofred. in
6 d.l.neque tutores in princip. qui dicit actorem conſtitui decreto pretoris,periculo tutoris,& curatoris,qui petit,& num, 1.vbi gloſſ.in verbo debent litera F.Bartol.nu.7.Paul.de Caſtr.num.7. verſiculo dic quod, & in l. decreto in princ.ff.de administr.& pericu.tuto.

Hęc tamen regula plures recipit limitationes, quæ omnes applicantur ſpeciei de qua agitur.

Prima eſt,quod volente pupillo dicti tutores,
7 & curatores procuratorem conſtituerunt, quod an facere potuerint non ambigitur Bartol.in d.l. neque tutores nu.10.C.de procur. & in l.decreto ante num.1.ff.de adminiſtr.& pericul.tutor. qui id declarat in pupillo,qui fari poterat.

8 Secunda eſt ,quod dicta conſtitutio procuratoris fuit facta poſt litis conteſtationem, quo tempore tutores, & curatores poſſunt conſtituere procuratorem, vt ad literam probat text. in d. l. neque,& ibi Odofr.ante nu. 1,in verſ.vos habetis Bar,in prin,& nu.5 & 6, C.de procur.& Paul.de Caſtr.nu.2.& 5.& in d.lege decreto ante nu, 1.ff. de adminiſtr.& peric.tuto, Ratio eſt,quia per li-
9 tis conteſtationem dicuntur effecti Domini litis, vt per Odofr.in d.l.neque tutores.C.de procura. ante nu, 1.in verſiculus tertius caſus.Salicet.Paul. de Caſtr.nu.3.qui dicit præfatos tutores,ac curatores procuratorem tunc conſtituere ex propria perſona, & iure eis quæſito per conteſtationem, qua mediante ſunt effecti Domini litis, & Spec. in §.fin.de lit,conteſta.nu.3.lib.2.par.2.fol.161. per tex.in d.l.neque tutores.

Tertia eſt,quod dicti tutores,& curatores con-
10 ſtituerunt etiam procuratorem ad negotia extra judicialia,quod pariter validè,ac legitimè facere potuerunt.l.ſi procurator. §.1.ff.mand.it.Bar.in d.l.decreto locitato, & in d. l. neque tutores. C. de procur.nu.5. & 6.quod tenet etiam Paul. de Caſtr.in d.l.neque tutores. nu.2. C.de procurat. vbi enim agitur de negotijs dicitur tractari de his, quæ ad tutores, vel curatores ſpectant cum
11 negotia dicantur tutorum cura,& ſollicitudine. Bartol.in dicta l.neque tutores.num.6.&7.C.de procurator.qui ad hoc allegat text.in l.ſi pupilli 6.§.item quæritur.ff.de negot.geſt.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De quolibet adminiſtratore, qui tenetur omni iure rationem reddere. Seruanda teſtatoris voluntate,liquidatione reſeruanda, extinctione obligationis per ſolutionem,actione pro reſiduo, abſolutoria ab obſeruatione iudicij. Ratione ſemel reddita, & quod ex actis ſit iudicandum.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet adminiſtrator,ſiue ſit negotiorum geſtorum,ſiue procurator tenetur rationem reddere.*
2 *Ratio reddi debet,tam de iure humano,quam diuino.*
3 *Redditio rationis,vt congruè fiat quid agendum ſit.*
4 *Redditio rationis debet fieri cum veritate, & rectitudine, alias adminiſtrator, vt falſus punitur, & perpetua infamia notatur.*
5 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda, & contra faciens priuatur commodo hæreditatis.*
6 *Liquidatio poteſt reſeruari in ſententia.*
7 *Solutione eius,quod debetur tollitur omnis obligatio.*
8 *Reſiduum ante redditam rationem,an peti poſſit.*
9 *Abſolutio ab obſeruatione iudicij ſaluo iure melius agendi,quando fiat.*
10 *Ratio legitimè ſemel diſpuncta reiterari non debet.*
11 *Iudicandum eſt ſecundum acta.*

DECISIO XXVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa vertente inter Dominam Paulam Frontoriam ex vna, & Excell. D.Io.Baptiſtam Dondinum ex alia Domini viſo proceſſu per dictam Frontoriam in hac cauſa reuiſionis producto, antea integrè in alio iudicio per d. Dondinum, non oſtenſo, in quo omiſſa cauſa conuentionis ipſius D.Paulæ, & variato facto, ex quo ius oritur obtinuit ad eius fauorem pronuntiari 1 Domini omnibus bene viſis,ac conſideratis incipiẽdo à cauſa conuentionis ipſius Frontoriæ cõcorditer cenſuerunt Dondinum teneri reddere rationem adminiſtrationis fructuum, & redituum hæreditatis olim D.Flaminij,ipſi D.Paulæ,cum reliquorum reſtitutione.

Moti

Moti primo ex regula, quod quilibet admini-
1 ſtrator, ſiue ſit negotiorum geſtor, ſiue procu-
rator, vt per Rot.Genuen.deciſio.24.quoniam,
2 quilibet in principio.fol.87.non ſolum humano
iure. l.idemque.§.1.l.ex mandato 20.ff.de man-
dat.l.qui proprio 46.§.procurator.ff.de procur.
l.1.ff.de negot.geſt.Rot.Genuen.deciſ.191.Ga-
leatio.nu.1.& 2.fol.252.ſed etiam diuino, ſiue
adminiſtrationis rationem reddere tenetur iux-
ta illud Euangelij, redde rationem villicationis
tuæ, de quo meminit tex.in d.qualiter.& quādo
24.il ſecundo, de accuſ. Menoc.de arbitrar.lib.2.
cent.3.caſ.209.num.1.fol.449. Rot.Genu.deciſ.
165.reddendam eſſe num.3.& 4.fol.220. Rot.
conſ.49.in præſenti nu.1.& Muñoz.in ſuo tract.
de ratiocin.c.9.nu.5.fol.2.

Secundo ex obligatione id faciendi, quam
Dondinus habet erga dictam Frontoriam, quæ
prouenit, primo ex decreto Illuſtriſſimi, & Reue
rendiſſimi Domini Cardinalis Spinolæ. Secun-
dò ex cōuentione. Tertiò ex propria ipſius Don-
dini oblatione in actis facta.

3 Quæ vt congruè fiat eſſe debet cum oſtenſio-
ne ſingulorum actuum adminiſtrationis, datio-
ne computorum, ac reſtitutione reliquatus, vt in
puncto poſt Afflict. deciſio.157.lata fuit ſenten-
tia num.2.fol.140.Crau.conſ.231.circa præſen-
tem conſultationem.nu.2.fol.35.& alios cenſuit
Rota Genuæ. d.deciſ.191.nu.2.in verſiculo, &
hæc de primo eodem.fol.252.

4 Item cum veritate, & rectitudine alias ſi vera,
& recta non fuerit, adminiſtrator vt falſus puni-
tur.l.1.§.tutores.ff.ad l.Corrnel.de falſ.ibi perin-
de puniatur, ac ſi falſum commiſiſſet, ac itidem
perpetua infamia notatur, vt in l.1.ff.de his, qui
notant infam.& per Munoz.in d.ſuo tract.de ra-
tiocin.c.1.nu.7.& 8.fol.2.

Secundò condemnarunt eumdem Dondinū
ad ædificandum domum de pecunijs ad ipſum
peruentis de pretio vini, & tritici hæreditatis, de
qua agitur, quia voluntas D.Flaminij ſuper hoc
5 (de qua conſtat eius ex teſtamento, ſublega-
to.28.fol.67.) eſt ſeruanda, vt in l.Fideicommiſ-
ſa.§.item ſi quis, & in l.quiſquis. ff.de legat.3.§.
diſponat in auth.de nupt.& per Peregri.de fidei-
commiſſ.art.11.in princ.fol.86.non autem de-
ſtruenda, ne contrauenjendo priuetur commodo
hæreditatis ad tradita per Mantic.de coniect.vlt.
volunt.lib.3.tit.3.nu.5.fol.38.cum ſimilibus.

Præſertim cum comprobata fuerit per decre-
tum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini
Cardinalis Spinulæ, in verſiculo nec non fol.90.
& per tranſactionem ſecutam inter dictas par-
tes, vt ibidem in c.4.fol.39.

Tertiò pronuntiauerunt dictum Dondinum
teneri ad reinueſtiendum pecunias peruentas ad
eius manus ad formam oblationis per ipſum fa-
ctæ, quæ omninò ipſum ad id aſtringit, iuxta li-
6 quidationem faciendam. Nam cum ignoraretur
quantitas dictarum pecuniarum potuit reſeruari
eius liquidatio ad tradita per Cagnol.in l.vnica.
C.de ſenten.quæ pro eo, quod inter.num.3.folio
541.& in l.quatenus 24.nu.22.ff.de reg.iur.fol.
619.& Tuſc.concluſ.445.tom.6.litera R.num.
6.fol.993.poſt Caſtr.Bald.& Alex.qui liquida-
tionē huiuſmodi appellat vtilē, & neceſſariam.
Etiam quod pars, quæ petijt non probauerit ſibi
incumbentia, & ſic abſque aliqua reſeruatione
ſequi debeat abſolutio, vel condemnatio ad tra-
dita per Borg.deciſ.7.fuit motum iudicium &c.
num.11.fol.26.lib.1.Moror.de ſecundo creditur.
offer.nu.55.Cabal.conſil.ciuil.89.in cauſa mihi
commiſſa.nu.13.& per tot.par.2.fol.... & Mo-
nac.deciſ.Bonon.32.cum el minus nu.15.fol.67.

Quia vbi æquitas ſuadet, & videtur iudici iuſtū,
illa omninò eſt facienda, vt per eūdem Monac.
vbi ſupra num.16.fol.eod. poſt Cab.d.conſ.68.
num 4.p.2.

Quartò abſoluerunt præfatum Dondinum à
ſolutione legati ſcutorum 400. quia per ſolutio-
7 nem, quam fecit pendente iudicio ſublata fuit
omnis obligatio. §.1.inſtitut.quib.mod.tollitur
oblig.l.pupillus.ff.ad l. Falcid. Surd. conſ. 221.
ſuper proceſſu nu.58.fol.186.

Circa reconuentionem, quam Dondinus fe-
cit contra d.D.Paulam Frontoriā, arbitrati ſunt
eandem D. Paulam eſſe abſoluendam ab obſer-
uatione iudicij ſaluo iure melius agendi.

8 Quia antequam perueniret ad notitiam, quid,
& quantum remanſerit in manibus Frontoriæ à
die mortis D. Flaminij teſtatoris viri eiuſdē, vſ-
que ad diem reſtitutionis hæreditatis factę dicto
Dondino virtute trāſactionis inter dictas partes
ſecutæ non potuit Dondinus agere, vt fecit pro
dicto prætenſo reſiduo, ante redditam rationem
ex parte dictæ Frontorię, quatenus ad illam red-
dendam in caſu, & ad effectum, de quo agitur te-
neretur poſſet enim contingere, quod Frontoria
plus oſtendat impendiſſe in negotio, ſeu admi-
niſtratione hæreditatis, de qua agitur, quam ſit
prætenſum reſiduum ipſius Dondini, ad tradita
per tex.in l.prima.§.præterea ſi tutelæ.ff.de con-
tra.& vtili act.tutelæ per Ceph.conſ.768.in cau-
ſa num.14.lib.5.fol.521.& Rot.Genu.per Cart.
deciſ.74.nollens quidam nu.23.fol.225. ac Lu-
cenſem per Magōn.deciſ.3.in eadem cauſa Puc-
cina.nu.1.& ſeq.fol.9.

Quo caſu quaſi inepte Dōdinus egerit merito

fuit, vt ſupra Domina Frontoria abſoluta ab obſeruatione iudicij, ſaluo iure melius agendi ad tradita in puncto per Rot. Genuen. deciſ. 43. Io. Maria Spinola num. 3. & 5. cum ſequen. fol. 123. Barz. deciſio. 42. in cauſa num. 8. 9. 10. & 11. folio 116. facit Marcabrun. ab Anguill. conſil. 27. ſententia num. 2. fol. 199.

Nec dicatur fuiſſe extinctum prætenſum iudicium redditionis rationis petitæ per Frontoriam attento, quod Doudinus ab ea contentus
10 rationem reddidit, qua ſemel legitimè diſpuncta, iterum reiterari non debet, vt probatur in l. ſemel. C. de Apoch. pub. lib. 10. & per Soci. conſ. 92. viſo inſtrumento &c. nu. 3. lib. 4. ſol. 18. Paris. conſ. 89. rationes num. 1. lib. primo, fol. 175. Rota Genuen. dicta deciſio. 24. num. 1. fol. 87. & alios citatos per Munoz. in dicto ſuo tractatu de ratiocin. cap. 41. num. 1. & 2. fol. 538.

Quoniam præterquam quod huiuſmodi concluſio multas recipit limitationes, ac conſiderationes, de quibus per eundem Munoz. dicto cap. 41. & Rotam Genuen. deciſ. 27. agentibus, nu. 16. cum ſeq. fol. 235.

Breuibus, ac concluſiuè vnico verbo fuit reſponſum, quod in actis præſentis cauſæ, in quibus iudices fundant eorum iudicia, ex regula l. illicitas. §. veritas. ff. de offici. præſid. cum ſimilibus non conſtat de allegata computorum redditione. Abſoluerunt partes ab expenſis honorario excepto, quod commune eſſe voluerunt iuſtis de cauſis animum eorũ mouentibus, ac alijs ex proceſſu, & ſupra deductis reſultantibus.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Appellatione prohibita, an dicatur prohibitus recurſus; & ſupplicatio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, quando eſt prohibita de iure ſtatutario, an ceſſet recurſus, & ſupplicatio.*
2 *Appellatio, quando eſt prohibita de iure communi an dicatur, etiam prohibitus recurſus, & ſupplicatio.*
3 *Iniuſtitia notoria vbi adeſt, appellatione prohibita, an ceſſet recurſus, & ſupplicatio.*
4 *Cauſa notoriæ iniuſtitiæ concernit meram gratiam.*
5 *Appellari, ſeu de nullitate notoria dici, ſupplicari, vel recurri an poſſit à ſententijs Rotalibus.*
6 *Auditoribus Rotæ, an poſſit dari adiunctus, & quando datur, an poſſit eſſe aliquis extra Rotam.*

DECISIO XXIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Licet quando ſtatutum tollit appellationem
1 contra ius commune, vel illa eſt ſublata in privilegium iudicantis, & abſque culpa prohibiti non tollatur via alterius recurſus, ſeu ſupplica-
2 tionis, vt fit quando appellatio eſt prohibita de iure communi, quia tunc, vt exiretur infinitas prohibita appellatione dicitur quoque prohibitus etiam recurſus, & ſupplicatio, vt in puncto conſuluit Ruin. conſil. 157. de tribus num. 16. 17. & 18. lib. 5. fol. 202. per bona iura, quæ allegat, de quo meminit Roland. conſil. 38. de duobus quæritur nu. 14. lib. 3. fol. 64.

3 Sicuti nec tollitur, vbi ſubeſt cauſa alicuius notoriæ iniuſtitiæ, ex quo hæc expoſtulat meram
4 gratiam ad tradita per Maſtril. deciſio. 158. prohibita appellatione, nu. 23. fol. 97. & num. 5. cum ſeq. lib. 2. eod. fol. 97.

5 Id tamen non procedit, nec militat in ſententijs Rotalibus, in quibus ex conſtitutione Rotali Clementis VIII. nu. 30. nullo modo poteſt appellari, de nullitate quantumuis notoria dici, vel opponi, ſupplicari, nec recurſus peti, vel concedi, niſi ex grauiſſima cauſa, quo caſu reuiſio ad
6 eandem Rotam coram eiſdem Auditoribus, abſque aliquo adiuncto, qui Auditoribus Rotæ, vti vniuerſis denegatur, licet ipſis vt ſingulis, quando opus eſt de eadem Rota tantum adiunctus concedatur, vt in memorata conſtitutione Clementis.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Legatum an intelligatur de moneta currenti tempore teſtamenti, vel tempore ſolutionis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum an ſolui debeat ſecundum valorem monetæ temporis teſtamenti vel ſolutionis, & num. 7.*
2 *Verborum intellectus ſumitur ſecundum tempus prolationis, non ſecundum id quod poſtea contingit, de quo nulla eſt determinata veritas.*
3 *Verba in contractibus, & vltimis voluntatibus, ac quibuſcunque diſpoſitionibus intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi, & intelligendi, qui tunc erat, non qui fuit poſtea.*
4 *Contrahentes non præſumuntur cogitaſſe de futuris, cum, quod futurum eſſet ignorarent.*

5 *Veriſimile eſt, quod teſtator intellexerit verba ſua iuxta id, quod tunc videbat, non autem, quod voluerit diuinare futuram mutationem monetæ.*

6 *Inueriſimile eſt, quod teſtator voluerit ſubijcere ſuum hæredem periculo mutationis.*

7 *Deterioratio monetæ quando noceat debitori.*

8 *Monetæ deterioratio, quo modo tempore in deterioratione extrinſeca dur quis non habetur in conſideratione.*

9 *Impugnans ex actu impugnato non poteſt commodum reportare.*

10 *Variatio non præſumitur, niſi probetur.*

11 *Fides non facit fidem.*

12 *Teſtator præſumitur minus grauare hæredem, quam ſit poſſibile.*

DECISIO XXX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DOmini vnica tantum parte informante concorditer dixerunt ſententias D. Prætoris iudicis, à quo fore, & eſſe confirmandas ad fauorem DD. Hæredum q. Illuſtris D. Claudij de Celatis contra Illuſtrem D. Aucrinatem eius filiam, prout confirmauerunt.

1 Moti quia legatum ſcutorum auri, à dicto Domino Claudio relictum dictę Auennati, vltra dotes tradictas, ac conſignatas intelligitur ſecundum valorem temporis facti teſtamenti, ac legati, non autem faciendæ ſolutionis, vt probetur in ll vxorem, §. teſtamento ff. de legat. 2 & in l. ſi ita ff. de aur. & argent. legat. & per Bald. conſil. penult. coram vobis num. 1. lib. 1. fol. 116. Oldrad. conſil. 31. Thema tale eſt fol. 122. Alberig. in leg. 6. ff. ſi cert. petat. num. Caſtr. in l. ſi duobus numer. 4. C. commun. de legat. Soccin. conſil. 6. Prædicta conſultatio num. 2. lib. 1. fol. 5. Cagnol. in l. final. C. de pact. num. 236. 10. 2. fol. 65. Soccin. Iun. conſil. 142. In præſenti conſultatione num. 6. & 9. lib. 2. fol. 198. Barbat. conſil. 29. Et viſo puncto num. 2. colum. 2. lib. 4. fol. 64. Corn. conſil. 181. Viſis non nullis num. 71. verſiculo nec obſtat, quod ſolutio lib. 2. fol. 190. Additio ad Papienſ. in libello de actione Hippotecaria in verbo relaxandum verſiculo de primo modo litera b. folio 192. Martin. Laudenſ. in tractat. de moneta quæſtio. 4. num. . . fol. . . Brun. in tractatu de augumento concluſio. 6. ampliatio. 9. num. fol. Bero. conſil. 143. In cauſa num. 28. lib. 1. fol. 145. Gabr. concluſion. 4. de ſolutio. lib. 3. in princip. fol. 168. Additio ad Roman. ſingular. 519. fol. . . . Natt. conſil. 156. circa primum dubium num. 16. cum ſequent. lib. 1. fol. 334. Mantic. de coniectur. vltimarum Voluntat. lib. 3. titul. 11. num. 8. fol. 46. Menoch. concluſio. 49. Perdifficile eſt numer. 8. lib. 1. fol. 141. Simon. de pret. de interpreta. vltimar. voluntat. lib. 4. Interpretatio. 1. dubita. 9. num. 37. fol. 404. Soarez in ſuo Theſaur. ſententiar. receptar. in verſiculo Moneta num. 204. fol. . . & Surd. conſil. 335. Sereniſſimus Dux Ferrariæ num. 16. lib. 3. fol. 167. & conſil. 454. Quærit Princeps à me num. 8. lib. 4. fol. 3. qui id ampliat non ſolum in diſpoſitionibus puris, ſed conditionalibus, & alijs ſpeciebus, ibi enumeratis.

Ratio multiplex eſt. Prima quia diſponens
1 ſemper intelligitur ſenſiſſe de moneta, quæ tunc
2 currebat, præſertim cum intellectus Verborum
prolatorum ſumatur ſecundum tempus prolationis, non ſecundum id, quod poſtea contingit, de
3 quo nulla eſt determinata veritas. Secunda quia
in contractibus & vltimis voluntatibus, ac quibuſcunque diſpoſitionibus verba intelliguntur ſe-
* cundum communem vſum loquendi, & intelli-
4 gendi, qui tunc erat, non qui fuit poſtea, cum contrahentes non præſumantur cogitaſſe de futura, &
mutata moneta, cum mutationem, & quod futu-
5 rum eſſet ignorarent. Tertia quia veriſimile eſt,
quod teſtator intellexerit verba ſua iuxta id, quod tunc videbat, non autem, quod voluerit diuinare mutationem Monetæ, vt latè tradit Surd. d. conſil. 454. lib. 4. nu. 12. 13. 14. 15. 16. & 17. fol. 4. &
6 5. Et Inueriſimile, quod voluiſſet ſubijcere ſuum
hæredem periculo mutationis ad tradita per Calcap. conſil. 15. Viſo Inſtrumento num. 15. Verſiculo idem facit fol. 42.

7 Quod huiuſmodi legatum in ſpecie de qua agitur ob extrinſecam Monetæ variationem, fieri debeat ſecundum valorem ſeu extimationē temporis ſolutionis, non autem facti teſtamenti, ac legati, vt tenent Cornel. conſil. 279. conſului col. 3. lib. 1. fol. 216. Menoch. conſil. 138. Hæc dubitatio num. 11. 12. & ſequen. lib. 2. fol. 158. & alij. Nihil facit, tum quia in caſu de quo agitur deficit præſuppoſitum aſſertæ variationis, cum quo tranſeunt omnes de quo nullibi conſtat, Cum quia, vbi de ea appareret illud non releuaret in dicta
8 variatione extrinſeca Monetæ, Hoc eſt in illius
extimatione, niſi probatum fuerit modo, & forma de qua per Surd. dicto conſil. 335. num. 9. & 10. lib. 3. fol. 166. & num. 34. fol. 170. quę non officit debitori niſi, à tempore moræ, vt in puncto decidit Barthol. in l. Paulus Reſpondet numer 6. verſiculo ſed contingit ff. de ſolutio. Paul. de Caſtr. in l. ſi duobus num. 4. in fin. C. commun. de legat. Natt. dicto conſil. 156. num. 16. lib. 1. & conſ. 454. ſuper contingenti controuerſia num. 3. lib. 2. fol. 442. & Surd. dicto conſil. 335. numer. 8. lib. 3. fol. 166. vbi innumeros allegat dicens hanc eſ-
* ſe veram & communem opinionem in qua nun-
quam fuerunt dicti hæredes de Celatis cõſtituti.

9 Et

9 Et multo minus cum ipſa deterioratio in extimatione eſſe potuerit modici temporis, quæ non attenditur, vt poſt Bartho. in l. Paulus Reſpondit num. 9. verſiculo vnum tamen te volo ff. de ſolution, & liberatio. Butr. Imol. ac Brun. tradit Gabr. concluſ. 3. de ſolution. numer. 5. fol. 160. Quod pariter ignoratur, quia de nulla variatione ſcutorum auri de quibus agitur, quouis modo probatum extitit Quo fit, vt ſolutio facta ſecundum tempus legati & teſtamẽti, quæ eſt nota, & etiam probata vt infra dicetur, ſit legitima, ac ſufficiens, & quod alio modo, & ſecundum alium valorem, ac extimationem temporis ſolutionis de quo, & qua nullibi in proceſſu, & actis conſtat fieri non potuerit.

Non obſtat legatum deberi ſecundum valorem temporis teſtamenti, quãdo moneta facta eſt deterior in intrinſeca bonitate, quo caſu ſecũdum veram & communem concluſionem ſolutio eſt facienda de antiqua moneta, vel de noua ſecundum valorem antiquæ vt poſt Bartol. in l. Paulus num. 6. ff. de ſolutio. & in l. cum quid num. 17. ff. ſi cert. petat. conſuluit Surd. conſil. 454. Quærit princeps num. 7. lib. 4. fol. 5. qui ibidem ſe ipſum citat conſil. 151. ſine longa Verborum ſerie numer. 69. fol. 6 & conſil. 220. Pactum conuentum nu. 4. lib. 2. fol. 181. non autem in ſpecie de qua agitur in qua de huiuſmodi intrinſeca deterioratione non conſtat.

Quoniam præterquam, quod hinc nihil ſequitur, quod releuet ſeu deſtruat cõcluſionem ſupra firmatam de ſolutione legati facienda ſecundum tempus teſtamenti, Argumentatio non applicatur ad hanc ſpeciem in qua ceſſante deterioratione memorata ceſſat ſine dubio prædicta quæſtio ex quo nihil refert de quo tempore fiat ſolutio.

Non obſtat, quod valor ſcutorum auri de quo agitur fuerit extimatus, à ſpectabili Dom. Horatio Nigriſolio, & Nicolao de Baldaſſaris dum ſe interpoſuerunt inter dictas partes pro concordia de mandato Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Vicelegati ad rationem bonenorum octuaginta quatuor pro ſingulo ſcuto aureo, vt ipſimet examinati ad Inſtantiam dictorum Dominorum de Celatis deponunt.

Nam plura obſtant dictę Dominæ Auennatę.

Primo, quod ſi ſtare voluiſſet dictę valutationi ſeu extimationi, illamq; non impugnaſſet ſolum remaneret creditrix de libris ſex bononenis duobus, & denarijs octo vbi ad aliam rationem bonenorum 76. ſecundum valorem ſcutorum auri de tempore teſtamenti remanebat ſatisfacta, vt ex calculo Domini Sebaſtiani Scozzi computiſtæ.

10 Secundo, quod ex actu impugnato iuxta vulgaria nullum comodum reportare poteſt.

Tertio quod ſcuta auri de quibus agitur, quæ tempore facta legati erant valoris ſolidorum 70. pro quolibet ſcuto aureo, vt probatur ex fide cõputorum ac notariorum, eorumq; depoſitionibus ritè, ac ſeruatis ſeruandis receptis, ac edicto Sereniſſimi D. Ducis Ferrariæ publicato ſub die 28. Iulij 1575. Tales fuiſſe præſumuntur de tem-
11 pore ſolutionis ipſius legati cum variatio illorũ, quæ eſt facti non præſumatur niſi probetur.

Non obſtat fides campſorum, & Mercatorum adducta pro parte dictæ Dominæ Auennatis dicentium ¶. I. X preſente corrẽnd, & D accettarlo, à i noſtri banchi li ſcudi di oro di peſo per lire cinque, & ſaldi cinque per il minor prezzo.

Quia fuit Reſponſum, vt infra.

12 Primo, quod fides non facit fidem.

Secundo, quod ex illa non probatur Variatio ſcutorum auri di peſo, quæ currebat tunc temporis hoc eſt ſub die 22. Octobris 1610. quando dicti campſores; & Mercatores fecerunt dictam fidem, quod non applicatur ſpeciei de qua agitur In qua teſtator ſimpliciter legauit ſcutos auri, non
13 autem ſcutos auri di peſo fortè, vt minus grauaret ſuos hæredes l. apud Iulianum §. ſcio ff. de legat. 1. l. vnum ex familia §. ſi rem ff. de legat. 2. l. numis ff. de legat. 3. Surd. conſil. 7. Magnificus Dominus lib. 1. fol. 49. de quibus dicti campſores, & mercatores in eorum fide non loquuntur.

Tertio quod de variatione monetæ, vt ſupra: non docto ſolutum per dictos Hæredes de Celatis dictæ Dominæ Auennati ad dictam rationem bonenorum 76. pro ſingulo ſcuto aureo vt valebant tempore facti legati, et teſtamenti per d. Dominum Claudium de Celatis per acta Domini Franciſci Rondoni Notarij Ferrariæ de eo rogati die 18. Ianuarij 1597. dicitur ſolutum, etiam ſecundum valorem temporis ſolutionis dicta ratione; quod variatio monetæ non præſumitur; ſimulque ſatisfactum his, qui tenent huiuſmodi ſcutos auri debuiſſe ſolui ſecundum tempus ſolutionis, qui nõ loquuntur in terminis de quibus agitur & etiam ſtatuto Ferrariæ libro ſecundo Rubr. 132. quatenus ſpeciei de qua agitur Applicetur.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Subrogato an debeatur ſalarium, quod debetur ei, in cuius locum fit ſubrogatio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus loco Rotæ debet habere ſalarium, quod debetur Rotæ, in cuius locum fuit poſitus.*
2 *Salarij medietas, an debeatur in ſpecie, de qua agitur.*
3 *Rotæ quot ſalarium debeatur.*
4 *Interpretatio contra verba delegationis, & ſtatuti non eſt bona.*
5 *Gloſſa Ceruoti non recipitur.*

DECISIO XXXI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 TEnui Iudicem delegatum loco Rotæ poſſe recipere ſalarium eidem Rotę debitum. Motus per doctrinam Bartol. in l. Titio 36. ad municipal. de inchol. num. 1. & 2. fol. 244. vbi dicit id eſſe æquum, & notandum, & Angel. in authen. vt clerici, qui recedunt, alijs pro eis ſubrogatis prębeant emolumenta &c. in verſiculo nota hic textum collatio. quinta nu. . . . fol. . . . qui in puncto decidunt hanc quæſtionem.

2 Non obſtat ſtatutum Ferrarię lib. 2. rubr. 83. de ſalar. iudic. in verſiculo, & ſi contingeret. fol. 81. quo mediante prætenditur ſolum deberi medietatem ſalarij, quæ debetur Rotæ, quia reſponſum fuit, ſtatutum hoc non dicere, ſed ſolum, quod ſi contingat, quod duo eſſent in cauſa iudices, tunc medietas ſalarij vni ſoli taſſati addatur, & totum inter eos diuidatur, qui non eſt ca-
3 ſus, de quo agitur, & propterea cum agatur de poſito loco Rotæ, iſte ſic poſitus debet ex ſupradeductis habere ſalarium Rotæ debitum ex diſpoſitione eiuſdem ſtatuti in verſiculo ſi vero
4 tres, aut plures, quot quot fuerint. fol. 81. ne ſequatur interpretatio contra verba delegationis factæ de conſenſu ambarum partium, & ſtatuti,
5 ſeu Gloſſa Ceruoti Accurtij filij, cuius poſt Imol. in l. Modeſtinus. ff. de ſolution. meminit Cagnol. in l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. nu. 61. lib. 1. fol. 323. quæ non recipitur.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Iudex, qui appellationem reiecit, an poſſit appellanti præfigere terminum ad proſequendum appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, quando detulit appellationi, non poteſt aſſignare terminum ad proſequendum appellationem, & contrarium, num. 4.*
2 *Terminum præfigere ad proſequendum, & appellationi non deferre ſunt incompatibilia.*
3 *Termini ſola præfixio ad proſequendum appellationem operatur effectum deuolutiuum, ac ſi iudex appellationi terminum præfigens expreſſè detuliſſet.*
5 *Appellatio remanet deſerta, quando appellans in termino ſibi aſſignato eam non introduxit, etiam ſi iudex appellationi non detulerit.*
6 *Text. in cap. ex eo de regul. iur. in ſexto, quando procedat.*
7 *Reiectio appellationis ad cuius fauorem, & vtilitatem fiat.*
8 *Qui effectus reſultent ex præfixione termini ad proſequendum appellationem.*

DECISIO XXXII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

REiecta appellatione interpoſita per Admodum Illuſtrem D. Fleridam de Mozzarellis ad fauorem Admodum Illuſtrium DD. Hæredum Domini Ioannis Franciſci Mozzarelli, per refutatorios, quia appellatum fuerat ab interlocutoria contra formam ſtatuti Ferrariæ lib. 2. c. 65. ſub rubric. de appellation. interponen. in verſiculo, & à ſententia fol. 71. quæ continebat publicationem proceſſus.

Dubitaui an ad inſtantiam appellati iudex, qui appellationem reiecit, potuerit appellanti aſſignare terminum ad proſequendum appella-
1 tionem, Quia dicebatur id ſolum procedere, quando iudex, à quo detulit appellationi, vt latè tradit Geminian. in cap. cum appellationibus 5. §. ſi vero nu. 7. verſiculo ſed quæro an poſtquam de appellation. in ſexto. Non autem quando illam, vt in hac ſpecie reiecit, quia tunc non poteſt terminum præfigere ad proſequendum appellationem. Rota decis. 16. aliàs 182. Nota quod iudex de appellatio. in antiq. num. 1. fol. 308. Dec. in cap. cum ſit Romana 5. de appellatio. numer. 15. verſiculo ſubijcit etiam de appellation. vbi

num.

num.17.fol.265.teſtatur de communi,& numer.
18.& ſeq.fol.eod.Veſtr.in ſua praxi Rotali lib.7.
c.vltimo numer.3. Verſiculo dixi autem fol.220.
Lancellot.de Attentat.part.2.c.12. de attentat.&
innouat. lit.pendent.limita.13.numer.4.& 5.fol.
2 368.Ratio eſt, vt dicit Veſtr.loco proximè cita-
to,quia Incompatibilia ſunt terminum præfigere
ad proſequendum, & Appellationi non deferre,
3 Vltra, quod ſola ſimilis termini præfixio opera-
tur effectum deuolutiuum, ac ſi Iudex appellatio
ni terminum præfigens expreſsè detuliſſet.

4 Sed contrarium fuit reſolutum quia Iudex po-
teſt præfigere terminum ad proſequendum, ap-
5 pellatum,in quo ſi eam appellans nõ introduxe-
rit appellatio remanet deſerta Guido Pap. deciſ.
336.An Iudex à quo fol.140.& deciſ.436.Cum
materia Appellationum num.46.fol.183.etiamſi
Appellationi non detulerit,vt probatur in c.1.§.
poſt hoc appellatum de Appellatio.in 6. vbi poſt
exhibitos Apoſtolos dimiſſorios,vel refutatorios
ſubdit de præfixione termini ad proſequendum
Appellationem, & ita ex illo textu notat ibi In
ſummario Geminian.& refert,& ſequitur Franc.
in c.perſonas 4.num.10.verſiculo, ſed dubitatur
de Appellation.in 6.& idem Geminian.ſibi con-
trarius in d.c. cum Appellationibus §. ſi verò nu.
7.de Appellatio.in 6.fol.159. Guido Pap.in tra-
ctat.de Appellation.quæſt.88.num.57. to.5.fol.
59.Grauat.in addit.ad Veſtr. d.c.7. numer.24.in
verbo & quoniam litera B.fol.224.qui plures al-
legat & Praxis Archiepiſcopalis Neapol. cap.70.
num.5.verſiculo,ſed difficultas fol.209.poſt An-
charan.Zabarel.ſecundũ Io.Andr.Franc.& alios,
quæ dicit hanc eſſe veriorem opinionem indiſtin
ctè procedentem, & reſpondet ad tex. in c. ex eo
6 de regul.Iur. in 6.procedere, quando quis impu-
gnat in vtilitatem propriam,quo caſu non poteſt
commodum conſequi, ſecus In reiectione appel-
7 lationis,quę nõ reijcitur à Iudice in ſui fauorem,
ſed in vtilitatem appellantis, & commodum rei-
publicæ, vt citius finiatur lis, Et quidem vtiliter,
8 cum ex huiuſmodi præfixione reſultent effectus
de quibus per Scaccia de Appellatio.quæſt.14.n.
17.fol.196.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Scriptura An plenè probet contra ſcribentem; ſoluens, ac reſtituens ei cui ſolui poſſe credebat, an liberetur.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura plenè probat contra ſcribentem.*
2 *Scriptura contra ſcribentem facit præſumptionem Iuris, & de Iure aduerſus quam probatio aliqua non admittitur.*
3 *Cedula, ſeu litera carens ſubſcriptione, dummodo ſit ſcripta propria manu, & in ea fuerit ſcriptum proprium nomen, & cognomen ſcribentis, & fuerit recognita, etiamſi careret die, & conſule, data ſub ſigillo ſcribentis, vel tantum fuerit ſcripta, & ſubſcripta probat.*
4 *Aequalitas eſt ſeruanda inter litigantes.*
5 *Inæqualitas non toleratur inter reum, et actorem, niſi adſit aliqua præſumptio pro actore.*
6 *Solutio facta ei qui communiter pro agente, & procuratore habetur, an liberet ſoluentem.*
7 *Liberatio an ſequatur ex traditione rei facta abſq; culpa ei, cui credebatur fieri poſſe.*
8 *Deciſio Guidonis Pap. 173. in quibus caſibus locum habeat.*
9 *L. cum fundus. §. ſeruum tuum ff. ſi certum petatur, quando locum habeat.*
10 *Soluens alteri, quam ei cui ſoluere tenebatur, non liberatur.*

DECISIO XXXIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

CONfirmaui ſententiam Domini Iudicis, à quo
latam ad fauorem Illuſtriſſimi, & Reuerendiſ-
ſimi Domini Epiſcopi Ferrariæ, ex vna contra
D. Matteum Balbium reum conuentum, ac ap-
pellantem ex altera.

Quia prima pars ſententiæ, quod Balbius te-
neretur reſtituere mobilia deficientia tranſibat de
plano ex propria ſcriptura ipſius Balbi facta ad
1 fauorem Epiſcopi, quæ plenè probat contra ſcri-
bentem vulgata.l.publia.§.fina. ff. depoſit.cum
cæteris adductis per Rot.Genuen.deciſio.126.In
2 hac cauſa nu.1.fol. 192.& facit præſumptionem
iuris,& de Iure aduerſus, quam probatio aliqua
non admittitur,vt poſt Soccin.conſ.156.In præ-
ſenti conſultatione in princip.col.2.Cremen.ſin-
3 gul.153.Volo dare tradit Vrſill.ad afflic.deciſio.
13.vertitur num.37.cum ſeq. fol.57.etiamſi ce-
dula, ſeu litera careret ſubſcriptione, dummodo
ſit ſcripta propria manu, & in ea fuerit ſcriptum
proprium nomen,& cognomen ſcribentis,& fue-

rit reco-

rit recognita,& verificata, Vel careret die,& conſule, data ſeu ſigillo ſcribentis, vel tantum fuerit ſcripta,& ſubſcripta, vt ibidem num. 2. 3 4. 5. & 6. reſpectiuè, Vt quoq; tranſit ſecunda pars eiuſdem ſententiæ, qua dictum fuit Epiſcopum teneri bona facere eidem Balibio omnia alia bona, quæ vltra deſcripta in dicta ſcriptura reſtituta fuere, eidem Epiſcopo, ſeu eius commiſſario per dictũ
4 Balbum, vt ſeruetur æqualitas inter litigantes, & vna pars non ſit plus priuilegiata, quam altera, c. 1. de re Iudicat. in 6. l. non debet. ff. de regul. Iur. & ff. quod quiſq; Iur. in Rub. & Nigr. Marſil. ſingular. 168. æqualitas ſemper fol. 38. Neuizzan.
5 conſil. 44. conditoris omnium num. 12. fol. 379. excludaturq; inæqualitas, quæ non toleratur inter reum, & actorem, niſi adſit aliqua præſumptio pro actore Contard. in l. vnica. C. ſi de moment. poſſeſſion. limita. 17. in verbo, ſequeſtrum num. 15. fol. 215. & vnus non locupletetur cum iactura alterius.

Quod reſtitutio memoratorum mobiliũ potuerit rationabiliter fieri D. cap. Tiberio Guglielmino, qui adminiſtrabat bona Epiſcopi, & procurator eiuſdem reputabatur, vt ex depoſitis per teſtes ipſius Balbij probari ab eodem Balbio prætenditur.

Nihil facit, etiãſi id, quod præſupponitur pro-
6 barent prout non probant, ſaltem concludenter, & intraret allegata deciſio Guidonis Papæ deciſ. 173. In dicto ſuo conſilio in verſiculo aut talis Geſtor fol. 84. Argum. l. 3. in princ. ff. mandat. & l. Barbarius, qua mediante dicebatur rectè ſolui illi, qui communiter habetur pro agente, & procu-
7 ratore, & tanto magis, cum hic agatur de traditione rei, quæ vbi fit cui credebatur teneri abſque culpa, ſequitur ſine dubio liberatio ad tradita in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. ff. ſi certum petat.

Nam ad primam partem difficultatis fuit reſpõſum dictam deciſionem Guidonis Papæ 173.
8 non applicari, quia loquitur in exactione canonum in quibus conſueuerat fieri, quod publici recuperatores non conſueuerunt demõſtrare mandatum, quod habent, à Dominis directis, ſed ſolum ſcribebant in papiro ipſorum emphyteutarum confeſſionem ſoluti, vt in dicta Deciſione verſiculo ſed ſi communiter, quod non eſt in hac ſpecie, in qua non conſtat de aliqua, nec ſimili conſuetudine.

Item vbi aderat ſcientia Domini directi, qua mediante dicitur conſentire, vt in dicta deciſione in verſiculo, & ratio, & in verſiculo ſi ergo Dominus, ſeu quando ſoluens cederet actionem, quã habet creditori contra falſum procuratorem, vt in puncto declarat additio ad dictam deciſionem Guidonis Papæ in Verbo eſt liberatus, littera, B. quæ de hoc dicit eſſe caſum in d. l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. ff. ſi certum pet. & Doctrinam Bartholi in l. ſi procuratori num. 15. in Verſiculo primo caſu quæro ibi puto tamen. ff. de conditio. cauſ. dat. & cau. non ſequt. quod hic factum minimè reperitur, cum non conſtet de aliqua ceſſione, quæ tamquam quid facti omninò probanda erat.

9 Ad ſecundam partem obiectionis fuit dictum periculoſum eſſe id affirmare, quia cum tex. in d. §. ſeruum tuum ſolum loquatur In emptione facta per ſeruum poſtquam Bona fide emptus eſſet, & poſſideretur, è bonæ fidei emptore, qui pro Domino habebatur cuiq; poſſeſſionem rerum, quas ex pecunia Domini prioris poſſeſſoris acquirebat, non debet temerè ad alios caſus indifferenter, & permiſſiuè, & multo minus regulariter trahi, vt perperam putauit Gloſſ. in d. §. ſeruum ſuum litera. G. & Doctores, vt in puncto reſpondendo ad contraria tradit Addit ad Decium in d. l. cum ſundus. §. ſeruum tuum. ff. ſi certum petatur num. 14. in verbo liberatur litera B. fol. 139.

Et tanto magis in ſpecie iſta, in qua ex contractu obligatus eſt Balbius reſtituere, d. mobilia Admodum I. D. Canonico Vbaldino commiſſario dicti Epiſcopi, vel ei qui in locum ſuum fuit poſitus, non autem dicto Tiberio, qui numquam fuit poſitus in locum dicti Vbaldini, vt in terminis decidit memorata Additio ad Dec. in dicto §. ſeruum tuum in Verſiculo quia non loquitur, cui quatenus reſtituiſſet, quod non conſtat (vt ſæpè fuit dictum) ſaltem legitimè ſibi imputare debet,
10 vt ſimile dicitur de ſoluente alteri, quam ei, cui ſoluere tenebatur, qui non liberatur. l. ſi ego. ff. de negoc. Geſt. l. eius qui vbi Gloſſ. & Bart. ff. ſi cert. petat. l. cum quis. §. ſi debitorem. ff. de ſolut. Becc. conſil. 19.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Excuſſio an ſit facienda de Bonis ſitis extra territorium.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor quilibet, aut alius, qui non habet exceptionem excuſſionis dicere poteſt creditori, quod excutiat principalem debitorem ſuis ſumptibus.*
2 *Excuſſionis Beneficium, an ſit merè de Apicibus Iuris.*
3 *Excuſſionis Beneficium eſt iuris naturalis, cum ſapiat æquitatem.*

4 *Excuſſio*

4 *Excuſſio non eſt facienda de bonis exiſtentibus extra ter-
ritorium, & num. 8.*
5 *Terra Carpi eſt extra territorium, ac Dominium ciuitatis
Ferrariæ.*
6 *Creditor inciuile eſt, vt cogatur ire extra territorium ad
faciendam excuſſionem.*
7 *Incommoditas creditoris accedentis extra territorium ad
faciendam excuſſionem, an ſit in conſideratione.*
9 *Statutum Ferrariæ loquens de excuſſione facienda, an cō-
prehendat etiam excuſſionem, quæ fieri petitur extra
territorium Statuentium.*

DECISIO XXXIV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa vertente inter Illuſtriſſimum Dominum
Comitem Anibalem de Manfredis ex vna, &
Dominam Margaritam Heredem Domini Fran
ciſci Piatelli eius viri, ex altera, qui ad fauorem
dicti Illuſtriſſimi Domini Comitis fideiuſſit pro
D. Ludouico Leonij, Dubitatum fuit an dictus
Illuſtriſſimus Dominus Comes teneatur facere
excuſſionem Bonorum dicti Leonij exiſtentium
extra territorium, ac diſtrictum inclitæ ciuitatis
Ferrariæ, nempe in territorio Carpenſi, vt oppo
nit, ac excipit dicta Domina Margarita fieri de-
bere.
Ratio dubitandi fuit, quia in omnibus caſibus
in quibus ceſſare ſolet excuſſio, quorum quam-
plures enumerat, ac ponit Gabr. de fideiuſſor. cō-
cluſ. 1. fol. 176. quilibet fideiuſſor, aut alius, qui
1 non habet exceptionem excuſſionis dicere poſſit
creditori, quod excutiat principalem debitorem
ſumptibus ipſius fideiuſſoris, tam ex ipſius diſpo-
ſitione Iuris communis, vt poſt Bart. in l. cum in
plures §. veſtimenta ff. locat. & in l. vnde quæri-
tur num. 12. commodat. Caſtrenſ. in l. ſi vt certo
§. ſi duobus vehiculum colum. 4. num. 17. ff. com-
modat. Petr. Duen. Regul. 335. fideiuſſor regula-
riter nu. 19. limitatio. 19. ad fin. fol. 522. & alios
in ſpecie conſuluit Riminald. Iun. conſ. 402. Re-
uocatur in Dubium num. 13. lib. 4. fol. 199. Ga-
br. de fideiuſſor; dicta concluſ. 1. num. 43. verſicu-
lo Vigeſimoſexto amplia fol. 308. ſecundum im-
preſſionem Venetam anni 1607. Cardinal Man
tic. in tractat. de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 17. nu.
43. part. 2. fol. 274. & nouiſſimè Maur. Aretin. in
tract. de fideiuſſo. ſectio. 6. cap. 3. num. 20. quàm
ex diſpoſitione ſtatuti Ferrariæ lib. 2. Rubr. 14.
fol. 25.
Maximè cum memoratum Beneficium excuſ-
2 ſionis non ſit merè de apicibus iuris Pedemont.
deciſio. 2. ex his num. 21. fol. 19. Theſaur. deciſio.
52. excuſſionem autem num. 4. verſiculo ideo di-
ci non poteſt fol. 57. Alberic. conſil. 374. omiſſis
num 9. lib. 1. fol. 155. Sed Iuris Naturalis cum
3 ſapiat æquitatem ſecundum Crauett. conſ. 263.
Agit Magnificus Dominus nu. 4. fol. 76. & præ-
citatos Doctores, & in ſpecie pro addit. ad Abba.
d. conſil. 374. num. 9. in verbo de apicibus Iuris
litera. D. fol. 115. & Riminald. Iunior d. conſil.
402. num. 16. lib. 4. fol. 199.
4 Sed contrarium coram Admodum Illuſtrem
ac Excell. D. Ioanne Marca de Mattarellis Rotæ
prætore D. meo fuit reſolutum. Quia, quæ ſu-
pra in contrarium dicta ſunt limitantur, ac non
procedunt in ſpecie de qua agitur vbi tractatur
de excuſſione facienda alibi, quàm in proprio ter-
ritorio, vt id optimè in puncto poſt Angel. Bald.
Marſil. & alios ſcribit Gabr. de fideiuſſ. dicta con-
cluſ. 1. lib. 3. num. 64. fol. 309. & latè diſputando,
ac examinando hunc articulum loquens de ciui-
tate Ferrariæ, & terra Carpi conſuluit Marcabr.
ab Anguill. conſil. 82. In hac cauſa num. 103. &
5 & ferè per tot: lib. 1. fol. 319. Præſertim cum di-
cta terra Carpi ſit ſub diuerſo Principe, ac præſi-
6 de, & conſequenter in alieno territorio in quo in-
ciuile eſt, vt creditor cogi debeat ire ad faciendam
excuſſionem, tam ex traditis per Pariſ. conſ. 80. in
hac cauſa numer. 43. lib. 1. folio 160. Marcabrun.
ab Anguill. loco proximè citato nu. 73. fol. 318.
quàm ex traditis per eundem nu. 60. fol. eodem
per tex. in l. 4. §. tam vicinum ff. de damn. Infect.
7 & num. 113. & 114. fol. 319. Et tanto magis con-
ſiderata incommoditate, quod mutatur locus, &
Iudex in quo iura diuerſa, quam in foro credito-
ris ſeruantur, vt per eumdem Marcabrun. Ab An-
guill. dicto conſil. 82. num. 89. fol. 318.
Non obſtat quemlibet, tam de iure communi,
quàm ſtatutario poſſe petere excuſſionem fieri
ſuis ſumptibus.
8 Quia id nō controuertitur, ſed ſolū dictum fuit
id fieri non poſſe de bonis ſitis in alieno territo-
rio ex ſupra deductis, pleniſſimèq; traditis ac ad-
ductis per Marcabrun. ab Anguillis qui egregiè
omnibus in cōtrarium per Riminaldum Iunior:
d. conſ. 402. lib. 4. poſitis reſpondet.
9 Etiam ex dicto ſtatuto Ferrariæ d. lib. 2. Rubr.
74. cum illud nihil dicat de bonis ſitis extra terri-
torium diſcutiendis, & conſequenter ad ea mini-
mè extendatur, ſed caſus ab eo omiſſus habetur
pro omiſſo nulla habita ratione ſimilitudinis, vel
inæqualitatis, quæ militare poſſet, vt probatur ex
traditis poſt Bald. Angel. Anchar. Aretin. Dec. A-
lex. Corn. Pariſ. & alios per Laden. conſ. 37. Quā-
uis propoſita ſpecies nu. 10. & 11. fol. 132. & ſeq.
& Maſtrill. deciſ. 281. Diximus in deciſ. num. 22.
cum ſeq. fol. 170.
Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Compoſitiones,& inueſtituræ de quibus ſolui debet certa conſueta portio, ſeu decima capſoldi, an debeatur Commiſſario, qui illas fecit ſi exactæ non fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Emolumenta, condemnationes, & compoſitiones pœnarum, & confiſcationum bonorum ſpectant ad officialem condemnantem,& componentem,etiam finito officio,& non ad ſucceſſorem.*

2 *Emolumenta laborum, ac induſtriæ non debent tranſire ad eum, qui nihil fecit.*

3 *Æquum non eſt præmium eſſe eorum,qui non laborarunt.*

4 *Qui non laborat non manducat, & qui laborat manducare debet.*

5 *Principium,quid operetur.*

6 *Actio finita in officio, eo finito non perit.*

DECISIO XXXV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

FActo compromiſſo inter Illuſtriſſimum,& Reuerendiſſimum D.Cardinalem Lenium Epiſcopum Ferrarienſem ex vna,& I.& R.D. Cæſarem Vbaldinum Cathedralis Eccleſiæ Ferrariæ Canonicum ex alia in perſonam Admodũ Illuſtris ac Excell.Domini Io. Mariæ de Matarellis Rotæ Prætoris,de multis,ac diuerſis prętenſionibus, quæ erant inter dictas partes, inter cætera coram eodem dubitatum fuit,an compoſitiones,ac inueſtituræ per dictum D. Canonicum Vbaldinum factæ durante eius commiſſariatu ad vtilitatem dictæ menſæ Epiſcopalis,ex quibus eidem de cõſuetudine ſolui debet certa conſueta portio, ſeu decima capſoldi nuncupata debeatur eidem Vbaldino,vel moderno eius ſucceſſori, ſtãte, quod illa durante eius commiſſariatu nõ fuerat exacta.

Pro reſolutione coram eodem fuit concluſum
1 ad fauorem dicti Vbaldini, quia emolumenta,
condemnationes, & compoſitiones Pęnarum, &
confiſcationum bonorum ſpectant ad Iudicem,
& officialem,condemnantem, & componentem,
etiam finito officio, & non ad ſucceſſorem exequentem, vt in puncto probatur per Doctrinam Angeli in l.poſſeſſor §.redactæ ff.de petition.hæreditat.de quo meminit Socc.conſ.151.num.14. lib.1.Decius conſil.654.Viſo,& diligenter conſiderato num.3.in fol.31.Cephal. conſ. 136.Proponitur nu.8.verſic. 3. pro hac conſultatione lib. 1.fol.222.Hippolit.Riminald.conſ.33. Illuſtris, & Generoſus Comes num.12.lib.1,ſol.161.qui dicit ita ſeruari in quibuſdam curijs Galliæ, & in puncto Iuris hanc partem eſſe ſubſtentabiliorem Bertazzol. inter conſilia criminalia conſil. 155. Dimidia omnium num.4.lib.1, fol.214. & Rota diuerſorum deciſion.777. fuit tentum num. 1.& 2.fol. 487. Idem poſt alios multos tenent Farinac.conſil.107.conſtitutio Sixti num. 8. ſol. 20. & num.11.lib.2.fol.21.& Maſtrill.deciſion.12. Pęnæ condemnationis num.4. ſol.16.& nu. 13. lib.1. fol. 17. qui reſpectiuè locis citatis mentionem faciunt de dicta doctrina Angeli, teſtantur
** de magis communi, ac in iudicijs ſeruata, ac practicata opinione, reiecta contraria, quæ eſt communiter damnata.

2 Quod eſt æquiſſimum,iurique ac rationi conſentaneum,ne emolumẽta laborum, ac induſtriæ eius,qui compoſitiones,& inueſtituras adeſſe deduxit,ac perfecit, ita vt ſolum remaneat exactio; ad alium,qui nihil fecit tranſeat, argumento tex. in l.1.C.in quib.cau.ſeru.recip.præm. libertat.vbi Bald.& alij l.1.C.de aſſeſſorib.& authen.de Iudic.§.ne autem;quod optimè conſiderat Crauet. conſil.212.In caſu Propoſito num.8.Verſiculo, quod Maximè obuenit ſol.17.& Surd. conſ.84. omiſſa verborum pompa num. 6. lib. 1.fol.363.
3 cum non ſit æquum præmium eorum eſſe, qui
non laborarunt iuxta illud,qui non laborat non
4 manducat, & qui laborat manducare debet. l. In
rebus §. Poſſunt ff. commodat.& Cephal.conſil. 136.Proponitur illud generale nu. 14.& 15.lib. 1.fol.222.Et tanto magis,quod Ius præfati commiſſarij vltra perfectionem complementi illius
5 actus,habet pro ſe etiam Principium, ad tradita
per Rolan.conſ.77.Magnificus Dominus Petrus num.6.cum ſeq.lib.4.fol. 147. Surd.conſ.57.Inter D.Ioannem Baptiſtam nu.19.lib.1. fol.267. Cephal.conſ.397. In facto præſupponitur num. 100.lib.3.fol.526.Baiard.ad Clar.q.78.nu.144. fol.239.& Maſtrill.d.deciſ.12.nu.5.fol.16.quod potiſſima pars eſt l.1.ff.de orig. iur. Tiraq. in l. ſi vnquam C.de reuocan.donat.in verſic.omnia, vel Partem aliquam nu.9.fol.113.& in tract.primogen.in præfat.nu.64.fol.423.Et tanto magis,
6 quod actio finita in officio, eo finito non perit l.
prætor ait §.his etiam, quem ita ſummat Bald.ff. de eden.Maſtrill.d.deciſ.12.num.7.fol.17. Non obſtant Doctores contrarium tenentes,de quibus per Maſtrill.d.deciſ.12.num.10.fol.16.

* Quoniam illorum opinio eſt communiter reprobata, vt teſtantur idem Maſtrill. loco proximè citato,& Farinac.d.conſil. 107.num.8.verſic. vbi propterea lib.2.fol.20.

Laus Deo,& Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Offendens officialem qua pœna plectatur.

SVMMARIVM.

1 *Offendens officialem punitur pœna mortis.*
2 *Iniuria facta Magiſtratui reputatur atrox.*
3 *Prætori, qui propter inimicitiam priuatam dat alapam vltimi ſupplicij pœna punitur.*
4 *Andreas de Iſernia magnus feudiſta, & Conſiliarius Reginæ Ioannæ fuit trucidatus in Ciuitate Neapolis.*
5 *Conſiliarij ſunt pars corporis Principis.*
6 *Offendens officialem, quod puniatur pœna læſæ Maieſtatis, intelligitur quando fuit facta offenſa contemplatione officij, non ſi ex priuata inimicitia.*
7 *Interpretatio fit, vt euitetur maius delictum.*
8 *Subditi non debent malè tractari ab officialibus.*
9 *Principi decet ſubditos amare, & eos iniurijs non afficere.*
10 *Iniuria, quod ſit facta contemplatione officij quomodo cognoſcatur.*
11 *Iniuria in dubio quando non apparet de cauſa præſumitur ex cauſa particularis odij.*
12 *Percutiens poteſtatem ſecundum ſtatuta Ferrariæ qua pœna puniatur.*
13 *Officialem offendens quomodo puniatur ſecundum Bullam Ioannis Papæ.*
14 *Officialem offendens quomodo puniatur ſecundum Conſtitutionem, ſeu Bannimenta Aldobrandina.*
15 *Pœna Rebellionis quæ ſit.*
16 *Rebellis perdit ipſo iure quæ ſunt iuris ciuilis.*
17 *Rebellis poteſt impunè à quolibet occidi.*
18 *Bona Rebellis poſſunt à quocunque capi, & occupari.*
19 *Rebelli non poteſt ius reddi.*
20 *Rebellis debet a quolibet indicari.*
21 *Rebellis inſignia delenda ſunt vbique reperiantur.*
22 *Statutum in loco ſtatuentium ſeruatur tanquam Ius commune.*
23 *Bulla Ioannis Papæ præfertur Conſtitutioni Aldobrandinæ, ſeu edictis generalibus.*
24 *Conſtitutio Aldobrandina, ſeu edicta generalia an loquantur de Prætore, vt facit ſtatutum.*
25 *Statutum Ferrariæ ſeruatur ſuper non diſpoſitis, à Conſtitutione Aldobrandina, ſeu edictis generalibus.*
26 *Quando non poſſit dari de pœna Conſtitutionis Aldobrandinæ, ſeu edictorum generalium.*
27 *Pœna offendentis Prætorem quando ſit, vel non ſit læſæ Maieſtatis.*
28 *Bulla Ioannis Papæ innouatur contra offendentes officiales per Conſtitutionem Aldobrandinam, ſeu edicta generalia.*
29 *Conſtitutio Aldobrandina, ſeu edicta generalia contra offendentes officiales ob eius generalitatem, ac vniuerſalitatem amplectitur omnes caſus, & nullus excipitur.*
30 *Conſtitutio Aldobrandina, ac edicta generalia an præferantur ſtatutis, & illis deficientibus recurratur ad ius commune.*

DECISIO XXXVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

LIcet de iure communi offendens officialem
1 puniatur pœna mortis ſecundum Bald. in c. 1.
§. Iniuria de pac. Iuramen. firman. Bald. in l. 1. C. de his qui latron. occulta. in fin. Io. Anania in cap. inquiſitionis in fine de accuſation. fol. 12. qui ad literam dicit, quod ſi quis dat alapam Poteſtati alicuius Terræ, poterit decapitari. Iaſo. in l. qui Iuriſdictioni numer. 3. ff. de Iuriſdict. omn. Iudic. fol. 67. per dictam doctrinam Baldi in §. Iniuria: Idem tenet Paris de Puteo in ſuo tractatu de Sindicatu, in verbo poena, verſiculo, an ſi, l' vltimo circa principium fol. 237. Carrer. in ſua practic. in tractatu de homicid. numero 18. folio 249. Boſſ. de Iniur. num. 30. fol. 226. qui in ſpecie loquitur, quando Prætori, vel alteri magno officiali daretur Colaphus, & Rolan. conſil. 48.
2 Magnificus Dominus numer. 1. lib. 2. fol. 82. ca-
ratione quod Iniuria facta Magiſtratui reputatur atrox l. Prætor edixit §. fin. ff. de Iniur. Petrus Plac. in epitome delictorum libro primo capit. ſexto numero tertio fol. 83. Menoch. de Arbitrar. Iudic. caſ. 263. numero 5. & ſequen. lib. ſecundo fol. 257.
3 Quam concluſionem Placa loco proximè ci-
tato de mente Baldi in d. §. Iniuria & Iaſ. in l. 1. notab. 1. C. de precib. Imper. offerend. qui eundem Baldum citat, ampliat, & etiam ad caſum, quando quis Prætori propter inimicitiam priuatam alapam irrogauerit, vt quoque videtur fuiſſe de mente Clari in §. læſæ Maieſtatis in verſiculo quæro etiam, qui dum loquitur de Andrea de
4 Iſernia magno feudiſta Cōſiliario Reginæ Ioan-
næ, qui fuit trucidatus in Ciuitate Neapolis, indiſtinctè aſſerit, occidentem Conſiliarium Principis incurrere crimen læſæ Maieſtatis, cum ſint
5 pars corporis Principis, quæ ſine Principis iniu-
ria offendi non poteſt, & ſic fuiſſe iudicatum.
6 Alij verò eamdem concluſionem limitent, ac
reſtringant ad eum ſolum caſum, quando offenſio eſt facta contemplatione officij, non autem ex odio, particulariq́; inimicitia, quo caſu offendens non incurrit crimen læſæ Maieſtatis, vt tenent infraſcripti Doctores, nempè Afflict. ſuper Conſtit. Neapolitana, obſeruent §. eos. num. 4. Rub. 32. de Iniur. lib. 3. fol. 187. Rolan. conſil. 48. Magnificus Dominus num. 13. lib. 2. fol 82. Menoch. de Arbitrar. dicto caſu 263. num. 10. fol. 528. Crauett. conſil. 6. Plura numer. 79. fol. 13. vbi Interficiens

Con-

Conſiliarium Principis, non vt talem, ſed alio reſpectu non committit crimen læſæ Maieſtatis Capic. deciſio. 130. numer. 12. Iſer. in Conſtitut. Regni, vt Participatio Gigas de crimine læſæ Maieſt. lib. 1. quæſt. 14. & quæſt. 26. num. 8. Martin. Laudenſ. in eod. tractatu de crimine læſæ Maieſtatis quæſt. 21. Boſſ. de crimine læſæ Maieſtatis num. 14. fol. 135. Rolan. conſil. 1. in præſenti numer. 32. & ſequenti volum. 3. fol. 4. & 35. vbi exemplificat de pluribus, & Farinac. in ſua praxi crimin. de accuſat. quæſt. 17. num. 40. fol. 224.

7 Memorata tamen concluſio cum præfata limitatione, ac reſtrictione, vti verior, ac æquior, vt atteſtantur Farinac. in ſua praxi criminali de accuſatio. q. 17. numer. 39. fol. 224. in Verſic. Non per hoc tamen recedas, eſt tenenda.

8 Vltra quod vbi opinio ampliatiua vera eſſet, quæ ſtare non poteſt, tum quia ſemper debet euitari maius delictum, & minus præſumi, ad latè tradita per Crauett. dicto conſil. 6. numer. 69. fol. 13. & Rolan. dicto conſil. 1. num. 36. & ſeq. lib. 3.

9 fol. 4. cum quia illa videtur multum læſiua ſubditorum propter iniurias, quæ illis facilius parari poſſent ab officialibus malis, ad tradita per Rolandum dicto conſil. 15. num. 25. & 26. lib. 4. & optimè conſiderata pro Afflict. ſuper d. Conſtitutione Neapolitana, obſeruent §. eos numer. 5. Rubr. 32. de Iniur. lib. 6. fol. 188. illa fortè procedere poſſet in Conſiliarijs reſidentibus apud perſonam Principis, vt aduertit Iulius Clar. in d. §. læſæ maieſtatis in Verſiculo. Quæro etiam non autem in alijs.

10 Ad cognoſcendum autem, an iniuria ſit facta contemplatione officij, vel particulari odio recurritur ad coniecturas, & præſumptiones, vt in puncto conſuluit Rolan. dicto conſil. 1. num. 35. lib. 3. fol. 4. & Farinac. in dicta ſua praxi criminali in titul. de accuſation. quæſt. 17. num. 41. fol. 224.

11 Et vbi nullæ adſunt coniecturæ, & ſic in dubio quando non apparet de cauſa offenſionis, præſumitur offenſa potius ex cauſa particularis inimicitiæ, quàm publici officij, vt excludatur maius delictum ſecundùm Rolan. loco proximè citato num. 35. cum ſeq. d. fol. 4. & Farinac. vbi ſupra in verſiculo ceſſantibus.

12 Ex forma ſtatuti Ferrariæ lib. 3. Rubr. 66. de Pœna percutientis Poteſtatem, vel ius dicẽtes, & familiam Poteſtatis fol. 142. ſi offenſio eſt cum armis vetitis, & ſanguinis effuſione durante eorum officio, Pęnă eſt amputationis manus, ſi verò offenſio eſt ſine ſanguine, vel cum ſanguine, ſed abſque armis, condemnatur in tribus ictibus Funis, & libris centum Marchiæ.

13 Secundum Bullam, ſeu Decretalem felicis recordationis Ioannis Papæ, quæ eſt regiſtrata in Conſtitutione Marchiæ cap. 14. ſub Rubr. Qualiter procedatur contra offendentes Marchionem, Rector. &c. libro 5. folio 26. offendens officiales modo, & forma vt in dicta Conſtitutione exprimitur. In primis fit perpetuò infamis, nec ad teſtificandum, vel alios actus legitimos admittitur.

Secundò fit inteſtabilis, nec ſuccedit ex teſtamento, nec ab inteſtato.

Tertiò nullus tenetur ei reſpondere ſuper quocunque negotio, ſed ipſe alijs reſpondere tenetur.

Quartò non valent eius ſententiæ, nec proceſſus.

Quintò nullus pro eo poteſt præſtare patrocinium, nec ipſe ad patrocinium alicuius admitti.

Sextò Inſtrumenta ab eo confecta nullam habent firmitatem, ſed cum auctore damnato damnantur.

Septimò priuatur beneficijs eccleſiaſticis, & mundanis, & fit indignus, & inhabilis ad illa obtinenda.

Octauò filij eius ad nullos honores eccleſiaſticos, vel mundanos, ad nullam dignitatem eccleſiaſticam, vel mundanam, aut officia publica quomodolibet admittuntur.

Nonò Immunitatibus realibus, & perſonalibus priuilegijs, & Indulgentijs quibuſcunque, ſub quacunque forma conceſſis, caret penitus.

Decimò eius Vaſſalli abſoluuntur à Iuramento fidelitatis, & alia quauis obligatione, quibus tenerentur, & feuda, & alia quæcunque officia, bona immobilia eo ipſo ſunt confiſcata, alijs verò feudis, Iuribus, honoribus, officijs, & bonis immobilibus quibuſcunq; alijs eccleſiaſticis, quæ tenerent, ſunt priuati, & liberè ad eccleſiam reuertuntur, & de illis Rectores pro ſua voluntate diſponere poſſunt, & mobilia eorum conceduntur occupantibus.

Vndecimò excommunicantur, & ſi fuit communitas interdicto eccleſiaſtico ſubijcitur ipſo facto, & non poteſt ab excommunicatione abſolui, niſi à Papa præterquam in mortis articulo.

Duodecimò poſſunt puniri iuxta leges, quas Catholici Principes condiderunt.

14 Ex forma Conſtitutionis Aldobrandinæ, ſeu edictorum generalium, offendẽs, aut quouis modo inſultans aliquem ſuperiorem Iudicem, aut perſonam Magiſtratus, aut officialem Cameræ Apoſtolicæ, aut Communis Ferrariæ, vltra pœnam Bullæ, ſeu Decretalis memoratæ Pa-

pæ Ioannis tenetur pœna Rebellionis, vt ibidem
15 num. 30. fol. 8. hoc eſt pęna capitis, qua Rebelles
plectendi ſunt, vnà cum confiſcatione bonorum
l. amiſſione de capitis diminutione l. ſi quis ali-
quod §. transfugæ ff. de pœn. Ibi vel viui exurun-
tur, vel furca ſuſpenduntur l. 2. §. fin. ff. ad l. Iul.
Maieſt. l. proditores 7. ff. de re milit. Bartol. in ex-
trauagant. Qui ſint Rebelles, in verbo Rebellan-
do num. 13. fol. 101. & Gram. conſil. 47. Excel-
lens Magnus num. 3. fol. 25. Vltra alia, quæ in eo-
rum odium introducta ſunt, nempè quod perdũt
16 ipſo iure, quæ ſunt iuris ciuilis d. lege, amiſſione
ff. de capit. diminut. Bartol. ſuper conſtitutio. qui
ſint Rebelles, in verbo, Rebellando num. 13. fol.
101. num. 19. & ſeq. fol. 102. Secundo quod poſ-
17 ſunt à quolibet impunè occidi l. 3. §. fina. ff. ad l.
Cornel. de ſicar. l. proditores ff. de re militar. Bart.
ſuper d. conſtitutio. qui ſint rebell. in verbo rebel-
lando num. 13. fol. 101. & nu. 21. & 22. fol. 102.
18 Tertio quod bona rebellium poſſunt à quocun-
que capi, & occupari, vt poſt Bartol. tradit Alex.
conſil. 103. Videtur prima conſideratione lib. 1.
Verſiculo præterea dicti domini fol. 91. licet id
per Bullam Ioannis Papæ videatur reſtrictum
19 tantum ad mobilia. Quartò quod non poteſt il-
lis ius reddi, ſecundum Cin. in l. 1. C. de natural.
liber. & Bald. in auth. habita in 3. col. num. . . . in
20 verſiculo tertio nota C. ne fil. pro patr. Quintò
quod debent à quolibet iudicari ſub pęna relega-
21 tionis l. Metrodorum 40. verſic. fin. de pœn. Sex-
tò quod eorum inſignia delenda ſunt vbiq; repe-
riantur per Ciuitatem l. eorum qui 24. ff. de pœn.
22 In huiuſmodi diuerſitate non videbatur rece-
dendum à pęna ſtatutaria, tùm quia expreſsè lo-
quitur de prætore, cùm quia ſtatuta in loco ſta-
tuentium pro lege habentur, ibiq; dicuntur Ius
commune ipſorum ſtatuentium, vt late dixi in
deciſionibus Marchiæ deciſ. 2. Non eſt dubium.
num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. fol. 3.
23 Etiam quod adſit conſtitutio, ſeu edicta gene-
ralia Aldobrandina, vbi fit mentio de Bulla Ioan
nis Papæ, quæ præfertur memoratæ, conſtitutio-
ni, ſeu edictis tam ex Decretali, ſeu Bulla Sixti Pa-
pæ quinti 37. de pęnis, & confiſcationibus in ver-
ſiculo, declarantes fol. 198. quam ex forma d. Al-
dobrandinæ, ſeu generalium edictorum, vt ibi-
dem In principio.
24 Seu daretur de eadem conſtitutione Aldobrã-
dina, ac edictorum generalium, cum hęc Iura ſpe-
cialiter non loquantur de Prætore, vt facit ſtatu-
25 tum, quo caſu etiam de mente Aldobrandinę, ſeu
generalium edictorum ſuper non diſpoſitis ab
eadem conſtitutione, ſeu edictis ſtatutum ſeruari
debet, vt ibidem in principio.

Et vbi recederetur fortè quia ſtatutum illud
non diſponit de offenſa, de qua agitur in perſonã
Pretoris, quę fuit cum cultelletto, & abſq; ſangui-
ne, ſed de alijs ſpeciebus, quę hic non applicantur,
26 quod tunc non poteſt dari de ſępè dicta pœna
Conſtitutionis Aldobrandinę, ſeu edictorum ge-
neralium, ſed de ſola pœna Iuris communis con-
27 tra offendentem Prætorem, quæ ex iam dictis
non eſt lęſæ maieſtatis, niſi quando conſtat illam
fuiſſe factam ratione officij, non autem vbi id eſt
dubium.
28 Sed contrarium fuit ex ſequentibus cõcluſum,
Primò quia Conſtitutio Aldobrandina, ſeu ge-
neralia edicta contra offendentes officiales, qua
mediante innouatur Decretalis, ſeu Bulla Ioan-
29 nis Papæ, amplectitur ob eius generalitatem, ac
vniuerſalitatem omnes caſus, & nullus excipitur.
30 Secundò quia dicta Conſtitutio, ac Generalia
edicta exceptis decretalibus, ſeu Bullis ſummo-
rum Romanorum Pontificum ſuper diſpoſitis
præfertur ſtatutis Ciuitatis Ferrariæ, & aliorum
locorum, & Ciuitatum reſpectiuè eo ordine, vt il-
lis deficientibus recurratur ad ius commune, vt
in principio dictæ Conſtitutionis ad literam di-
ſponit eadem Conſtitutio, ſeu edicta generalia.

Et in vim huiuſmodi reſolutionis d. Mazzet-
tus Criuellinus, qui Rotæ Prætorem offendidit
modo, & forma, de qua in actis per Excellentiſſi-
mum Dominum Claudium Mõtanum Locum-
tenentem cauſarum criminalium condemnatus
ad poenam furcarum die 4. Decembris 1621. Iſte
Criuellinus cum pręcedenti nocte ſtetiſſet in Ca-
pella, in qua ſimiles ponuntur, & ducendus eſſet
ad Patibulum ad ſupplicationem Dominorum
de Rota fuit liberatus à dicta poena, & repoſitus
in carceribus.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Verba ſententię quomodo ſint intelligenda, & de atteſtationibus officialium Gabellæ.

SVMMARIVM.

1 *Atteſtationes officialium Gabellę an probẽt. & num. ſeq.*
2 *Et quid pro tertio, & contra tertium.*
3 *Iudicantis mens talis eſſe præſumitur, qualis de Iure eſſe debet.*
4 *Sententia eſt ſtricti iuris, & non extenditur vltrà id quod expreſsè loquitur.*
5 *Sententia interpretatur contra illum, qui in ea ſe fundat.*

6 Inter-

6 *Interpretatio, qua euitatur abſurditas, & iniquitas non excluditur.*
7 *Statuta licet ſtrictè intelligi debeant, non tamen debent interpretari, vt ſtatuentes mereantur reprehenſionem.*
8 *Sententia intelligitur ſecundum Ius commune.*
9 *Mens Iudicantis colligitur etiam ex coniecturis.*
10 *Verba iudicis, & ſententiæ ciuiliter ſunt interpretanda, & ad ſenſum iuris reducenda.*
11 *Iudex eſt iuris miniſter.*
12 *Sententia declaratur ex actis.*

DECISIO XXXVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa Admodum Illuſtris D. Iulij Magnanini ex vna, & admodum Illuſtriũ DD. Alexandri, & Hieronymi de Magnaninis ex alia reos conuentos. Quia ſentẽtia Excell. D. Primi Iudicis eſt clara, & etiam confirmata per Excell. D. Prætorem Rotæ exceptis partibus reformatis, de quibus hic non agitur, de duobus tantum fuit dubitatum.

Primò an eſſet facta liquidatio fructuum bonorum, de quibus in dicta ſententia, qui debentur d. Domino Iulio, à die litis conteſtatæ vſq; ad effectualem reſtitutionem pro quatuor recollectis anni, 1615. 1616. 1617. & 1618.

Secundo an ſub liquidatione facta per D. Iudicem, à quo comprehendantur debitæ detractiones, quæ ad formam præcedentium ſententiarum de quarum liquidatione agebatur erant faciẽdæ, ita, vt illa omnino debeat confirmari.

Incipiendo, à primo dubio Domini dixerunt, quod ſic. Moti ad ita tenendum, quia d. D. Iulius, non ſolum probauit de dictis bonis fuiſſe habitos certos fructus conſiſtẽtes in diuerſis rebus pro dictis quatuor annis, ſeu recollectis per examinatos teſtes, ſed de ipſorum fructuum valore aſcẽdente ad libras 3220.5. & 5. quæ factis debitis detractionibus ad formam dictarũ ſententiarum reducuntur ad libras 1771. de quibus in ſententia D. Iudicis à quo, vt ex calculo introituum, de quibus in liſta. A. & B. producta per d. D. Iulium fol. 7. & ex atteſtationibus officialium Gabellæ productis de
1 quibus fol. 23. quæ vti ſumptæ ex libris Gabellarum auctoritate publica fungentibus probant, vt per Bart. & cæteros in l. quædam §. nummularios ff. de eden. Alb. conſ. 789. Vt in Doctiſſimi nu. 20. lib. 2. fol. 106. & conſ. 453. pro reſponſione nu. 4. lib. 2. fol. 39. Dec. conſil. 590. Ad dubia nu. 4. fol. 114. & in lib. 1. communium opinionũ diuerſorum ſecundum ordinem Codicis in tit. de probat. & præſumpt. nu. 170. fol. 496. Quod tenet, etiam Nicol. Genua in ſuo trac. de ſcript. priu. ſub Rubr.
2 de libris Ration. Gabell. ſeu datiar. nu. 1. fol. 218. etiam pro tertio, & cõtra tertium, vt poſt Rimin. Iun. conſ. 52. Proponuntur dubia nu. 102. lib. 1.

Decíſ. Rotæ Ferr.

fol. 247. Et Ioſeph Ludouicum concluſ. 29. Verſ. Ampliatur. 7. fol. 72. tradit idem Genua vbi ſupra nu. 8. fol. 219. In his, quæ pertinent ad eorum officium, vt ibidem per Genuã n. 61. fol. eod. Maſcar. concluſ. 975. nu. 41. vol. 2. fol. 401. Simon de Pret. conſ. 60. Tria videntur eſſe nu. 10. lib. 1. fol. 109. & Surd. decíſ. 336. ſequuta ſententia n. 4. fol. 29. Et quod fides officialis probet nouiſſimè poſt Nicol. Gen. lib. 4. de libr. ratio. Gab. ſeu Datio. In dicto ſuo tract. de ſcript. priu. tradit Monach. decíſ. Bonon. 32. cum Elminus num. 8. fol. 66.

Circa ſecundum dubium pariter dixerunt eſſe factas debitas detractiones ad formam ſententiarum pro dictis quatuor recollectis, quia in primis d. D. Iulius cauſa, & occaſione legati ſibi facti, à q. D. Ioanne Baptiſta eius patre de infraſcriptis pecunijs rebus, ac bonis detraxit ad fauorem dictorum DD. Alexandri, & Hieronimi de Magnaninis libras 790. pro totidem habitis à die 30. Iunij, quo tempore fuit lis conteſtata vſq; ad diem 12. Octobris 1618. adeptæ poſſeſsionis, ſcuta quinq; ſingulis menſibus, in quibus ceſſatũ fuerat ſoluere per triginta nouem menſes cum dimidio. Secũdo libras 160. pro quatuor Caſtellatis vini ad rationem ſcutorũ decem pro qualibet Caſtellata. Tertio libras 160. pro modijs quatuor tritici ad rationem ſcutorum decẽ pro ſingulo modio. Quarto libras 48. pro Lignarijs octo ad rationem librarũ ſex pro quolibet Lignario. Quinto libras 96. pro ſuibus quatuor ponderum octo pro quolibet. Sexto libras 195.5. & 5. pro fructibus, & fœtibus vaccarum quatuor, quorũ occaſione D. Iudex, à quo cum dubitaret de illorum liquidatione reſeruauit Ius certius liquidan. d. D. Iulio. Et conſequenter eundem D. Iulium de Magnaninis admiſsis dictis debitis detractionibus Iure legati, ſeu paternæ diſpoſitionis remanere creditorẽ dd. DD. Alexãdri, & Hieronimi de Magnaninis occaſione dictorum fructuum liquidatorũ de libris 1771. de quibus in ſententia D. Iudicis à quo.

Nec dicatur, quod dictæ ſummæ, quæ nõ leguntur in d. ſentẽtia nõ poſſunt dici ab eo cõpenſatæ.

Nam dictum fuit ſatis eſſe, quod comprehendantur virtualiter.

Quod ita ſit patet manifeſtè ex verbis ſentẽtiæ, nam dum ſæpè d. D. Iudex, à quo in dicta eius ſententia declarauit ſe facere liquidationem fructuũ, de quibus in ſententijs aliàs latis, inter quas prima, quæ confirmata fuit in cauſa Appellationis mandat fieri per Iulium detractionem receptorũ occaſione legati, & paternæ diſpoſitionis oritur probatio, qđ illa fuerit habita ratione dictarũ detractionũ, ad quas tenebatur, ita quòd illud, qđ liquidauit in dicta ſumma librarum 1771. Sit illud,

de quo remanet creditor dictus Dominus Iulius
factis detractionibus,abſq; eo quod aliquid aliud
de dicta ſumma vlterius per dictum Iulium ſit de-
3 trahendum,ne illa ex actis reddatur iniqua,& in-
iuſta contra Iudicantis intentionem,quæ talis eſ-
ſe præſumitur,qualis eſſe debet de Iure Dec.con-
ſil.43.& per tenui facultate mea num.5. in verſi-
culo talis mens fol.42.Surd.conſil.64.Caſus qui
num.14.lib.1.fol.295.& Rot. Diuerſor. deciſio.
112.Domini dixerunt num.3.part.2.fol.645.
4 Non obſtat, quod ſententia ſit ſtricti Iuris , &
non extendatur vltra id , quod expreſsè loquitur
Dec.d.conſ.43.nu 4.fol.42. Addit ad Alb. conſ.
466.& ſi copioſè nu.5. lib. 2. In verſiculo ſtricti
5 Iuris litera c. fol. 48. Sed interpretetur contra il-
lum,qui in ea ſe fundat argumento l.veteribus ff.
de pact.l.cum quæritur de Reb. dub. l. quicquid
aſtringendæ vbi etiam Bart.ff.de verbor.obligat.
c.contra cum de regul.Iur.Cagnol.in l.In Ambi-
guis num.3.& l.ſemper In obſcuris num.17.&
18.de regul.Iur.Cephal.cõſ.249. Totus Neruus
nu.18.& ſeq.lib.2. fol.181.
6 Quoniam præterquam quod non excluditur
interpretatio per quam euitatur abſurditas,& ini-
quitas, vt ſimile videtur in ſtatutis , quæ tametſi
7 intelligi debeant ſtrictè,non tamen debent inter-
pretari,vt ſtatuentes mereantur reprehenſionem,
vt poſt Soccin.conſ.63.col.penult.nu.3.lib.1.per
tex.in l. Saluius Ariſto ff.de legat.præſtan.conſu-
luit Alba.conſ.175.Diuino Nomine nu.1.2.&
8 3.lib.2.fol.134.& etiam in ſententijs,quæ ſecun-
dum ius commune intelliguntur , & ab eo inter-
pretationem recipiunt l.Herennius ff. de euictio.
l.miles §.decem ff.de re Iudicat.Crauett.conſ.74.
Michael Matthei num.9.fol.78.& conſ.188.Ma-
gnificus Senatus num.8.fol.191. cum cæteris ad-
ductis per Rotam diuerſorum d.deciſ.112.nu.2.
par.2.fol.64.fuit reſponſum,quod cum in ſenten-
tia Domini Iudicis , à quo reperiatur facta liqui-
datio fructuum de quibus in dictis ſententijs,&
declaratum , quod memoratus Iulius teneatur ad
detrahendum ex præfato credito omne id , quod
recepit occaſione legati,ſeu relicti ſibi,à patre ſuo
facti,negari nõ poteſt, quin liquidatum ſit etiam
ex ſtricta interpretatione illam fuiſſe factam ad-
miſſis debitis detractionibus ad mentem iudicãtis
9 quæ etiam ex coniecturis probatur Dec.d.conſil.
10 43.n.3.Verſiculo præterea fol.42.prǽſertim cum
Iudicis , & ſententiæ verba ciuiliter ſint interpre-
tanda,& ad ſextum iuris reducenda Crauet.conſ.
10.Antonia relicta num.2.fol. 32. Cephal.conſ.
374.Illuſtris Comes nu.28. 29. & 30. lib.3.fol.
11 407.cum Iudex ſit Iuris Miniſter Gloſſ.in l. ſan-
ctio legum 41.In verbo Pœnã litera R.ff.de Pęn.
Bart.in l.1.col.4.nu.16.verſic. Item ſecundum,&
tertium membrum ff.de conditio.indebit.& Ce-
phal.d.conſ.37.nu. 34.& ſeq.lib. 3.eod.fol.407.
Saltem,vt euitetur Abſurdum,quod Idem Iudex,
qui dixit ſe facere liquidationem fructuum ſtabi-
lium de quibus in ſententijs memoratis ad fauo-
rem. d. Iulij contra dictos fratres de Magnaninis
redarguatur de mandacio,vel,quod dictam liqui-
dationem ſecerit diminutè, & abſq; dictis debitis
detractionibus, contra formam dictarum ſenten-
12 tiarum ; Quod non eſt dicendum maximè cum
ſententia declaretur etiam ex actis , & proceſſu l.
ait prætor §.ſi Iudex ff.de re Iudicat. & Cephal.
conſ.77.cum in hac cauſa num.33. 34. & ſeq.
Laus Deo,& Beatæ Marię ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De litis Pendentia. & infra quantum tempus opponi,ac probari debeat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ferenda in vno Iudicio quando poteſt præiudicare alteri non obſtet litis pendentia.*
2 *Litis pendentia debet opponi, ac probari infra tempus ſtatuti Ferrariæ , & non vltra.*
3 *Secunda pars ſtatuti intelligitur ſecundum præcedentia.*
4 *Præcedentia declarant ſequentia.*
5 *Correctio fit verbis expreſſis.*
6 *Correctio,vt euitetur, variæ ſolutiones,Varijq; intellectus dari poſſunt.*
7 *Terminus de quo loquitur ſtatutum per dictionem prædictus, non poteſt eſſe diuerſæ qualitatis.*
8 *Dictio prædictus eſt relatiua præcedentium.*
9 *Relatum eſt in referente cum ſui qualitatibus.*
10 *Quod continetur in termino ad quod fit relatio, continetur in termino referente.*

DECISIO XXXVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

AN obſtet litis pendentia oppoſita pro parte
Illuſtriſſimi D.Marchionis Hypoliti Giglio-
li contra Cabalerium de Comaſchio. Dicebatur
1 quod ſic,quia Iudicia cępta per Cabalerium ſic ſe
habent ad cauſam de qua agitur, quod ſententia
ferenda in ipſis poteſt præiudicare iudicijs ſupra
memoratis ad tradita in l. fundum Titianum 16.
& in l.fundi 18.ff.de exceptio. rei Iudicat.
Sed aliud cenſui, nempe eſſe aſſignandum ter-
2 minum ad probandum,quia præfata litis pẽden-
tia non oppoſita , nec probata in termino ſtatuti
Ferrariæ lib.2.Rubr.16.in verſic. Si verò fol. 27.
nempè infra biduũ,à die habitæ,vel oblatæ copię
libelli

libelli numerandorũ elapſo dicto tempore impedit ne proponens audiatur ad proponendum, & probandum eam, ad finem impediendi litis ingreſſum, vt probatur ex traditis per Riminald. Iunio. conſil. 87. opponitur Illuſtri Comiti Iohanni numero 15. cum ſequen. libro primo fol. 348. & conſil. 203. in prima conſideratione nu. 91, lib. 2. fol. 254. firma remanente illius reſeruatione ad formam alterius ſtatuti Ferrariæ lib. 2, rubr. 42. fol. 58.

Nec dicatur, quod cum Iudex ſtatim, vt tenebatur ex dicto ſtatuto non aſſignauerit opponenti terminum duorum dierum à die habitæ, vel oblatæ copiæ libelli numerandorum ad probandum ipſo iure ſtatutus intelligitur, à die oppoſitionis terminus prædictus duorum dierum, & ſic, quod tunc quandocunque oppoſuerit ſit in tempore, dummodo probet infrà dictos duos dies.

3 Quoniam dicta ſecunda pars ſtatuti intelligitur ſecundum præcedentem diſpoſitionem, nempe dummodo dicti duo dies ſint à die habitæ, vel
4 oblatæ copiæ libelli, non autem poſt, quæ declarant ſequentia. l. ſi ſeruus plurium 53. §. fin. ff. de legat. 1. Gerard. Mazzol. conſ. 51. pro defenſione num. 15. fol. 129.

5 Et tanto magis ne videatur ſtatim ſe correxiſſe ſine verbis expreſſis contra regulam legis præcipimus. C. de appellat. & aliam regulam, quod
6 vt euitetur correctio, variæ ſolutionis, varijque intellectus dari poſſunt, de qua per Marian. Socin. in c. accedentibus num. 26. de priuileg. par. 2. fol. 116.

7 Comprobantur præmiſſa, quia ſtatutum loquitur de termino prædicto, qui non poteſt eſſe
8 diuerſæ qualitatis ob illam dictionem prędictus in dicto ſtatuto poſitam, quæ vti relatiua præcedentis termino duorum dierum à die habitę, vel oblatæ copiæ libelli, vt per Pariſ. conſil. 158. ſi
9 ius commune numer. 18. lib. 4. folio 187. ſecundum id ad quod facta eſt relatio intelligitur, nempe de eodem ſimili termino duorum dierum numerandorum à die datæ, vel oblatę copię libelli. l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudic. l. Aſſe toto. ff. de hæredib. inſtituen. l. inſtitutio talis. ff. de conditio. inſtitu. Signorol. de Homodei. in l. ſi inſulam. ff. de verbor. obligat. num. 28. Franciſc. Milanenſ. deciſ. 8. executione cauſata. num. 50. libro 2. folio 43. ex propria natura relationis, quę
10 eſt, vt quid, quid continetur in termino ad quem fit relatio contineatur in termino referente, vt dicit Rimin. iun. conſil. 669. Illuſtriſſimus Dominus Iulius Boiardus num. 12. fol. 210. & conſ. 790. cum proponatur numer. 14. lib. 7. fol. 154. Decian. conſil. 128. dico num. 2. lib. 3. non ſimpliciter, ſed ſpecificè, & verè, vt in terminis habetur per eundem Riminald. iunior conſil. 652. quoniam tota nu. 14. lib. 6. fol. 161. Gail. obſeruatio. 82. reſponſiones nu. 25. lib. 1. fol. 64.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De exceptionibus impedientibus executionem inſtrumenti, & tempore ad id faciendum ſtatuendo.

SVMMARIVM.

1 *Probationes, quando in continenti offeruntur, quæ altiorem non requirunt indignè impeditur executio inſtrumenti, etiamſi inſtrumenta eſſent iurata, & obligationem in forma cameræ continerent, vel ex conſuetudine, ſeu ſtatuto haberent executionem paratam.*

2 *Probationes promtuariæ præſumptas fraudes excludit.*

3 *Probationes in continenti facta, quando dicantur.*

4 *Tempus decem dierum dicitur modicum.*

5 *In continenti, quid factum dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.*

6 *Errore calculi detecto, veritati nullum poteſt afferri præiudicium.*

7 *Ea facilitate, qua quis inductus fuit ad promittendum, eadem inductus dicitur ad ſe obligandum, iurandum, renuntiandum, & calculandum.*

DECISIO XXXIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

CONtra inſtrumentum, an admittantur exceptiones impedientes executionem.

1 Fuit concluſum, quod ſic ob oblatas probationes in continenti altiorem non requirentes indaginem, ad tradita in puncto per Iaſon. conſ. 85. punctus præſentes controuerſiæ colum. 1. nu. 1. in verſiculo, & fortius lib. 1. fol. 74. & Theſaur. deciſion. 26. inſtrumenta regulariter. numer. 15. qui numero 14. loquitur in inſtrumentis iuratis, & forma Cameræ, & his, quæ ex conſuetudine, vel ſtatuto habent executionem paratam aduerſus, quæ nulla poſſit opponi exceptio, & Rota Auinionenſ. deciſ. 124. Io. Antonius. num. 11. folio 326. qui multa iura allegat, & etiam ratio-
2 nes adducit. Ratio eſt, quia promtuariæ probationes pręſumptas fraudes excludunt, vt per textum in l. ſi debitori meo 21. ff. de iudic. cenſuit eadem Rota Auinionenſis loco proximè citato. & ſucceſſiuè DD. Valerijs aſſignatis terminus

quinque

quinque dierum ad probandum, præterquam per teſtes, ne quicquam deducatur, quod repugnet probationi in continenti gerendę, ad inſtar eius, quod pariter cenſuit idem Teſſaur. d. deciſio.26.num.15. qui in ſimili facti ſpecie admiſit ad probaudum per inſtrumenta liquida, ſecus per viam capitulorum, & Rota Auinionenſis d. deciſio. 124. nu.11. quæ pariter ad probandum aſſignauit tres dies. infra quod tempus quicquid probatum fuerit dicitur in continenti factum gl. in d.l.ſi debitori meo.ff.de iudic. in verbo modi-
4 cum litera I. vbi tempus decem dierum, ſi dicitur modicum, multo magis, id eſt in minori maximè cum huiuſmodi probatio, quando dicatur
3 facta in continenti iudicis arbitrio relinquatur, vt poſt Guidon. Pap. deciſio.132.ſed probato illo errore. num. 3. qui exemplificat de octo diebus, vel forte pluribus arbitrio iudicis, & alios tradit Menoch.de arbitrar.caſ.12.num.14. cent. 1.fol.160. & Rota Auinionen. dicta deciſi. 124. num.11.

Non obſtant adducta in contrarium, & in ſpecie conſil. Turretæ 85.omiſſa diſputatione num.4.5.& 6.lib.1.fol.159.

Quia ex prædictis facilè tolluntur.

6 Secundò, quia detecto errore calculi veritati præiudicium afferri non poteſt.l.vnica. C.de error.calcul.Pariſ.conſ.131.Iacobus iſte.num.26. cum ſequent.lib.1.fol.253. quod eſt conſilium vltimum dicti primi voluminis.

7 Tertiò, quia eadem fragilitate, qua quis inductus fuit ad promittendum, eadem inductus dicitur ad ſe obligandum, iurandum, renuntiandum, & calculandum ad tradita per Bart.in l.ſi ex cautione.num.6. & 7. C.de non numerat. pecun.& Rotam Auinionenſem dicta deciſio. 124.nu. 9. fol.325.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Venditio, quando dicatur facta ad corpus, vel ad menſuram.

SVMMARIVM.

1 *Venditio, quando incipit à corpore certis finibus determinato dicitur ad corpus, non ad menſuram.*
2 *Fallit, niſi conſtet aliud fuiſſe de voluntate contrahentium.*
3 *Verbum credit importat veritatem.*
4 *Verbum credit præiudicat ſicut confeſſio de veritate.*
5 *Confeſſio ſuperat omnes alias probationes.*
6 *Dominium non transfertur vbi ceſſat cauſa transferendi.*
7 *Locupletari cum aliena iactura non licet.*
8 *Nemo plus iuris habere debet, quam ſibi de iure liceat.*
9 *Iniuſtitia pretij, quid contrahentes ſenſerint arguit.*
10 *Iudex bonus ex precio, & confinibus, ac alijs circumſtantijs debet conſiderare, quid partes ſenſerint, & an venditio dicatur facta ad corpus, vel ad menſuram.*
11 *In rei vendicatione, quæ probanda ſint.*

DECISIO XL.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Domini concorditer dixerunt malè fuiſſe, & eſſe iudicatum per Dominum Iudicem, à quo ad fauorem Pauli Guitti rei conuenti, & benè appellatum, & de nullitate dictum per Dominum Gentilem Malpilcum actorem, qui petijt declarari Golenam, de qua agitur ſpectare, & pertinere ad ipſum emptorem iure dominij, vel quaſi, & condemnari dictum Guittum ad dimittendum, & relaxandum ſibi dictam Golenam, quantū ſe extendunt confines caſalis ipſius Malpilei verſus Padum, demptis ſemper ſtarijs nouem, & quartis duobus, & mezzetam vnam dicto Guitto per ipſum vendita, & ad hunc effectum eligi peritos, qui ſeparare debeant dictam quantitatem terræ à dictis terris poſitis in Golena ipſius Malpilei, & reſiduum ſibi aſſignari vnà cum fructibus &c. iuxta petita obtinuit in prima inſtantia fauorabilem ſententiam, & ſucceſſiuè ſententiam Domini iudicis à quo in ſecunda inſtantia latam ad fauorem dicti Guitti reuocauerunt confirmando ſententiam primi iudicis latam ad fauorem dicti Malpilei contra dictum Guittum in prima inſtantia.

Moti, quia licet primo aſpectu venditio facta
1 per Malpilium dicto Guitto videatur ad corpus, non ad menſuram, quia incipit à dicta Golena certis finibus determinata, ex quibus totus corpus ipſius Golenæ conficitur, vt poſt Oldrad. conſil. 197. in conceſſione circa finem conſuluit Pariſi.conſil.64. luculenter.num.3.& ſeq. lib. 1.
* fol.140.vbi teſtatur de communi. Deci. conſilio 508.in cauſa, quæ Mantuæ num.1. & 2.cum ſeq. fol.52. Socin.ſenio. conſ.32.nu. 1. verſiculo aliquando, & quarto Socin.iun.conſ.42. num.6.li. 2.fol.... Gabr. conſ.64. ad reſolutionem num. 4. lib.2.fol.95. Surd.deciſio. 64. trita quidem & vulgaris per totam.fol.116. vbi de veriori atteſtatur, & Monach. deciſio. Lucenſ.13. Aloyſius Tintor.num.1.fol.14.

Con-

2 Contrarium tamen ex geſtis, & ſecutis fuit
probatum cum corpus memoratum fuerit ſolum
verificatum in ſtarijs nouem, quartis duobus, &
vna mezzetta, vt patet primo ex æſtimatione fa-
cta ab Alfonſo del Benmanbio æſtimatore à
partibus electo, qui ea æſtimauit in libris 334.
13.9. ad rationem librarum quinque pro quoli-
bet ſtario ſub die vltima Octobris 1597. & de
hoc eſt caſus in terminis apud Afflict. d. deciſ. 68.
creditor num. 2. verſiculo in contrarium. fol. 66.
quæ vti facta præſentibus d. Gentili Malpileo, &
Paulo Guitto, & acceptata multo magis vrget.
Secundò ex confeſſione ipſius Guitti habita ſu-
per quinta poſitione, vbi dicitur, che detto Mal-
piglio vendè parte di detta Golena in ſtara 9.
&c. à Paulo Guitti, & ſuper 7. & 8. poſitionib. vbi
in 8. in qua dicitur, che'l reſto della Golena re-
3 ſtò in dominio del Malpiglio, reſpondit credit.
quæ importat veritatem, teſte Baldo. in l. 1. in fi-
ne C. de falſ. cauſ. adiecta legat. Geminian. in cap.
4 1. de confeſſ. in 6. num. 12. fol. 134. & præiudicat
ſicut confeſſio de veritate, vt in puncto tradit
gloſſ. in cap. ex literis 32. de iur. iurand. in verbo
occultata veritate litera D. in verſiculo, quia æ-
què, & per eandem Gloſſam conſuluit Corneus
conſil. 186. quamquam num. 2. lib. 3. fol. 199. &
5 addit. ad Papienſ. in forma exceptio. contra poſi-
tio. folio 66. & ſuperat omnes alias probatio-
nes.

Et etiam per teſtes ipſius Malpilei, nempe ex primo, qui dicit, che'l Guitti haueva compro dal Malpigli vna parte di detta Golena, ma non sà quanta, & che 'l rimanente la godeua il Malpiglio. fol. 15. & ex ſecundo dum dicit, che la Golena per ragione di alluuione appartiene à Gentile Malpiglio, & che vna parte il Malpiglio ne vendè al Guitti, che poi l'arò, & anco ſi miſſe a ararne vn'altra parte contigua, & ſeminarui fagioli dicendo, che ciò haueva fatto con intentione di comprarla da loro &c. quale Golena è nell'iſteſſo corpo, & drittura del detto Malpigli, che tanto li diſſe il Guitti. folio 17. ad tradita in puncto in fortioribus terminis per Surd. dicta deciſ. 64. nu. 28. fol. 121.

Quo caſu cum ſuper reſiduo Dominium exi-
6 ſtens penes Malpilium non dicatur translatum
in Guittum, ex quo ceſſat cauſa transferendi,
nempe titulus ad id non ſe extendens, etiam vbi
ſimplex traditio interueniſſet, vt probatur lib. 7.
commun. opinio. ſecundum ordi. Cod. in titu. de
acquir. poſſ. titu. 1. nu. 134. tomo 2. fol. 208. poſt
Gomeſ. & Bartol. & apertiſſimè patet ad ſen-
ſum.
7 Meritò Guittus fuit, vt ſupra ad reſtitutionem
8 condemnatus ne locupletetur cum alterius iactu-
ra, & plus habeat, quam de iure habere debeat
9 ob iniuſtitiam pretij, quę quid contrahentes ſen-
ſerint arguit, vt poſt Afflict. Deci. Pariſ. Neuizza.
Didac. Pinell. & Solam dicit Surd. d. deciſio. 64.
loco proximè citato in verſiculo, hæc enim con-
iectura.
10 Vltra quod in propoſito bonus iudex ex pre-
cio, & ex confinibus, ac alijs circumſtantijs habet
conſiderare, quid partes ſenſerint, & an venditio
dicatur facta ad corpus, vel ad menſuram, vt opti-
mè conſiderauit Vrſill. in addit. ad Affl. d. deciſi.
68. nu. 5. fol. 66. & tanto magis cum concurrant
omnia requiſita in rei vendicatione, nempe Do-
minium nunquam translatum ex parte ſui, iuxta
tex. in l. in rem actio. in princ. ff. de rei vendicatio.
& poſſeſſio, ſeu detentio ex parte rei, de qua per
text. in l. officium, & in l. is qui deſtinauit. ff. de rei
vendica. & in l. 1. C. de aliena. iudi. muta. cauſ.
fact. Papienſ. in forma libelli ſuper actio. real. in
gloſſ. tenet, & poſſidet. num. 1. fol. 2. Siluan. conſ.
57. Chriſti intemerataq; nu. 42. fol. 276. & Ale-
xan. Caluan. conſ. 19. certè nulla numero 27. fo-
lio 112.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De duobus reis debendi, & captura nulla, an poſsit ſuſtineri pro ſumma debita.

SVMMARIVM.

1 *Decretum cum clauſula, niſi infra quatuor probauerit reſoluitur, & euaneſcit falſis probationibus.*
2 *Decretum de procedendo ad vlteriora, an importet conceſſionem capturæ.*
3 *Sententia eſt ſtricti iuris, & non extenditur vltra id, quod loquitur.*
4 *Sine actione nemo experitur.*
5 *Vnus ex reis debendi, ſimulque, & fideiuſſor in ſolidum obligatus, an agat contra correum debendi, ſeu confideiuſſorem antequam ſoluerit, & ceſſionem reportauerit.*
6 *Compenſationem opponere an poſſit vnus ex reis debendi, ſeu fideiuſſor.*
7 *Compenſatio potius dependet ab æquitate, quam à ſtricto iure.*
8 *Intereſt cauenti potius non ſoluere, quã ſolutũ repetere.*

9 *Captura*

9 *Captura obtenta pro ſumma indebita non valet, ſed remanet nulla in totum.*
10 *Nullum, quod eſt habetur, vt ventus, & chimera,*
11 *Decretum eſt indiuiduum.*
12 *Vtile per inutile vitiatur.*
13 *Decretum non poteſt pro parte valere, & pro parte non.*
14 *Notoria iniuſtitia parit nullitatem.*
15 *Nullum, quod eſt dicitur non eſſe.*
16 *Qui nulliter iudicauit, dicitur non iudicaſſe.*
17 *Captura, an poſſit ſuſtineri pro ſumma debita, cum ſequent.*
18 *Teſtis deponens contra producentem an probet.*
19 *Captura nulliter expedita ſuſtinetur pro ſumma debita, vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta.*
20 *Statutum Ferrariæ rubr. 23. lib. 2. loquitur de debitore ſuſpecto.*
21 *Statutum Ferrariæ rubr. 35. lib. 2. loquitur in fideiuſſore, qui rectè & ſeruatis ſeruandis egit.*
22 *Vbi proceditur ſola facti veritate inſpecta, ſemper amplectitur illa veritas, cui ius patrocinatur.*
23 *Iudex appellationis non eſt iudex nouæ cauſæ, ſed ſolum cognoſcit an iudex, à quo bene, vel male iudicauerit ex cauſis comprehenſis, & deductis in prima inſtantia, non ex nouis.*
24 *Victus victori regulariter in expenſis condemnatur, maximè quando nulla ſubeſt cauſa excuſationis, & agitur de cauſa appellationis ex eiſdem actis, nulla habita ratione, quod appellans primam ſententiam reportauerit.*

DECISIO XLI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Domini dixerunt bene iudicatum per Excellentiſſimum Dominum Iudicem à quo ad fauorem Domini Thomæ Morelli, & malè appellatum pro parte D. Ioann. Mariæ Piganti, qui impetrauit huiuſmodi cauſam in tertia inſtantia committi, Morello conſentiente &c.

Moti, quia captura, quam dictus Ioannes Maria obtinuit contra Morellum eſt nulla.

Siue illa ſit fundata in prima ſententia, ſeu decreto, niſi infra quatuor docuerit de ſolutionibus, ſiue in ſecunda, vel ſecundo, in qua, ſeu quo Excellentiſſimus Dominus primus iudex mandauit procedi ad vlteriora.

1 Nam prima ſententia, ſeu decretum factis
2 probationibus euanuit, ſecunda, ſeu ſecundum, quæ eſt ſtricti iuris. l. 1. C. ſi plures vna ſenten. l.
3 ſi index 10. cum ibi notatis. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & Alexand. conſil. 84. in cauſa, quæ numer. 3. verſic. & ſententia lib. 3. fol. 74. non extenditur ad ſpeciem, de qua agitur, ita vt dici poſſet illam, ſeu illud importare nouam conceſſionem capturæ, opportunam, & neceſſariam, quæ indigebat ſpeciali expreſſione, ſed tantum diſponit quantum ex ea, ſeu eo de neceſſitate infertur Alexander loco proximè citato.

Secundò, quia ſiue agatur de duobus reis debendi in ſolidum obligatis, ſiue de cauſa fideiuſſorum vtroque caſu ipſi Picanti vno ex reis debendi, ſeu fideiuſſoribus obſtat defectus actionis,
4 ſine quo nemo experitur cum egerit aduerſus Morellum antequam ſoluerit Bernardino Rubeo creditori, & ceſſionem ab eo reportauerit, vt
5 in puncto de duobus reis eſt tex. apertus in l. cum apparebit 50. ff. locat, & in l. ſi diuiſa 13. C. eod. & habetur per Matheſil. ſing. 120. Alexan. conſ. 38. viſis, & diligenter in fin. lib. 5. fol. 40. Barth. Caſſan. ſuper conſuetu. Burgun. in §. 11. ſub rubr. 4. & Raph. Fulgoſ. conſ. 186. pro determinatione &c. colum. 1. num. 2. fol. 255. & de fideiuſſore tradit text. in terminis in l. cum alter ex fideiuſſoribus. 11. C. de fideiuſſo. & Ronchagal. in l. reos 11. de duobus reis. num. 54. cum ſequen. folio 464. & ſeq. reſpectiuè, qui de prædictis omnibus pleniſſimè loquitur.

Tertiò, quia vbi dictus Ioannes Maria Picanti rectè egiſſet; cuius contrarium ex ſupradictis patet, obſtant eidem Picanti ſolutiones ſibi factæ per dictum Morellum, de quibus in actis, ex quibus apparet Picantem non eſſe creditorem de ſumma per eum ſpecificata in captura, quam obtinuit contra dictum Morellum, ſed de
6 longè minori; & fortè exceptio compenſationis propoſita per dictum Morellum de libris quinquaginta ſibi per Ioannem Mariam Picanti debitis virtute apocæ, ac iurium productorum per dictum Morellum ad tradita in terminis huiuſmodi compenſationis naturalis debiti per Ronchagal de duobus reis. l. 10. §. ſi duo rei. num. 14.
7 fol. 431. quæ per eundem ibidem potius ab æquitate, quam à ſtricto iure pendet; vt circuitus euitetur, cum interſit conuenti potius non ſoluere;
8 quam ſolutum repetere. l. 3. ff. de compenſatio. & ratione æquitatis compenſetur illud, quod actione propoſita peti non poteſt.
9 Quo caſu captura obtenta pro ſumma indebita nullo modo valere poteſt, ſed remanet nulla in totum, vt probat glo. fina. ff. de iuriſd. omn. iud. in verbo ſupra litera s. Bartol. in l. Fulcinius. §. 2. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſio. eat. num. 6. & Add. ad Rot Bononien. diuerſor. deciſion. 140. Summus Pontifex in verſic. circa nonum. folio 765. quę multos allegat dum conſiderat, quando decretum eſt pro indebito, vel partim ex vera, partim ex falſa cauſa, & habetur per Caſtr. & alios in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condi-

tio,

tio.indeb. & expreſsè conſuluit Ruin.conſil. 60. viſo & perlecto teſtamento num.26.& 27.lib.2.
10 folio 230. & habetur, vt ventus, & chimera, de quibus exemplificat Paul.de Caſtr.conſ.145.viſis,& ponderatis num.1.in verſic. quia illud par. 1.fol.72,

11 Ratio eſt, quia decretum capturæ eſt indiuiduum. l.in hoc iudicio. ff.famil.herciſcun.l. 1.§. hæc verba. ff.ne vis fiat, & Bald. in l.certi condictio.§.quoniam igitur.ff.ſi cert.petat. Afflict. deciſio.218.petita fuit.num.4. folio 86. Rota Bononien.diuerſor.in nouiſ.deciſ 69.mortuo Franciſco de Magnanis num.9.folio 401.& ſeq. quo
12 caſu, vt ibi num.10. vtile per inutile vitiatur, & decretum,ſeu captura non poteſt pro parte valere,& pro parte non,ſed in totum ruit, vt quoque voluit additio ad deciſ.Bononien.140. diuerſor. verſic. circa nonum, vbi alios allegat dicta rationes.

Augetur nullitas dictæ capturæ ex capitibus
14 memoratis concernentibus notoriam iniuſtitiā, quę parit nullitatem.Franc.in cap.dilecto de appella.numer.154.verſic. tu aduerte, & num.155. verſic.ſed certè hoc non videtur verum. fol.190. & ſequen. Veronenſ.caut.8.ſi tenuta. num.1.fol. 5.& ſequen.Sigiſmun. Loffred.conſil.32.quondam Dominus.numer.19. Ancharan.conſilio 61. viſo themate.num.6.Marſil.ſingula.473. Neminem.fol.129.& Surd.conſi.61.iuſta videtur. nu. 50.lib.1.folio 283. & non exiſtentiam ipſius ca-
15 pturæ, quod enim nullum eſt,dicitur non eſſe, ad notata per Ripam in l.4.§.condemnatum.nu.
16 3.ff. de re iudica. & conſequenter non iudicaſſe, qui nulliter iudicauit.l.1.§.fina. ff.quod quiſque iur.

17 Nec dicatur capturam ſuſtineri pro ſumma debita præcipuè ſtante ſtatuto Ferrariæ rubr.23. lib.2.fol.38.verſ. & vbi pronuntiaretur,& quod agitur de cauſa fideiuſſorum, vt patet ex diſpoſitione paritæ libri dicti Rubei ibi Il Sign.Maria Piganti,& il Sign. Tommaſo Morelli in ſolido. L'vno per l'altro ſono per le ſotto notate robbe, quali ſon ſeruite per li habiti, per la ſpoſa del ſudetto Sig. Tommaſo,& anco per il detto Signor Tommaſo per pagare per il meſe di Luglio proſ ſimo, & ex depoſitione primi teſtis Morelli, qui
18 contra producentem plene probat Roman.conſilio 104. Reuerendæ Pater, cum ſimilibus.folio 75.in qua ex forma ſtatuti rubr.35.lib.2.fol.53. proceditur ſola facti veritate inſpecta, quo caſu
19 captura nulliter expedita poteſt ſuſtineri pro ſumma debita reiectis iuris apicibus, vt veritas præualeat. l.Æmilius Largianus,& ibi Bart. cum ſimil. ff. de mino. Iaſon. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum.ff.de condictio.indeb.& Vrſil.ad Afflict. d.deciſ.218.nu.3.fol 87.

Vel ſaltim de nouo concedi ad effectum, vt carceratus poſſit retineri in carceribus, quatenus conſtet capturam concedi poſſe.Magon.deciſio. Florent.126.de mandato.num.1. & 3.fol.364. & Rot.in nouiſſim.deciſio.151. Fauſtinus.nu.5. p.2.fol.684.cum ſimilibus.

20 Quia præterquam quod prædita non procedunt in caſu, de quo agitur, ex iam dictis eſt aduertendum, quod d.ſtatutū Ferrarien.loco citato rubr.23. lib. 2. loquitur de debitore ſuſpecto, & quando fuit pronunciatum capturam nullam eſſe,& captum eſſe debitorem, quod non eſt in hac ſpecie, vt patet ex ſententia Excellentiſſimi Domini Iudicis, à quo, qui tantum dixit Morellum tanquam malè captum eſſe excarcerādum, prout excarcerari mandauit ſaluis in reliquis iuribus partium, non autem quod de aliqua quantitate remanſiſſet debitor ob quam debuiſſet retineri in carceribus, & ſic non meretur allegari, quia, cui non conueniunt verba ſtatuti, nec etiam conuenit eius diſpoſitio, quæ ex verbis percipitur. l.4.Si toties.ff.de damn.infect. l.hos accuſare. §.omnibus.ff.de accuſatio. Marſil.ſing.339.cui, non conueniunt.fol.94.

21 Aliud verò ſtatut. rubr. 35.eod.lib. 2.in fideiuſſore, cui nón poſſunt opponi exceptiones ſupra memoratæ,hoc eſt in eo,qui rectè,& ſeruatis ſeruandis egit non autem in ſpecie, de qua agi-
22 tur, vbi dictus Ioannes Maria Peganti nulliter, & ſine actione egit, quia tunc, etiam, quod procedatur ſola facti veritate inſpecta, non tamen ex hoc alteratur ius agentis de malo in bonum, cum ſemper amplectatur illa veritas, cui ius patrocinatur. Natta conſil.15.proximis diebus.nu. 11.lib.1.fol.29.& Rota Bonon.d.deciſ.140. nu. 54.fol.764.

Circa reliqua, quia Excellentiſſimus Dominus Iudex à quo, reuocata ſententia primi iudicis, qui capturam validam iudicauit declarauit, vt ſupra Morellum malè captum, & excarcerandum ſaluis in cæteris iuribus partium, de quibus cognoſcere non poterant, ſaltim ad cautelam, ne in aliquo offenderentur.

23 Meritò, quod geſſit Domini approbarunt, vt in ſententia ſcientes iudicem appellationis non eſſe iudicem nouæ cauſæ, ſed ſolum cognoſcere debere, an iudex, à quo bene, vel malè iudicauerit. Bartol.in l.1.num.3. C.ſi aduerſ. liberta. Caſtr.in l.ab executore. num.3. de appellatio. Crauett.conſil.273. Nobilis D. Commiſſariæ.num. 8.folio 92.Natt.conſ.573.verus extat decretum. num.35.lib.3.& Rot.Florent.deciſio.9. decoxe-

rat

rat Bernardus. num.18. ex cauſis comprehenſis,
& deductis in prima inſtantia non ex nouis, vt
per Marſil.ſingu.240.regula legis.fol.63.Rota
Lucan.per Magon.deciſi. 26. ſpectabilis Ioſeph.
Guazzellus.nu.37.ſol.95.
34 Condemnauerunt Victum victori in expen-
ſis ex regula iuris ordinaria.l. properandum. §.
ſin autem alterutra. C.de iudic. cum.vulgar.ma-
ximè cum nulla ſubſit cauſa excuſationis Rota
Bononien.diuer.deciſio.19.cum latè numer. 80.
folio 114. & agatur de cauſa appellationis, & ex
primis actis ad tradita per Bald.conſil.24.titulus
poſſeſſionis per tot.lib.3.folio 6.Iaſo. in d.l.pro-
perandum.§.ſin autem alterutra num.23. & 24.
C.de iudic.& Rot.Bononien. diuerſo. deciſi.45.
fuit ad fauorem. num.5.folio 272.nulla habita
ratione, quod appellans primam ſententiam ad
ſui fauorem obtinuerit, nam iſta fuit ex eiſdem
actis per Excellentiſſimum Dominum Iudicem,
à quo reuocata, & per Rotam confirmata ad fa-
uorem Morelli, iuxta tradita in puncto per ean-
dem Rotam Bononien.dicta deciſio.140.nu.56.
cum ſeq.fol.764.& ſeq.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Textor draporum ſericorum, qui certa conuenta mercede ſericum ad texendum accepit, an teneatur eo ſibi furto ſubtracto.

SVMMARIVM.

1 *Qui aliquid recepit pro re aliqua facienda tenetur de ſuo, ea ſibi furata.*
2 *Furtum præſumitur ſecutum culpa ipſius, cui res fuit ablata.*
3 *Ille cui fuit res ablata, quid probare teneatur ad euitandam ſolutionem.*
4 *Negligens ſibi imputare debet ſuam negligentiam.*

DECISIO XLII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DOmini Dixerunt Paulum Bracciolum texto-
rem teneri de furto ſerici ſibi dati ad texen-
dum damaſcum à Domino Franciſco Reſtagno
1 mercatore certa conuenta mercede, ſeu actione
locati per text.in l.itaque fullo 12.ff.de furt. &
in §. item ſi fullo inſtitutio. de obligatio. quæ ex
delict.naſcuntur, & in l.ſi fullo.ff.de conditio. ſi-
2 ne cauſ. Nam furtum præſumitur factum culpa
eius, cui res ablata eſt, vt probatur in l. cum duo-
bus.52.§. damna, quæ ff. pro ſoci.& §. præterea
inſtitutio.quib.mod. re contrahitur obligatio. &
per Corn.conſ.28. in hac conſultatione. num.5.
col.2.lib.3.fol.46. & Pariſ.conſil.156. vidi pro-
ceſſum ad me tranſmiſſum.num.4.lib.4.fol.182.
3 qui propterea numer.5.dicit eundem non ſolum
teneri probare amiſſionem, & furtum, ſed illud
eueniſſe abſque aliqua ſui culpa. Quam opinio-
* * nem vti veriorem, & receptiorem poſt Homo-
de.Signor.Bal.Alexan. & Gozzadin. loquens de
textore, qui telam texendam conduxit tenet, &
ſequitur Laderch. Imol.conſil. 154. Nullum eſt
dubium.nu.2.cum ſeq.fol.524.
Et non obſtare prætenſam diligentiam in cu-
ſtodiendo clauem loci, in quo claudebatur d. ſe-
ricum, & faciendo, quod alij facere conſueue-
rũt: Quia vbi prędicta legitimè probata diceren-
tur, ſeu applicarentur ſpeciei, de qua agitur, pro-
ut non probantur, nec applicantur. Reſponſum
fuit ex viſitatione loci apertè conſtare de negli-
gentia ipſius textoris, eo quod antequam ingre-
derentur fores, quibus claudebatur dictum ſeri-
cum, ſeu damaſcum primo eſſet intrandum per
alias portas ipſius domus, quæ ſi diligenter fuiſ-
ſent cuſtoditæ, minimèque neglectæ tempore aſ-
ſerti furti, quo ipſe textor erat in platea ad viſen-
dum, vt vulgariter dicitur La Feſta della quinta-
nata, vtique illud ſecutum non fuiſſet, quæ negli-
4 genti ſoli, & non alijs imputanda eſt, vt conſu-
luit Laderch. Imol. d. conſil. 154. numer.3. fo-
lio 524.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Appellatio an detur à ſententia de exequendo.

SVMMARIVM.

1 *A ſententia de exequendo non datur appellatio.*
2 *Appellatio à ſententia de exequendo datur, quando fuit exceſſum in modo.*
3 *Ab executione ex ſtatuto Ferrariæ non poteſt appellari, ſupplicari, nec de nullitate, etiam notoria dici, nec officium iudicis implorari, etiam per viam exceptionis, vel reſtitutionis in integrum, ſeu ex capite minoris ætatis, etiam per viam denunciationis Euangelicæ, vel vſurariæ prauitatis.*
4 *Venditio ſecunda, an valeat in præiudicium primæ.*
5 *Appellatio friuola, & calumnioſa reijcitur.*

DECI-

DECISIO XLIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

FVit per Dominos concluſum appellationẽ in-
terpoſitam pro parte D. Peregrini Zauaritij à
ſententia D. Iudicis, à quo lata ad fauorem egre-
gij D. Nicolai Baldaſſarij, non deuoluiſſe, neque
deuoluere, nec ei fuiſſe, nec eſſe deferendum.

Quia à ſententia D. Iudicis à quo, qui declara-
uit ſententiam latam à D. Gubernatore Argentę
eſſe exequendam cõtra Zauaritios, non datur ap-
pellatio, neque de iure cõmuni, neque ſtatutario.

1 Non de iure communi, quia ab ea non appel-
latur, vt poſt Bart. in l. ab executore. nu. 1. & 2. ff.
de appella. & relatio. & alios conſuluit Corn. cõſ.
71. ſuper primo. nu. 5. qui de magis cõmuni at-
teſtatur, vt quoque facit Rol. cõſ. 43. de duob. nu.
2 5. lib. 1. fol. 265 ea ratione motus, vt ſit finis li-
tiũ, niſi in modo exceſſum fuerit, vt ibidẽ, quod
erat exprimendum iuxta tradita per Innoc. in c.
fin. incipientę ſuper eo. num. 4. de his, quæ vi me-
tuſue cauſa fol. 212. Bald. in l. terminato. 3. col. 4.
verſiculo pone quod nu. 17. C. de fruct. & lit. ex-
penſ. & in Margarita in verbo appellari poteſt à
iuramento. Abb. in c. quoad conſultationem 15.
col. fin. nu. 33. verſiculo vnde non puto, Franc. in
c. ſæpe 44. queſt. 12. nu. 59. de appellatio. Deci. in
c. nouit 13. de appellatio. ſolio 293. Rota diuerſ.
deciſio. 100. ex nouem. nu. 30. par. 1. fol. 671. Re-
buff. in tract. de ſenten. executoria. art. 7. gloſſ. 2.
nu. 12. fol. 375. Rolan. d. conſ. 43. nu. 6. lib. 1. fol.
265. Bero. conſil. 32. in cauſa executionis laudi.
nu. 8. lib. 3. fol. 109. Magon. deciſ. Lucenſ. 18. ad
querelam. nu. 14. fol. 62. & Ruginel. in ſuo tracta.
de appella. §. 2. c. 3. nu. 337. fol. 96.

3 Non de iure ſtatutario ciuitatis Ferrarię, quia
idem ſtatutum li. 2. ſub rubr. 72. de ſententię exe-
cutione in verſiculo, & à ſententia. fol. 75. id ex-
preſsè prohibet, dum diſponit, non poſſe appella-
ri, ſupplicari, nec de nullitate, etiam notoria dici,
nec officium iudicis implorari per condemna-
tum, etiam per viam exceptionis, vel reſtitutio-
nis in integrum, ſeu ex capite minoris ætatis, nec
executio actualis retardari, etiam ſi per viam de-
nuntiationis Euangelicæ, vel vſurariæ prauitatis
contigerit nouum iudicium coram alio iudice
inchoari, & ſuperinde inhiberi.

4 Et tanto magis cum ſecunda venditio, de qua
agebatur, in prȩiudicium primę non valeat ipſo
iure, nec ex ea cõpetat actio, vel exceptio, aut de-
fenſio, etiam ſi ipſi primo acquiſitori primo tra-
dita non fuiſſet, ſed ſecundo, aut poſteriori, vt in
ſpecie diſponit ſtatutum Ferrarię li. 2. rubr. 94. de
vendente locãre, vel concedente rem duobus di-
5 uerſis temporibus. Quo caſu appellatio, uti friuo-
la, & calumnia non carens, multo magis meruit
reijci.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

Fructus ad quem pertineant.

SVMMARIVM.

1 *Iudex circa fructus, quam auctoritatem habeat.*
2 *Fructus ſpectant ad acquirentem, ac Dominum.*
3 *Soliti fructus omnino debentur.*
4 *Solutum eſt ſeruandum.*
5 *Solutum fieri dicitur, etiam id, quod ſemel fuit factum.*
6 *Tempus uti de forma eſt probandum.*
7 *Teſtis aſſumens partes iudicis non probat, cum debeat ſuper facto deponere.*
8 *Teſtis loquens per verbum credo, & teneo, non probat.*
9 *Teſtis, qui iurauit de veritate dicenda, non debet reſpondere illud, quod credit, ſed illud, quod debet.*
10 *Teſtis deponens per verbum iudicio ſuo non probat, & ſuſpectus redditur.*

DECISIO XLIV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DOmini concorditer dixerunt, vt in ſententia
relatiua ad ſententiam Domini primi iudicis,
quam confirmarunt, Illuſtr. D. Ioannem Rimi-
naldum teneri ad ſoluẽdum D. Alexandro Suc-
cio ſc. 240. pro medietate fructuum quinque an-
norum ſibi tangente bonorum acquiſitorum à
q. Illuſtr. D. Hercule Riminaldo ſub die 10. A-
prilis 1610. per acta D. Io. Nouelloni, titulo per
mutationis, ſeu venditionis.

Moti, quia d. D. Succius ex inſtrumento, ſeu
inſtrumentis prȩfatæ acquiſitionis probauit ſe
fuiſſe ſolitum locare dicta bona d. D. Herculi ad
rationem ſcutorum 96. ſingulo anno conſtituen-
tium in quinque annis duplum dictæ ſummæ, &
1 conſequenter dictos fructos, circa quos iudex ſe-
cundum Bald. conſil. 270. ad euidentiam. lib. 1.
fol. 60. debet habere æquitatem præ oculis: po-
teſt iudicare ex coniecturis, & ſupplere ex officio,
& ſecũdum Rotam Genu. deciſ. 167. cum Bapti-
2 ſta. nu. 5. fol. 194. habet arbitrium ad ſe ſpectare,
& pertinere tanquam ad acquirentem, ac Domi-
num dictorum bonorum, vt probatur in l. fru-
ctus 13. C. de actio. emp. & per Hond. cõſ. 30. Ca
pitaneus. nu. 10. fol. 172. & nu. 36. lib. 1. fol. 175.
3 Cephal. conſilio 290. duo ſunt capita. numero
13. libro 2. folio 250. & Rota Lucan. per Ma-
gon. deciſio. 38. quædam mulier. num. 1. folio
137. reſpectiuè, qui vti ſoliti à Succio percipi om
nino ei debentur ad tradita per Alexan. conſ. 37

4 Viſo,& opportunè diſcuſſo. colum.9. in verſicu-
lo,& hoc videtur æquiſſimum lib.2. fol. 35. ma-
ximè cum ſolitum ſit ſeruandum argumento l.
ſi negotia 12. in verſiculo, quod non ſolitus. &
ibi Gloſſ. in litera Z. in verbo ergo. ff. de negot.
geſt.

Quod ſolitum non probetur per vnicam lo-
5 cationem factam per Succium dicto D. Hercu-
li de iure non poteſt defendi, nam ſolitum fieri
dicitur, etiam id, quod ſemel fuit factum, vt in
puncto tradunt Bart. in l. Mela. §.1. ff. de alimen.
& cibar. legat. Curt. iunior. conſil. 19. viſo,& dili-
genter. num.4. fol.34. Corn. conſ.28. in hac con-
ſultatione. numero 12. libro 3. folio 46. &
Bero. conſilio 121. viſis. nu.6. libro 1. folio 489.

Non obſtant teſtes examinati pro parte dicti
Domini Ioannis Riminaldi ad effectum ſaltim
obtinendi moderationem dictorum fructuum,
quoniam præterquam quod ſuper primo capi-
tulo non dicunt de qualitate terrarum,& de tem
pore ſecutæ permutationis, & venditionis inter
dictum Dominum Herculem, & dictum Domi-
num Alexandrum Succium.

Et ſuper quinto capitulo loquuntur conditio-
naliter, Mentre però non habbino patito di ac-
que.

Et ſuper 6.7.& 8. capitulis loquuntur Dopoi,
che Signor Enſo hà fatto la bonificatione, abſ-
que eo quod declarent,& ſpecificent tempus hu-
6 iuſmodi bonificationis ad effectum ſciendi, quã-
do cępit deterioratio, cum tempus ſit de forma.
Surd. conſ.97. decreto. num.27. lib.1. fol.426. &
conſequenter probandum. l. matrem tuam. 17.
C. de probatio. gloſſ. in clemen. fina. de reſcript.
in verſiculo creatum litera E. cap. venerabilibus
in penult. glo. in verſiculo poſtquam litera c. de
ſentent. excommun. in 6. Bart. in l. non ſolum. §.
ſed vt probari. nu.2. ff. de nou. oper. nunciat. Nat.
conſ.177. habet nu.9. fol.404. & conſ.204. verti-
tur controuerſia. nu.11. lib.1. fol.458. Surd. conſ.
60. in inſtrumento, in fine. fol.278. conſ.77. con-
dito teſtamento. nu.16. fol.341. conſ.148. nullo
iure. nu.6. fol.671. & conſ.135. non ignoro. nu.
54. lib.1. fol.609.

Huiuſmodi tamen probatio ab eiſdemmet te-
ſtibus frangitur, nam primus teſtis ſuper 9.& 10.
interrogatus dicit, ſe dette terre habbino reſo di
entrata aſſai meno di quello, che non hanno fat-
to li anni paſſati per non hauere hauuto li ſcoli,
& ſe non habbino reſo li tre, io non lo sò, ſuper
20. & 21. interrogatorijs loquitur per verbum
teneo, vt facit ſecundus teſtis, & ſic nihil conclu-
7 dũt, nec eorum dictum tenet, quaſi aſſumpſerint
partes iudicis, cum debuiſſent ſuper facto depo-
nere ad tradita per Bar. conſ.113. proceſſum eſt.
nu.5.& 6. fol.35.

8 Secundus verò teſtis ſuper 4. & 5. c. loquitur
per verbum credo, vt facit ſuper 22.23.& 24. vbi
addit verbum teneo, quæ probatio pariter reijci-
tur ad tradita in l. teſtium, vbi gloſſ. in verbo pręſ-
ſto litera E. C. de teſtib. & per Bal. in ſua Marga-
9 rita, in verbo iurare poteſt in verſiculo itẽ ſcias,
in verbo teſtis, qui iurauit, vbi dicit, quod ille te-
ſtis, qui iurauit de veritate dicenda non debet re-
ſpondere illud, quod credit, ſed illud, quod debet
iuxta tradita in c. teſtes. 3. q. 9.

Et ſuper 25. vſque ad vltimum loquitur con-
10 ditionaliter, nempe, quando dette terre hanno
impedimento di acque, ò di fortia, & per verbum
iudico, quæ depoſitio in teſte, vti ſuſpecta nullius
eſt momenti, vt poſt Innoc. Barto. & Bald. tradit
Crauet. conſ.6. plura videnda. nu.123 fol.16.
Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Literæ Cambij, an ſit exequendæ.

SVMMARIVM.

1 *Litera Cambij, quando fuit acceptata, ceſſat exceptio non numeratæ pecuniæ.*
2 *Litera Cambij acceptata datur actio ad exigendum abſque alio mandato.*
3 *Geminatio excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
4 *Calculum erroneum, & doloſum an ſit reiterandum.*
5 *Litera Cambij an poſſit fieri aliqua interueniente loco pecuniæ.*
6 *Literę Cambij quoquo modo acceptatę ex diſpoſitione ſtatuti Ferrariæ exequi debent, nullo iuris ordine ſeruato.*
7 *Exceptio non numeratæ an obſtet aduerſus literam Cambij.*
8 *Confeſſioni de non numerata pecunia an ſit ſtandum.*
9 *Computorum diuerſitas, quid operetur.*
10 *Literæ Cambij executio, ex quibus dicatur impedita.*
11 *Requiſita Bullæ Pij Papæ Quinti ſuper literis Cambij.*
12 *Verba per la valuta hauuta, poſita in literis Cambij importani numerationem, et non poſſunt verificari in alio, in quo non conſiſtit numeratio, ſeu ignoratur, quod poſſit facere numerationem.*
13 *In dubio reus abſoluitur, etiam vbi probationes eſſent pares.*
14 *Confeſſio facta ſuper poſitionibus nocet.*
15 *Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipſe habeat.*
16 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.*
17 *Origo ſemper eſt inſpicienda, etiam in iudicando.*
18 *Principium potiſſima pars eſt.*
19 *Qui confidit de numeratione, eadem facilitate, qua inducitur ad ſemel confitendum, eadem inducitur ad illam bis, & ſæpe reiterandum.*
20 *Veritas non numerationis, quæ literam Cambij illiquidã reddit conſiſtit in facto, non in ficto.*

21 Ex-

21 *Exceptio non numerationis ſemper poteſt opponi de æquitate canonica per mille annos, ne quis locupletetur cum aliena iactura.*
22 *Æquitas canonica ſeruatur in terris Eccleſiæ, quo ad temporalia.*
23 *Confeſſio eſt melior probatio, quæ haberi poſſit.*
24 *Calcula erronea, & doloſa poſſunt iterum fieri.*
25 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
26 *Computum ab aliquo ſcriptum, an noceat, ac probet contra ſcribentem, etiam ſi non fuiſſet ſubſcriptum.*
27 *Confitens ſimpliciter poſitionem, an dicatur confeſſus, qualitatem eidem adiectam.*
28 *Inſtitor vnde dicatur, & quid ſignificet, & quis comprebendatur ſub tali nomine inſtitoris.*
29 *Inſtitor, an poſſit præiudicare Domino.*
30 *Dominus tenetur ex facto ſui inſtitoris circa id, ad quod eſt præpoſitus, tacitè, vel expreſsè, etiam poſt mortem præponentis, ex quo tunc obligatur eius hæres.*
31 *Confitens ſe dediſſe mandatum de faciendo alicui, an teneatur de huiuſmodi mandato.*
32 *Actus attribuitur mandanti, non exequenti.*
33 *Qui per alium facit ipſe facere dicitur.*
34 *Æquitatis ratio eadem eſt in eo, qui aliquo modo fuit præpoſitus, vt ſcriberet, quod inſtitore.*
35 *Dominus tenetur, etiam de delicto famuli delinquentis.*
36 *Scribens de mandato alicuius, an præiudicet mandanti.*
37 *Culpa ſcribentis imputatur ei, qui ipſum elegit.*
38 *Scriptura non producta, nec recognita nihil operatur.*
39 *Reſeruatio iurium, talium, qualium &c. ſuit facta ad euitandas diſputationes.*
40 *Iudex non tenetur exprimere cauſam in ſententia.*
41 *Cauſa quando eſt vnita, & alia allegari non poteſt habetur pro expreſſa.*
42 *Iudex pluribus deductis in vno iudicio poteſt pronunciare ſuper vno alijs reſeruatis.*
43 *Reſeruatio nihil ponit in eſſe, ſed ſolum conſeruat iura quatenus competant.*
44 *Mentis humana conditio prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua, cupiditatibus ſuis inſeruiens, proprijſque voluptatibus, & vtilitatibus ducta.*
45 *Honeſto ſub aſpectu ſæpiſſimè latet vſuraria prauitas.*
46 *Cambium, quod Placentinum vocant vulgariter (con la ricorſa) an ſit vſurarium, & an recepto lucro præſtitutum ſolutionis terminum differre liceat.*
47 *Cambium diuiditur in verum, & falſum, vel in reale, & ſiccum.*
48 *Cambium verum, vel ſit per minutum, vel caſuale, vel aulicorum, vel per literas, vel (vt aiunt ſtrictè ſuſo realis vocabulo) ſemper eſt legitima permutatio negotiatoria nummiſmatis pro nummiſmate.*
49 *Cambij quatuor ſunt cauſæ, efficiens, finalis, materialis, et formalis.*
50 *Cambiũ an neceſſitate, & vtilitate hominum ſit exigente ſit permiſſum.*
51 *Cambij vtilitas, ac neceſſitas, in quibus conſiſtat.*
52 *Cambij materia quotuplex ſit, & quæ ſit cauſa proxima, & quæ remota.*
53 *Cambij forma, quæ ſit.*
54 *Cambium, quod ſit verum, an falſum, quid ſit conſiderandum.*
55 *Cambij finis quis ſit.*
56 *Cambij materia, quæ ſit.*
57 *Cambium ad hoc, vt habeat ſui materiam, et non ſit vſurarium, quid requiratur.*
58 *Cambium, quando quis non habet pecuniam Placentiæ, vel realem, vel virtualem, eſt vſurarium.*
59 *Pecuniam virtualem Placentiæ habere multipliciter intelligitur.*
60 *Deus eſt ſcrutator cordium, & omnia aperta ſunt oculis eius.*
61 *Cambium an teneat, quando reſpondens nullum habet negotium cum Titio, vt poſſit ei Titius dicere tibimet ipſi ſoluas.*
62 *Cambij cauſa formalis, quæ ſit.*
63 *Cambium, de qua permutatione intelligi debeat.*
64 *Cambij litera, quo fine fiant eſt videndum.*
65 *Literæ cambij, quando fiunt, non vt cambium ſequatur, ſed vt ex mutuo ſimulato cambium recipiatur non tenet, quia res vera in intentione debet eſſe cauſa literæ.*
66 *Periculum in capitali, & in lucro eſſe debet in quolibet licito, & vero cambio.*
67 *Cambium, quando ſit vſurarium, cum ſeq.*
68 *Cambium, vt ſit verum, & legitimum oportet, vt accipiens pecuniam præſentem habeat in loco ſolutionis, ſaltim virtualiter, & quod dans præſentem verè velit illam abſentem emere, vel cum illa commutare, alioquin celebratur ficta emptio, & mutuum palliatum, & conſequenter vſurarium.*
69 *Qui facit aliquid dubitans, an ſit peccatum mortale, peccat mortaliter.*
70 *Decretum nouiſſimum ſemper valet.*
71 *Pius Papa Quintus bis ſanciuit ſuper cambijs.*
72 *Stultus cum ſapiente non audit verba prudentiæ, niſi ea dixeris quæ verſantur in corde ſuo.*
73 *Pius Papa Quintus, qua de cauſa motus fuerit ad faciendam decretalem ſuper cambijs.*
74 *Cambia, quæ damnantur à dicta conſtitutione Pij Papæ Quinti, quæ ſint.*
75 *Literæ reſpondentis Placentiæ pro ciuitate Ferrariæ, quando importent imaginariam ſolutionem.*
76 *Decretalis Pij Papæ Quinti non loquitur de ſolutione per literas, ſed de numeratione pecuniæ.*
77 *Dictionis, denique, vis.*
78 *Conditiones, quæ contingunt in cambio Placentino ponuntur, ac damnantur à dicta decretali Pij Quinti.*
79 *Quod dicitur de aſſerta Bulla Gregorij Decimitertij ad Archiepiſcopum Panormitanum, & quod non puniuntur ab ordinarijs campſores cambia dicta illicita facientia, an obſtet.*
80 *Vſus, & conſuetudo dictorum cambiorum, an releuet.*
81 *Cambij lucrum an accipi poſſit pro dilatione ſolutionis, abſque vſuraria prauitate.*
82 *Lucrum nullum accipi poteſt ex contractu vſurario.*
83 *Campſores, vel mercatores, qui receperunt lucrum, vel in realibus cambijs, vel non realibus pro dilatione præſtituti termini tenentur ad reſtitutionem, quia Pontifex declarauit eſſe vſuram, & probibuit fieri.*
Lucrum, & vſura debet reſtitui, eodem numero.
84 *Excommunicantur prohibentes repetere vſuras probibitas.*
85 *Recipientes lucrum ex cambio prohibito ſi mortui ſunt tenentur hæredes, ſiue ſint ſui, ſiue extranei.*
86 *Recipientes lucrum ex cambio prohibito per dictam Decretalem Pij Quinti aſſerendo ſe bona fide exegiſſe, & ignoraſſe illam, an excuſentur.*

87 *Ignorantia facti licet excuſet, non tamen excuſat ignorantia iuris. & num. ſeq.*

88 *Vſurarium crimen vtriuſque teſtamenti pagina deteſtatur.*

89 *Vſuras reſtituere coguntur, qui illas extorſerunt, ſiue id fuerit ante, ſiue poſt interdictum.*

90 *Ignorantia vera, quæ ſit.*

91 *Ignorantia, quæ profuerit ad non peccandum non proficiet ad non reſtituendum.*

92 *Ignorantia diuini iuris neminem excuſat.*

93 *Bona fides, quæ habetur per ignorantiam inuincibilem, à non peccando excuſat, at ipſa ſola excuſat à non reſtituendo.*

94 *Quid ſi cum bona fide fuerit damnum emergens, vel lucrum ceſſans.*

DECISIO XLV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

PRimo aſpectu litera Cambij exhibita per Donatum Vitæ continens ſummam ſcutorū duorum millium bis centum nonaginta ſeptem, ſolidum vnum, & denarios decem auri de Marchis, videbatur exequenda contra Magnificum Do-
1 minum Chriſtophorum Berniæ, quia præterquā quod illa fuit expreſsè acceptata, quo caſu ceſſat exceptio non numeratæ pecuniæ, vt poſt Rotam diuerſor. deciſ. 54. fuit reſolutum. num. 2. verſ. ad tradita in fine in Romana literarum Cambij, veneris 11. Decembris 1602. coram bo. memo. Card. Arigonio inter impreſſas apud Marcheſan. de Commiſſ. par. 1. §. 2. fol. 877. in vltima impreſſione tradit Scaccia. de Camb. §. 2. Gloſſ.
2 8. per la valuta di contanti. num. 12. fol. 407. & abſque alio mandato datur actio ad exigendum ad tradita per eundem Scacc. de Cambijs. §. 7. gl. 4. nu. 5. habet originem ab alia litera per ipſum ſcripta Magnificis Æneа de Florauantis, & Antonio Lucatello, vel die 19. Octobris 1610. Ferrariæ, in qua dicitur In pagamento di fiera de Santi per queſta ſeconda di Cambio vna volta tanto, à voi ſteſſi ſcudi dui millia ducento nouanta ſette, ſoldi vno, denari dieci d'oro di Marca, valuta hauuta da Donato Vita, e ponete a mio conto, valendouene da me al conto di Bologna.
3 Chriſtoforo Berni, ex quibus fortificatur creditum dicti Hebrei, quaſi ex quadam geminatione actus omnis prorſus ſit excluſa non numerationis exceptio, quatenus illa hic intraret ad tradita per gloſſ. in l. in contractibus §. illis etiam in verſiculo opponitur. C. de non numer. pecu. in verbo penitus opponi litera O. Rolan. à Valle. conſ. 17. in cauſa vertente. num. 11. lib. 1. fol. 142. qui multos allegat. Gramat. deciſ. 103. Illuſtriſ. Marchioniſſæ Padulę. nu. 3. fol. 219. Borell. conſ. 56. cum nupſit. num. 43. & ſeq. fol. 102. Ioan. Aloiſ. Catalan. in tract. abolition. & indultor. cap. 1. nu. 191. fol. 61.

Et tanto magis cum allegata calcula per Bernium producta in parte, & partibus non noceant
4 Hebreo Actori, ex quo etiam, quod erronea, & doloſa eſſent poſſunt iterum fieri, ac calculari, vt probatur in l. vnica. C. de error. calculi. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & per Rolan. conſ. 49. in præſenti. num. 44. lib. 1. fol. 300. Menoch. de arbitr. caſu 209. nu. 39. lib. 2. centur. 3. fol. 451. & alios citatos per Rotam in nouiſſ. per Farinac. deciſio. 184. non teneri Dianam. nu. 3. par. 2. fol. 197. &
5 potuerit aliquid aliud interueniſſe in dicta litera Cambij, quod ſucceſſiſſet loco pecuniarum ad tradita per Rotam Genuenſem deciſion. prima. omnis actio num. 7. fol. 2. pro quibus omnino concedi debeat executio.

6 Præſertim ſtante ſtatuto Ferrariæ lib. 8. rubr. quinta, de mod. & ordin. proceden. per literas Camb. fol. 251. diſponente, quod quocumodo fuerit probatum de acceptatione per iudices tales literæ debent exequi nullo iuris ordine ſeruato ſtatim, & ſine aliqua declaratione.

Sed contrarium pluries, ac pluries diſcuſſo negotio, ac auditis partibus cum ſuis Aduocatis, eorumque ſcripturis, ac allegationibus bene viſis,
7 cenſui, quia aduerſus dictam literam Cambij, cuius executio petitur obſtat in primis exceptio nō numeratæ pecuniæ, ad tradita in puncto literæ Cambij per Afflict. ſuper conſtit. Neapolit. rubr. 40. lib. 1. num. 10. fol. 169. probata à Bernio per
8 confeſſionem ipſius Donati Actoris ad 67. 68. & 70. poſitiones, cui ſtandum eſt, vt in ſpecie explicat gloſſ. in l. in contractibus 14. C. de non num. pecun. in verbo nullo modo, litera D, quæ ad literam dicit, iudicem tunc debere abſoluere.

9 Secundò diuerſitas computorum ipſius Gratiadei cum Bernia, ex qua colligitur Gratiadeum non poſſe eſſe creditorem pecuniarum, de quibus agitur, ſi partitæ crediti ipſius Berniæ, quæ poſitæ reperiuntur in primo computo Gratiadei, nempe illa ſcutorum 984. 10. ſcutorū 953. 68. & ſcutorum 59. 13. facientes ſummam ſcutorum 1997. 11. fuiſſent poſitæ in ſecundo computo ad creditum eiuſdem, vt faciendum erat.

Et tanto magis, quia in primo computo dicti Gratiadei ſignato A. folio 79. Bernia fuit factus debitor nedum de ſcutis 2084. pro frumento, quæ in ſecundo computo ſignato B. folio 82. debiti non eſt, niſi de ſcutis 371. & ſcutorum 19. ſed de ſcutis 711. pro debito illius de Eccleſia ſibi à Gratiadeo male poſito, ſtante quod ad illud non tenebatur Bernia, & computum inter

dictum

dictum Gratiadeum, & dictum de Eccleſia re-
manebat æquale, vt pariter ex proceſſu conſtat
folio 86.
Ex quibus facilè impedita videbatur dictæ li-
teræ Cambij executio, vel ſaltem illa reddita in
10 maxima ambiguitate, ſeu diſcrimine, quaſi non
concurrant requiſita, quæ expoſtulant literæ
11 Cambij veræ, ac reales ad formam Decretalis
Pij Papæ Quinti, & tradita pariter in Conſilio,
ſeu tractatu de Cambijs, de quo infra in calce
præſentis Deciſionis.
12 Vltra quod illa verba literæ Cambij, per la
valuta hauuta, quæ important numerationem;
ſecundum Rotam Genuenſ. deciſio. 44. Benedi-
ctus. numero 2. folio 124. non poteſt verificari
in alio, in quo non conſiſtit numeratio, ſeu igno-
ratur, quod poſſit facere numerationem, quia in
iſtis terminis non loquitur deciſio. Genuæ. 1. nu-
mero 7. ſupra in contrarium allegata, nec fortè
id concordat cum dicta decretali Pij Papę Quin
ti, quo caſu tantum abeſt, quòd illa exequi poſ-
13 ſit, quòd omnino Bernia reus conuentus debet
abſolui, vt probatur ex lege fauorabiliores. ff. de
regul. iur. Baldus conſilio. 79. dauanti da voi Sa-
uio numero 7. libro 2. folio 133. & Craſett. con-
ſilio. 6. plura videnda ſunt. numero 127. folio 16.
etiam vbi probationes eſſent pares c. ex literis de
probation. Dec. in l. qui accuſare numero 16. de
edend. Menoch. de arbitrar. iudic. centur. 1. libro
1. caſu 98. per totum folio 176. Et Surd. conſi-
lio 135. non ignoro Nattam. numero 122. lib. 1.
fol. 617.
Nec dicatur prædictis reſiſtere acceptatio-
nem Bernij factam ad fauorem Donati actoris.
14 Quia id fortè procederet, niſi totum vulnera-
tum fuiſſet ex ſæpedicta confeſſione facta ad po-
ſitiones, quæ, vt per Surd. conſilio 360. poſitio-
nes productæ. numero 15. verſiculo tertio dicti
fratres. libro 3. folio 282. nocet, qua mediante
cum conſtet de non numeratione, & illam ha-
buiſſe ſolum originem, à litera facta Gratiadeo,
dicta litera remanet inexequibilis, & dictus actor
15 plus iuris non habet, quam ipſe Gratiadeus ha-
bere poſſet l. nemo plus iuris 55. ff. de regul. iur.
& Surd. conſilio 50. Reuerendiſſimus Domi-
nus Alexander. numero 29. libro 1. folio 237.
16 quo reſoluto ex partitis, vt ſupra non poſitis in
ſecundo computo ad creditum Berniæ, & ex ma-
lè poſitis, & offuſcatis ad damnum eiuſdem, dici-
tur quoque reſolutum ius dicti Domini Acto-
ris, qui venit ex dicta litera habente originem à
Gratiadeo. l. lex vectigali fundo. ff. de pignor. l.
ſi res. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluat.
Maſtrill. deciſio. 114. vniuerſitas terræ Veriæ.
numero 57. libro 2. folio 25. quæ ſemper eſt in-
ſpicienda. l. qui id quod. ff. de donationi. l. ſi fi-
lius. C. ad Macedonian. Speculator. in titul. de
renunciatio. & concluſio. §. 1. nu. 18. in verſiculo
ſed fideiuſſor lib. 2. part. 2. folio 303. & in titul. de
17 action. ſeu petitio. §. 2. numer. 13. verſiculo ori-
go enim obligationis lib. 2. particula 1. folio 6.
etiam in iudicando, quia principium potiſſi-
18 ma pars eſt. l. 1. ff. de orig. iur. Tiraquel. in l. ſi vn-
quam. C. de reuocan. donation. in verſiculo om-
nia, vel partem aliquam. num. 9. folio 113. cum
ſimilibus pro me adductis in deciſionibus Mar-
ch. deciſ. 33. præſupponitur in facto nu. 6. fol. 44.
Et ceſſant omnino omnia ſupra in contra-
rium adducta, etiam reſpectu conſideratæ gemi-
nationis ad excluſionem exceptionis propoſitæ
de non numerata pecunia, nam ille, qui confidit
19 de numeratione ſibi facienda eadem facilitate,
qua inducitur ad ſemel confitendum, in quo ho-
mines ſunt faciles propter neceſſitates, vt poſt
Bald. tradit Felin. in cap. ſi cautio. nu. 54. in ver-
ſiculo ſpecialitas autem de fid. inſtrument. folio
175. eadem inducitur ad eam bis, & ſæpe rei-
terandam, vt in puncto tradit idem Felin. in di-
cto cap. ſi cautio. colum. 13. nu. 56. in verſiculo
fallit quinto eodem titulo de fide inſtrument.
& folio 175. & Rebuff. ad reg. conſtitutio. in ti-
tul. de chirographo. & ſchedular. recognitio. ar-
ticul. 2. numero 62. verſiculo contrarium tenet
20 Felin. fol. 215. & allegati ſtatuti: cum veritas non
numerationis memoratam literam cambij illi-
quidam reddens, ad tradita per Afflict. ſuper d.
conſtitution. Neapolitan. rubr. 40. numer. 12. in
verſiculo item ſtante. folio 169. conſiſtens in fa-
cto, non in ficto, vt poſt Bald. in procem. decre-
tal. in 2. colum. numero 5. & ſexto. fol. 2. ſcribit
Afflict. loco proximè citato. num. 12. folio. 169.
21 quæ de æquitate canonica poteſt ſemper oppo-
ni per mille annos, ne quis cum aliena locuplete-
22 tur iactura; & ſeruatur in terris ſubiectis Eccle-
ſiæ, quo ad temporalia, vt per Rebuff. ad regias
conſtitu. in tracta. de chirograph. & ſchedul. re-
cognit. artic. 2. numero 48. folio 215. detecta ſit
23 ex propria confeſſione ipſius actoris, quę eſt me-
lior probatio, quæ haberi poſſit. l. cum te. C. de
probatio. & Surd. conſil. 60. in inſtrumento. nu.
1. fol. 277. & conſil. 94. nulla nunc fit. num. 25.
lib. 1. fol. 405.
Quæ ſupra adducta ſunt de computis memo-
24 ratis nihil faciunt, quia ad primum, quod calcu-
la erronea, & doloſa poſſunt iterum fieri, fuit re-
ſponſum, id ad rem non facere, nec applicari,
ſtante, quod hic agitur non de errore, ſeu dolo
calculatoris, ſed ſolum de executione dictæ lite-

ræ cambij, ſuper qua, non ſuper reliquis eſt pro-
25 nunciandum, vt ſententia ſit conformis petitio-
ni, & valida Franc. in cap. dilecto quæſtio. 52. de
appellation. Ruin. conſilio 62. diſcuſſo laborio-
ſo proceſſu in fine lib. 5. folio 85. Crauet. conſil.
524. ſi iudex à quo numer. 7. lib. 3. fol. 329. Ro-
ta diuerſor. deciſio. 221. fuit per Dominos num.
3. part. 2. fol. 231. & Surd. conſ. 324. in fauorem
Dominorum, nu. 5. lib. 3. fol. 1182.

26 Ad ſecundum fuit dictum, quod licèt pri-
mum computum ſignatum A. fuerit ſcriptum à
Gratia Dei, & ab eo Bernabe conſignatum, vt
colligitur ex reſponſione facta per dictum Do-
natum Hebreum ad 10. & 11. poſitionem. fol. 73
quod nocet, ac probat contra ipſum ſcribentem,
l. Publia. §. fi. ff. depoſit. Bartol. in authent. at ſi
contractus. C. de fide inſtrumentor. numero 9.
folio 169. Rota Genuen. deciſio. 77. agebat Do-
minus numero 13. folio 150. cum non fuiſſet
ſubſcriptus, vt poſt Paul. de Caſtr. conſil. 312. ad
primum, num. 2. lib. 2. fol. 153. Alexand. conſilio
147. ponderatis his, colum. 2. verſiculo ad hoc
oſtendendum lib. 2. folio 139. cenſuit Rota Ge-
nuenſ. deciſio. 176. Agentibus Luca Spinola. nu.
4. fol. 234.

Non tamen nocet de per ſe in caſu, & ad effe-
ctum, de quo agitur, etiam iunctum cum ſecun-
do computo B. cum nec noceat ſecundum ſcri-
ptum manu Salamonis Rocches, quia negatur
pro parte dicti Hebrei ipſum fuiſſe agentem, ſeu
inſtitorem ipſius Gratiadei, & affirmatur reſpon-
ſionem factam per ipſum 19. Poſitioni. fol. 74. ſi-
27 bi non præiudicare, nam licet per eam dicatur
confeſſum fuiſſe illud eſſe ſubſcriptum manu di-
cti Salamonis Rocches, non tamen dicitur affir-
maſſe illam qualitatem, quod fuerit Agens Vitæ,
per ſimplicem reſponſionem factam, quæ ſolum
refertur ad id, de quo eſt principalis quæſtio,
non autem circa enunciatiua, & inducta ad qua-
lificandum, vt in puncto tradunt Specul. de
Poſition. §. 6. numero 16 lib. 2. par. 2. folio 175.
& §. 7. numer. 23. folio 178. Maſcard. concluſio.
1177. numero 42. lib. 3. folio 87. Matheſilan. ſin-
gular. 33. fol. 97. & ibi Gabr. Saray. in addition.
numer. 3. fol. 97. qui teſtatur de magis commu-
ni, idem tenet Blaſi. Michelor. in ſuo tractat.
de poſition. c. 59. num. 4. fol. 157. Surd. conſ. 379.
Duo ſunt numer. 3. lib. 3. fol. 376. Riminald. Se-
nio. conſil. 596. oritur controuerſia numer. 15. in
verſiculo vnde iſta intelligendo lib. 3. fol. 176. &
Carpan. ad ſtatut. Mediolanen. cap. 83. num. 96.
fol. 120.

Etiam, quod notorium ſit, prout dicitur,
quod dictus Salamon erat talis, qualis nuncupa-
tus in poſitionibus Berniæ, nempe agens dicti
Gratia Dei, Vitæ, & cõſequenter inſtitor, prepo-
28 ſitus in illa negotiatione, ſic dictus ab ante ſtando
per aphereſim, quaſi antiſtitor, vel antiſtor, ſeu
anteſtator, quæ vox cuſtodem, procuratoremque
ſignificat, vt poſt Columellam, & Alciat. tradit
Roncagall. in leg. 9. de duob. reis numer. 150. fol.
334. iſti inſtitores vulgò factores nuncupantur,
29 & conſequenter talis, quod potuit præiudicare
præponenti, cum teneatur Dominus ex facto
30 ſui inſtitoris circa id quod eſt præpoſitus tacitè,
vel expreſsè, vt probatur in l. quicunque 5. §. nũc
tamen ff. de Inſtitor. actio. & per Rot. Genuen.
deciſio. 16. Rota condemnauit numer. 3. fol. 15.
etiam poſt mortem preponentis, ex quo tunc ob-
ligatur eius hæres, vt in eadem l. quicunq; §. ſi ab
alio inſtitor. ff. de inſtitor. actio.

Quia etiã vbi non fuiſſet talis, adhuc dictũ cõ-
putum, à Salamone ſcriptum nocet ipſis de Vita,
31 nempe ex confeſſione ipſius Donati actoris, qui
confeſſus fuit Salamonem id feciſſe de ordine, &
mandato ipſorum de Vita, vt in reſponſione ad
19. & 20. poſitionem Berniæ, quibus reſpondit
per verbum credit, vt fol. 74. qua mediante obli-
gatus remanſit, ac ſi ipſi omnes de Vita ſcripſiſ-
ſent, & feciſſent, vt poſt Gloſſ. in leg. 3. §. Apud
Marcellum in verbo ſi cum propoſuiſſet litera
b. in verſiculo, & quod dicitur ff. de negot. geſtis,
cenſuit Rota Genuen. deciſio. 154. Franciſcus de
32 Bardis numer. 4. fol. 210. quia actus attribuitur
mandanti, non exequenti Crauett. conſ. 144. Ma-
gnificus numer. 3. fol. 149. & Surd. conſil. 529.
33 quia Illuſtris Comes num. 3. lib. 1. fol. 140. & il-
le, qui per alium facit ipſe facere dicitur l. 1. §. de-
ieciſſe ff. de vi, & vi armat. c. qui per alium de re-
gul. iur. in 6. l. Item eorum §. decuriones ff. quod
cuiuſque vniuerſitatis l. is damnum ff. de regul.
Iur. vt per eundem Surd. d. conſil. 360. nu. 19. lib.
3. fol. 283. qui alia iura adducit.

34 Vltra, quod eadem eſt æquitatis Ratio in eo,
qui aliquo modo fuit præpoſitus, vt ſcriberet,
quod in inſtitore, vt probatur in §. ſi igitur in fine
35 inſtitutis. quod cum eo, ob quod Dominus tene-
tur, etiam ex delicto famuli delinquentis, & per
Roncagall. in d. l. 9. de duobus reis numer. 154.
fol. 335. & latè dixi in deciſion. Marchiæ deciſio.
8. Quidam famulus numer. 66. cum ſequent. fo-
lio 12.

30 Etiam in ſpecie, de qua agitur, in qua manda-
tum fuit dicto Salamoni, vt ſcriberet, vt in puncto
ſcribentis per alium poſt Angel. Alexan. & alios
tradit Roncagall. in d. l. 9. de duobus reis nu. 156.
in verſiculo pari pacto. fol. 336.

37 Et ſic negari non poteſt, quin ei præiudicet,

tan-

tanquam factum ab ipſis, etiamſi quod eueniſſet
culpa ſcribentis, quę eligenti, & præponenti aſcri-
bitur, ac imputatur; vt per eundem Roncagall.
loco proximè citato. numero 157. folio 336.

Non obſtant ſcripturæ vltimo loco poſt ha-
bitam ſententiam pro lata exhibitæ per Vitam
ſubſcriptæ vt aſſeritur per Bernium.

38 Quia præterquam quod non applicantur, mul
tæ patiuntur difficultates, ideo de illis nulla fuit
habita Ratio tanquam verè, ac realiter in actis
nunquam productæ fuerint, nec recognitæ, vt de
iure erat faciendum.

39 Sed ſolum facta reſeruatio vitę iurium talium,
qualium, quomodocunq; & qualitercunque &c.
ad euitandas diſputationes, quæ fortè oriri poſ-
ſent circa dictarum ſcripturarum reiectionem;
quæ cauſa, quamuis in ſententia non poſita, quia
40 ad illam exprimendam iudex non tenebatur
Corn. conſil. 14. In hac conſultatione num. 6. lib.
41 4. folio 3. vti vnica habetur pro expreſſa Crauett.
conſil. 118. In hac cauſa num. 1. part. 1. fol. 117. &
conſil. 321. Præſupponitur numer. 28. par. 2. fol.
3. Dec. conſil. 372. Viſis & diligenter num. 5. &
6. part. 5. fol. 35. & Pedem. deciſio. 22. Quoniam
ex actis cauſæ num. 8. fol. 72.

42 Regulariter hoc verum eſt, quod Iudex pluri-
bus deductis in vno Iudicio poteſt pronunciare
ſuper vno, alijs reſeruatis, vt probat tex. in l. de re-
bus 48. ff. de recept. arbitr. & Rota coram Litta in
recentioribus Farinaccij deciſio. 13. Vnanimiter
Reſolutum fuit num. 3. in fine part. 2. fol. 13. vbi
ſubdit iſtud eſſe etiam vſu comprobatum faciunt
tradita per Tuſc. concluſ. 245. litera R. numer. 2.
cum ſeq. lib. 6. fol. 993.

Quamuis ergo in ſententia reſeruata fuerint
dicta Iura, id tamen non fuit ea intentione, vt
43 cum prædicta reſeruatione aliquid ineſſe pone-
retur, ſed ſolum, vt conſeruarentur iura, quatenus
competant Crauett. conſil. 29. pro clariori decla-
ratione num. 8. fol. 43. & Gabr. conſil. 61. Verba
contrahentium num. 18. fol. 81. & conſ. 66. in ſpe-
cie propoſita num. 43. lib. 2. fol. 102.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

IN NOMINE DOMINI.

EA eſt humanæ mentis conditio, vt prona
44 ad malum ab adoleſcentia ſua cupiditatibus
ſuis inſeruiens, proprijſque voluptatibus, & vti-
litatibus ducta, eo paulatim labatur, vnde diffici-
lis exitus detur, cumque hoc innumeris vbique
locorum rebus cernatur, attamen maximè appa-
ret in caſibus eis, in quibus homines dira pecu-
45 niæ cupidine tracti operantur; ſæpiſſimè enim-
que ſub honeſto aſpectu latet vſuraria prauitas,
pecuniaq; ex ſterili iam fœcundiſſima aliam pe-
cuniam gignit; hocque licet varijs modis con-
tingat, tamen, vel ille potiſſimus eſt, quo ſimula-
tur Cambium Placentiæ, & miſſis inanibus lite-
ris, deniqueſoluitur cum intereſſe, vbi prius ac-
cepta fuerat; & quod peius eſt in huiuſmodi
cambijs campſores præſtitutum ſolutionis ter-
minum lucro ex tacita, vel expreſſa conditione
recepto differunt.

Hæc duo capita ergo examinanda ſunt, nimi-
46 rum, an hoc cambium, quod Placentinum vo-
cant vulgariter (con la ricorſa) ſit vſurarium; &
an recepto lucro præſtitutum ſolutionis termi-
num differre liceat.

De primo, quod adeo percrebuit, vt in præci-
puis Italiæ, nec non Hiſpaniæ ciuitatibus exer-
ceatur, ſic notum eſt vſuraria prauitate eſſe vela-
tum, vt vix mihi perſuadere poſſim contraria
opinantes, vel ſenſiſſe, quod dicant, vel intellexiſ-
ſe, quod ſentiunt, vt hoc euidentius pateat, eſſe
contractum fictum, & mutuum cum intereſſe, &
rationibus & doctorum auctoritatibus, & (quod
caput eſt) decretali, ſiue extrauaganti Sanctiſſimi
Pontificis Pij Papæ Quinti felicis recordationis
probauero. Hoc tamen prius aduertatur deſi-
dero, me tribus terminis breuitatis, & facilitatis
gratia eſſe vſurum, ſcilicet Titio, Seio, & Reſpon-
dente. Sit Titius, qui egens pecunia Ferrariæ ibi
eam accipiat, Sit Seius, qui dat pecuniam nomi-
ne Cambij per Placentiam. Sit reſpondens, qui
precibus Seij recipit literas Titij, & eidem Titio
reſcribens literas Placentiæ, Iubet, vt ſoluat Fer-
rariæ Seio. His ſic conſtitutis exordiar, à ratio-
nibus, non tamen eorum cumulum legens, ſed eas
dumtaxat, quæ Deo bene Iuuante veritatem de-
tegere poſſunt.

47 Cambium diuidi in verum, & falſum, vel in
48 Realé, & ſiccum nemo tergiuerſabitur. Cam-
bium verum, vel ſic per minutum, vel caſualé, vel
aulicorum, vel per literas, vel reale (vt aiunt ſtri-
ctè ſuſo realis vocabulo) ſemper eſt legitima per-
mutatio negotiatoria numiſmatis pro Numiſ-
mate.

49 Cauſæ eius ſunt quatuor, efficiens, finalis, ma-
terialis, & formalis.

De efficiente non eſt cur ſermo conſtituatur,
tum quia hic quærimus an cambium ſuapte na-
tura ſit licitum, tum quia plerique Doctores ar-
bitrantur, ſi alias cambium ſit licitum non mul-
tum intereſſe, An ſit campſor, an non Campſor,
qui id exerceat. De alijs tribus igitur loquendum

eſt;et primo;de fine,quippe,qui eſt regula rerum.
Hoc fine permiſſum eſt cambium (licet eius
50 materies teſte Angelio non ſit omnino honeſta)
neceſſitate,& vtilitate hominum ſic exigente. Hęc
autem ſiue neceſſitas,ſiue vtilitas conſiſtit in duo-
51 bus in permutando ſcilicet numiſma cum numiſ-
mate, ſiue ſit eiuſdem ſpeciei, ſiue diuerſæ,ſiue ſit
maioris,ſiue æqualis precij,& in permutando de
loco ad locum,vt,de periculum,& labor ferendi,
& hoſtium incurſus verſetur.
52 Materia cambij eſt Duplex, proxima, & re-
mota. Remota eſt Numiſma. Proxima eſt nu-
miſma,vt permutabile,vel cum alio numiſmate,
vel de loco ad locum. literæ vero in cambio per
literas ſe habent, vt inſtrumentum.
53 Forma eſt intentio legitimè permutandi.
Ad cognoſcendum ergo an cambium propo-
54 ſitum ſit verum, an falſum conſideretur, an verè
in eo ſit debitus finis, debita materia, & debita
forma;ſi ſit eſt licitum,ſin minus vſurarium.
Diximus Reale cambium neceſſitatis,& vtili-
55 tatis gratia adinuentum fuiſſe, tantum verò ab-
eſt, vt ſupradictum cambium, vel neceſſarium,
vel vtile ſit,quod,etiam eſt valde damnoſum. Pro
cuius intellectu aduertendum cambium prima-
rio ſui fine,non gratia vtilitatis illius, qui dat,ſed
56 illius,qui recipit, vel clarius non gratia vtilitatis
eius,qui habet ex cambio lucrum,ſed alterius,qui
dat adinuentum fuiſſe. Aſſumptum adeo notum
eſt, vt probatione non egeat, non enim permiſ-
ſum eſt primario fine campſuarijs exercere hunc
actum,vt eſſent vtilitati campſoribus,ſed eſt per-
miſſum campſoribus, vt campſuarijs egentibus
nummorum translatione iuuamini eſſent: at re-
cipientes ne dum quid commodi, ſed plurimum
damni ex cambio hoc recipiunt. Declaro hoc.
Egēs Titius pecuniæ Ferrariæ accipit à Seio dan
te eam,vt reſtituatur Placentię ſciente tamen de-
bitorem Placentiæ pecuniam non habere,& rea-
lem pecuniam reddendam eſſe Ferrarię,ſi Titius
quid vtilitatis ex hoc cambio ſentiat, eſt quia ha-
bet ipſam pecuniam, vel realem, vel actualem
Placentiæ,itaq; ibi tutius, quàm Ferrariæ dabit,
ſed hoc non, quia nullam ibi ſuam pecuniam ha-
bet. Quod verò hoc ei ſit damnoſum Probo. Pri-
mo;eſſet magis commodum Titio accipere, à
Seio pecuniam Ferrariæ mutuam cum intereſſe,
quia fictis illis literis non oſtenderat ſuam pau-
pertatem. Secundo quia non ſolueret reſpon-
denti,vel tertiam partem ſcuti pro ſingulis cente-
narijs, vel aliquid aliud, quod adeo impium eſt,
vt tantus error in aperto nō accidat vſurario, hic
namq; libro ſuo debitores ſcribens nihil vltra
conuentum pretium pro ſcribendo exigit. Ter-
tio non ſcriberet ea mendacia,quę in primis lite-
ris continentur.
Huic primæ Rationi ſumptę ex parte finis re-
ſpondent,ex prædicto cambio binas vtilitates o-
riri,alteram Titio, alteram Seio; Titio quidem,
quia niſi ſic reciperet pecuniā,facultates eius for-
ſan aliqua vrgente neceſſitate perirent;Seio verò
quia eius intereſt habere Placētiæ pecuniam da-
tam Ferrariæ. At ambos eſſe ridiculas patet; non
enim Titius recepit, quid vtilitatis ex natura cā-
bij,vt cambium eſt,ſed ex ipſa pecunia, vt pecu-
nia eſt;illi enim magis eſſet commodum mutuo,
vel alio modo honeſto, vſura ſaltem manifeſta
recipere prædictis Rationibus.
Quod verò aiunt Seium vtilitatem recipere,
fateor, & maximam; habet enim maximum in-
tereſſe ex mutuo,at quando aiunt ex cambio;ne-
gatur; quia non Placentiæ, ſed Ferrariæ pecuniā
recipit. & eſto (quod falſiſſimum eſt) reciperet;
adhuc alia iniquitas cerneretur; quia cum non
Titij,ſed Seij intereſſet Ferraria Placentiam trāſ-
ferre pecuniam, non ergo Titius Seio; ſed Seius
Titio deberet tribuere lucrum, vel ſaltem,nec v-
nus alteri, nec alter vni,quia qua ratione Seij in-
tereſt habere Placentiæ,& Titij Ferrariæ. Dicto
de fine nunc de Materia.
Materia proxima Cambij (vt dicunt) eſt nu-
57 miſma, vel in aliud numiſma, vel in alium per-
mutandum,at in cambio prædicto, ne dum pro-
xima,ſed & remota materia deeſt. Pro cuius rei
58 intellectu notandum. Ad hoc quod Cambium
habeat ſui materiam, & non ſit vſurarium inter
alia neceſſe eſt Titium habere pecuniam Placen-
tiæ,vel realem,vel virtualem (in hoc omnes vno
59 ore Doctorum conueniunt) ſi ergo oſtendatur,
nec ibi Titium habere eam realem, nec virtua-
lem, ſufficienter erit oſtenſum tale Cambium
vſurarium eſſe:realem non interuenire adeo no-
tum, quam quod notiſſimum: Totum ergo hu-
ius ſecundi puncti negotium in probando Ti-
tium,nec Placentiæ pecuniam virtualiter habere
conſiſtet.
Hic terminus virtualiter multipliciter vſur-
60 patur, vt in Propoſito habere Placentiam pecu-
niam virtualem eſt ibi habere res venales, vel
credita realia,ex quibus educatur pecunia, vt ex
ſilice ignis. Adhuc contrariæ poſitionis Aucto-
res cum cernant in Cambio, de quo loquimur
non eſſe ſic virtualem pecuniam contendunt, &
ibi eſſe virtualiter, ſi aliquis amicus Titij præci-
bus eius Placentiæ ſoluat; hoc enim totum fit
virtute Titij,ſicut homo fit calidus ea caliditate,
quæ in vino virtualiter erat,quam quidem poſi-
tionem non culpandam exiſtimo, ſi limites finis
ſuperius

ſuperius aſſignati non excedantur, fieri.n. poteſt, vt Titius egeat pecunia Ferrariæ, Amicus eius ſoluit realiter debitum Placētiæ, vel certè ibi realiter ſoluere paratus eſt, poſtea realiter eget pecunia, vel Ferrariæ, vel alibi, & Titius ibi ſoluit realiter, hic nulla res fingitur, nec cerno iniuſtitiam quando limites finis ſeruentur.

Ex hoc arguunt contrarij idem prorſus accidere in hoc cambio, enimvero munere Amici ei dantis cambium, alius Amicus ideſt reſpondens ſoluit Placentiæ, quod quam ſit erroneum aduertite. Triplex inter primum, & ſecundum caſum diſcrimen reperitur. Primum, quia vnus habet virtualiter, non ſecundus. Secundum Primus ſoluit realiter alius ficte. Tertium primus non excedit limites finis, at ſecundus è contra.

Declaro primum. Amicus, qui ſoluit pro Titio Placentiæ agit hoc precibus Titij, & ideo Titij virtute; at in caſu noſtro, qui ſoluit, vel verius, qui fingitur ſoluere, non precibus Titij, ſed precibus Seij, & ideo potius virtute Seij, non Titij ſoluit.

Reſpondent, eſto Titius roget Amicum Ferrariæ & ille Amicus alium roget Placentiæ, qui ſoluat pro Titio, erit ne verum cambium. Reſpondeo mihi fuiſſe ſemper perſuaſiſſimum in omnibus contractibus rationem finis eſſe habendam, at in caſu noſtro (vt magis Vſuraria prauitas conuincatur) nulla finis habita ratione, adhuc non eſt par Ratio, quia quando Amicus Amici ſoluit Placentiæ, adhuc eſt virtute Titij mouentis primum Amicum: dices & Seius agit Virtute Titij: hoc penitus ridiculum eſt; non enim mouetur Seius virtute Titij, ſed virtute lucri quod prouenit ei ex Titio, hocq; & manifeſtè vſurarij faciunt, & hæc de primo diſcrimine.

Secundum diſcrimen eſt, quia in primo caſu factam fuiſſe ſolutionem realem eſt certum, at in ſecundo nulla fit realis ſolutio Placentiæ. Contrarij hoc negant, dicentes realem ſolutionem, & in ſecundo caſu ratione literæ datæ à Titio Reſpondenti Placentiæ fieri, at hoc eſſe commentum aperiemus facile, ſi quis ſit hic reſpondens declaratur.

Hic reſpondens, qui dicitur, & procurator Seij Ferrarienſis eſt, & à Seio, alijſque qui hoc ficto cambio dederunt pecuniam Placētię debito tempore deſtinatus eſt. Hic quaſi nouus Proteus ſexcentas commutat formas; vices enim Creditoris, Debitoris, Reſpondentis, curatoris, Cancellarij Tabellarij, eiuſdem, alterius, præſentis, abſentis exercet. Creditor cum ſibi ſoluat, debitoris, cum eius literis Seio ſoluitur. Reſpondentis cum accipiat, & ſuo modo ſoluat literas. Creditoris cum agat pro Seio. Cancellarij, quia multoties ſcribit literas pro Titio, quippè, qui formas earum non norit, Tabellarij, quia fert literas Placētiam, eiuſdem cum ſcribat ſibimet ipſi. Alterius cum diſcedat Ferraria, & ſibimet Placentiæ literas ferat. Præſentis quia dum ſcribit ſibi ipſi, adſit neceſſe eſt. Abſentis, quia ipſam Ferrariæ ſibi Epiſtolam Placentiæ dirigit. Non ne de tali verificatur, quo tenear vultus mutantem Protea nodo. At his omnibus non obſtantibus, videndum eſt, An Vigore literarum, quæ diriguntur reſpondenti vera ſolutio fiat.

In cambio per literas, vt dictum eſt litera non eſt materia cambij, ſed ea pecunia, quæ continetur in litera, at in caſu noſtro nulla realis pecunia continetur in litera, quod patet his rationibus.

Prima Reſpondens non habet ad hunc vſum Placentiæ Pecuniam, debens namque ſoluere exempli gratia diuerſorum literas vigintimillia aureorum, multoties, omnibus facultatibus ſuis ad ſummam mille non aſcendit.

Secunda; ſcit hæc omnia ſimulari, vt appareat
61 cambium, quaſi verò non ſit Deus ſcrutator cordium, nec omnia ſint nuda, & aperta oculis eius.

Tertia nullum habet reſpondens cum Titio
62 Negotium vt poſſit ei Titius dicere tibimet ipſe ſoluas, præterquam quod, ſic ſoluere nō eſt aliud, quam ſoluiſſe ſcribere, qui modus ſi omnibus cōcederetur debitores creditoribus facilè ſatisfacerent.

Tertium diſcrimen in primo caſu, Titius ſoluit Ferrariæ pecuniam non Seio, ſed Amico, At in ſecundo Seio. Obijcies, eſto, & in primo caſu ſoluatur Ferrariæ Seio, quod quidem fieri poteſt, ſi ſit, vel Amicus Titij, vel Titius cum Seio ex poſt facto conueniant, non ne erit idem caſus cum ſecundo? Reſpondens negatiuè, quia in primo caſu ſoluitur tandem Ferrariæ Seio ex accidenti, re ſic ex poſt facto exigente, at in ſecundo non intenditur ſolutio Ferrariæ ex poſt facto, ſed ante factum, non per accidens, ſed per ſe & hinc eſt in primo caſu, cum vera, & realis permutatio, de loco ad locum intendatur, finis limites non excedi, at in ſecundo, è contra.

Nunc Agendum de cauſa formali Cambij,
63 hoc eſt de intentione, qua omnium ſiue bonorum, ſiue malorum ſeries terminatur. Hic primo tanquam notam ſuperpono intentionem adeo poſſe vt exiſtente ea, & non exiſtente materia (licet non fieret Cambium) non tamen committeretur peccatum, at exiſtente materia ſi deſit intentio peccatur. Videndum ergo, in quo hæc conſiſtat, & an reperiatur in facientibus hoc cambium.

De primo dico debere intendi permutatio-

nem,

64 nem, ſiue de numiſmate in numiſmæ, ſiue de lo-
co in locum realis pecuniæ, patet ex diffinitione
Cambij, & ex ijs quæ ſupra de fine dicta ſunt, at
hic ne vt dum intenditur, non enim de numiſ-
mate in numiſma permutatio, quia tantum in
cambio per minutum, non de loco ad locum,
quia Titius accipit Ferrariæ, & intendit ſoluere
Ferrarię, & Placentię non habituram pecuniam.
Obijcies Seius Intendit ſolutionem Placentiæ
quia operatur ibi ſuum reſpondentem ſoluere: at
nimis notum ipſum intendere honeſtare vſuram
ita, vt impunè exerceat, quinimò, & ipſe reſpon-
dens vtriuſq; intentionem cognouit.

At videamus, quo fine literæ fiant, non qui-
65 dem vt res intentioni, ſed vt intentio rei accomo
detur; nō enim Titius facit eo fine literas vt cam-
biet, Sed ſic perſuaſus à Seio, à quo pecunias de-
ſiderat. Seius verò non intendit literas vt cam-
bium fiat (non enim verè fit) ſed vt lucrum ex
mutuo ſimulato cambio recipiat, Quod verò
66 cambium ſimuletur facilè non excęcatis patet,
quia res vera in intentione debet eſſe cauſa literæ
ideo enim fit litera vt res ſoluatur (loquor de fi-
ne primario.) Hic verò oppoſitum cernitur,
quòd non rei gratia litera, ſed res gratia literæ
fiat.

Nunc huius contractus Iniuſtitiam conſide-
67 remus ex parte periculi. In quolibet licito, & ve-
rò cambio debet eſſe periculum in capitali, & in
lucro, at in hoc quo ad capitale periculum tātum
modo immaginarium eſt, cum, nec circumfera-
tur pecunia, nec verè ſoluat Placentiæ. Dices Ti-
tius poſſet facere pauperiem, & ſic amitteretur.
Reſpondeo idem periculi imminere aperto vſu-
rario, nec tamen, ab vſurę crimine excuſari, & ad-
do (licet Titius faceret pauperiem) nec poſſe Se-
ium amittere, quia, vt plurimum fideiuſſores ha-
bet. Dices poteſt amittere circa lucrū; at nec hoc
excuſare liquet, eo vel magis quia ſemper erit lu-
crum; nunc plus, nunc minus, & nimis liquidum
eſt; ſæplus eſſe plus eo, quod aperti vſurarij ha-
bent. Et hæc de primo capite. Nunc ad ſecun-
dum.

Hic videbimus nonnullos Doctores qui hoc
68 cambium vſuraria prauitate coinquinatum au-
tumant, non tamen ſingulos recenſentes, (nam
nimis in longum traheretur oratio) ſed eos; qui
bene diſpoſitum hominem, ſaltem authoritate
ſua conuincant.

Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 6. quæſt. 16. art. 2.

Gaietan. in ſummula verbo Cambia, verſicu-
lo quædam verò non vera, ſed palliata.

Ioannes Turrecremata in cauſa 14. quęſt. 4.
c. ne hoc quoque num. 9. vbi Incipit Alius modus
cambij eſt, qui frequenter temporibus modernis celebratur, & dicit per literam, & infra; Nam Titius indigens Florentiæ pecunijs, vt ſibi prouideat, accipit ſub mutuo à Seio pecuniam ſub nomine cambij per Venetias, aut Barchenonam, & huiuſmodi ibi reſtituendum, cum ibi aliquando non habeat facere mercimonium, nec vnde pecunias ad ſe trahere &c.

Michael de Palatio in ſua praxi theologica de cōtract. & reſtit. lib. 3. in fin. vbi ait ſecundo modo fit cambium ſiccum mittendo literas, verum non mandantur ibi executioni, ſed mandantur executioni in eodem loco, vbi cambium celebratum eſt, vt ſi Methinæ celebratum eſt cambium illic literæ exequuntur, quia Methynæ etiam ſoluitur cum ſuo intereſſe.

Fabianus tractat. de cambijs Part. 2. cap. 2. expreſsè tenet non tantum eſſe vſurarium qui ſcit certò Titium non habere Placentiæ quo ſoluat, ſed ſi etiam dubitet.

Summa Angelica Verbo vſura num. 54. vbi ait ego indigeo pecunia hic Ianuę quęro mutuo, & non inuenio, niſi hoc pacto, quod recipiam ad rationem cambiorum de Lōdres, vel Burges &c.

Franciſcus Tolet. in inſtruct. ſacerdot. lib. 5. c. 52. num. 2. vbi ait, Altero modo fit hoc cambij genus. Indiget quidem Petrus pecunijs, & petit ſibi, à campſore dari centum; Campſor autem non aliter dat niſi acciperet eas pro Sicilia. & infra: iſtud Cambium eſt vſurariū, & ab omnibus Doctoribus reprobatum, & peccat mortaliter campſor, & ad reſtitutionem obligatur, cum ſit fictus contractus.

Armilla verbo campſor num. 16.

Corradus tractat. de cambijs.

Emanuel Rodriquez: par. 2. c. 107. concluſ. 1.

Lelius Cecchius tract. de Vſur. c. 9. num. 13.

Lodouicus Molina tract. 2. de cambijs diſpu. 399. num. 7. 8.

Summa Corona confeſſorum de contract. cambij num. 216, vbi incipit la decima ſpecie.

Tabiena 2. part. de vſuris c. 15. num. 4.

Nauarrus Manual. c. 17. numer. 298. vbi ait, oportet, vt accipiens pecuniam præſentem habeat in loco ſolutionis, ſaltim virtualiter, & quod dās præſentem, verè velit illam abſentem emere, vel cum illa commutare, alioquin eſſet ficta emptio, & mutuum palliatū, & conſequenter vſurarium. Infra autem num. 299.

Dicunt quidam illum probaſſe hoc cambium dicens (ſufficit, quod habeat eam ſub credito, ita quod certò ſciat, vel ſaltem probabiliter credat, quod tradet eam is, ad quem deſtinantur literæ) ſed qui habet oculos cordis nouit ipſum loqui

confor-

conformiter ad ſuperiora, & expreſsè hoc cam-
bium damnari, cum Seius ne dum probabiliter
credat, ſed certiſſimè ſciat eius reſpondentem nõ
traditurum pecuniam Placentiæ.

Campſores verò, & mercatores execrabili pe-
cuniæ rabie tracti allegant ſibi præ cæteris Leo-
nardum Leſſium de Societate Ieſu, & fratrẽ Mi-
chaelem Salon, quos aiunt, vt Theologos recen-
tiores melius totius negotij vim perpendiſſe, ſed
ſi firmiter hæreant opinionibus eorum, quarum
viſu non forſan bene cognoſcunt, intelligant, ſeq;
ab vſurarum crimine arceant.

Leonardus ergo Leſſius de Iuſtit. & Iur. in 2.
2. Diui Thomæ lib. 2. cap. 23. dubitatione 7. nu-
mer. 59. recitat aliorum opiniones, à numer. 59.
vſq; ad 70. incluſiuè in 71. ponit propria mente
tres concluſiones.

Prima ſi is qui petit, à campſore nõ poſſit ha-
bere alium, qui ipſius nomine ſatisfaciat in loco
condicto, quam ipſum campſorem, vel ſocium
eius, cui pecunia in loco illo eſt numeranda, pro-
babile eſt eſſe contra iuſtitiam, tune ad cambium
dare.

Secunda. Contraria tamen ſententia non eſt
Improbabilis.

Tertia eſt omnino diſſuadenda, nec facile per-
mittenda, quia inducit præſumptionem iuris,
& de iure vſurarum, vt patet ex Bulla Pij Quinti
de cambijs, vnde talis in foro externo poſſet ple-
cti tanquam vſurarius.

Michael verò Salon tract. 2. de iuſt. & iur. quę-
ſtio. 4. de cambijs numer. 5. ſtatim poſt initium
habet hæc verba optarem, quò Mercatores ſecu-
rius agerent, ab hoc genere cambij abſtinerent, &
infra, illud maximè periculoſum eſſe, & occaſio-
nem maximam fęnerandi offerre neminem exi-
ſtimo dubitare, abſolutè tamen, & omnino dam-
nandam non cenſeo, maximè ſi non exerceatur
cum Paupere, aut viro, à negotijs omnino alie-
no, ſed cum mercatoribus, & negotiatoribus.

Vterq; ergo dubitat, & diſſuadet ex his arguo
ſic. Quotieſcunque fit aliquid dubitando an ſit
69 peccatum mortale peccatur mortaliter. At qui
hoc agunt hęrendo auctoritati horum agunt du-
bitatiue, quia ipſimet dubitant ergo, &c. Præter-
quam quod ſecundus loquitur tantummodo ſi
Titius ſit Mercator, vel non ſit, à negotijs omni-
no alienus. Et hæc de auctoritatibus Doctorum
dicta ſufficiant Nunc ad decretalem Sanctiſſimi
Pij Quinti.

Nulli dubium eſt varia de cambijs extitiſſe
decreta, at nouiſſima fuerunt Pij Quinti, quę ideo
70 ſola, à nobis conſideranda ſunt: Quinimò cum
ſemper decretum nouiſſimum valeat, & cum bis
ſanciuerit de Cambijs idem Pontifex ſcilicet pri-
71 mo in quadam Bulla de Cambijs ad Bononien-
ſes; deinde paucis poſt menſibus in extrauaganti,
vel decretali data ad vniuerſæ Chriſtianæ Rei-
publicę ciues, ſat erit à nobis decretalem declara-
ri, quæ adeo in caſu noſtro dilucida eſt, vt de eo,
qui de illius ſenſu contendat, dici poſſit, Noluit
72 intelligere vt bene ageret, & cum ſapiente ſtul-
tus non audit verba prudentiæ niſi ea dixeris,
quæ verſantur in corde ſuo. Santiſſimus ergo
73 Pontifex intelligens callidam campſorum ne-
quitiam in huiuſmodi literis fingendis ſubdit
hæc aurea verba.

Primum igitur Damnamus ea omnia cambia
74 quæ ſicca nominantur, & ita confinguntur, vt
contrahentes ad certas Nũdinas, ſeu ad alia loca
cambia celebrare ſimulant, ad quæ loca ij, qui
pecuniam recipiant, literas quidem ſuas cambij
tradunt, ſed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt
tranſacto tempore, vnde proceſſerant inanes re-
ferantur, aut etiam nullis huiuſmodi literis tradi-
tis pecunia ibi denique cum intereſſe repoſcitur,
vbi contractus fuerat celebratus. Nam inter dan-
tes, & recipientes vſque à principio ita conuene-
rat, vel certè talis intentio erat. Neque quiſque
eſt, qui in Nundinis, aut locis ſupradictis huiuſ-
modi literis receptis ſolutionem faciat.

Quid apertius, quid euidentius dici poterat.
Attamen verò qui diligunt magis luce tenebras
aiunt Pontificem, non de hoc cambio loqui, ſed
vel quando literæ, non mittuntur, vel mittuntur
Placentiam, ſed inanes referuntur, quia ibi, vel
mortuo, vel homine imaginario non exiſtenti di-
riguntur.

Hoc quidem eſſe vſurarium fateor, ſed de hoc
non loqui Pontificem patet, quia loquitur de eo
qui recipit literas, & non ſoluit eas; dicit enim
(neque quiſquam eſt, qui in Nundinis, aut locis
ſupradictis huiuſmodi literis receptis ſolutionem
faciat.) At homo mortuus, ſiue imaginarius non
poteſt recipere literas, quod ſi aduertiſſent con-
traria opinantes velaturi veritatem non id com-
menti adhibuiſſent.

Adhuc obijcere poſſunt Pontificem loqui
75 quando receptis literis non fit ſolutio; Quia re-
ſpondens Seij dat literas Placentiæ, Ferrariam.
Ergo cum detur & litera Placentiæ, vigore eius
fit quoque ſolutio Placentiæ: Sed illam ſolutio-
nem eſſe imaginariam, cum ibi non fiat litera
primario fine gratia rei, ſed res gratia literę in ſu-
perioribus oſtenſum eſt Nunc addo reſponſio-
nem eſſe extra mentem Pontificis, qui non lo-
76 quitur de ſolutione p̄ literas, ſed de numeratio-
ne pecuniæ, dicit enim (Pecunia ibi deniq; cum
inter-

intereſſe repoſcitur vbi contractus fuerat celebratus, & vſq; à principio talis inteutio erat.

Vbi primo perpendenda eſt vis illius particu-
77 læ deniq; quaſi dicat, varijs literis, petitionibusque adhibitis, tandem pecunia cum intereſſe ſoluetur, à Titio, vbi contractus celebratus eſt. Secundo aduertenda ſunt ea verba (vel certè, à principio talis intentio erat) à principio enim & Titius habet intentionem ſoluendi Ferrariæ, & Seius, à principio, & reſpondens Seij hoc idem cognoſcit. ergo de hoc cambio loquitur Pontifex quinimò res notior eſt, quam, vt probatione indigeat, tamen declaro.

In cābio, de quo loquimur Titius recipit Ferrariæ. Intendit numerare Ferrariæ; mittit literas Placentiam; recipiuntur à reſpondente Seij, Reſpondens non numerat; Aliæ literæ diriguntur à Reſpondente Titio, qui denique ſoluit Scio cum intereſſe Ferrariæ.

78 Hæc ſunt ſex conditiones, quæ contingunt in cambio hoc Placentino; at ſingulæ ponuntur, à Pontifice, vt proponatur, & damnetur proprijſſimè caſus. Prima ſub his verbis, qui recipiunt pecunias (ſecunda) vel certè à principio talis intentio erat (tertia) vel ita mittuntur, quarta. (Acceptis literis) quinta (nec quiſque, eſt qui in locis ſupradictis ſolutionem faciat) ſexta (Pecunia ibi denique cum intereſſe repoſcitur vbi contractus fuerat celebratus.) Damnatur denique caſus ſub his conditionibus propoſitus (quæ omnia Nos vſuraria eſſe declaramus, & ne fiant diſtrictius prohibemus.) Hæc de Decretali Pij Quinti fęlicis recordationis dicta ſufficiant. Nunc quædam tenuiſſima media, à contraria opinantibus propoſita diſſoluenda ſunt.

Primum ſi hoc cambium eſſet vſurarium ſummus Pontifex perſpectum haberet. Cui rei reſpondeo Summum Pontificem habuiſſe perſpectum, & diſtrictius prohibuiſſe, vt patet ex decre-
79 tali ſuperius allegata. Secundum Anno 1574. Pōtifice Gregorio XIII. Archiepiſcopo Panormitano querenti, an per extrauagantem Pij Quinti prohiberetur hoc cambium, non prohiberi aiunt, eiuſdem Pontificis conſenſu reſponſum eſſe. At huic obiectioni reſpondeo, Hoc reſponſum ſi ſummi Pontificis conſenſu eſſet datum, nedum in paginis, at in aureis tabulis fore vt proſpiceretur relatum, cùm vero nullibi videatur, nec vnquam eſſe datum coniectura aſſequi poſſumus.

Tertium ſi hoc cambium eſſet Vſurarium ordinarij locorum Campſores tanquam vſurarios plecterent.

Reſpondeo locorum ordinarios, vel hāc fraudem, (quæ eſt campſorum verſutia) vſque adhuc non cognouiſſe, vel opportunius tempus ad hoc agendum expectauiſſe.

Quartum in quamplurimis locis vtuntur hoc cambio, ergo licitum eſt. Reſpondeo, in quamplurimis locis eſſe meretrices, nec tamen rem licitam eſſe.

Quintum vſus, & conſuetudo faciunt legem, at hoc cambium eſt in vſu, ergo &c. Reſpondeo vſum non abuſum facere legem præſertim verò, quando id quod fit non ideo eſt malum, quia prohibitum, ſed ideo prohibitum, quia malum eſt, vt in caſu propoſito.

Sextum eadem perſona per diuerſos reſpectus & creditoris, & debitoris poteſt habere vices. ergo &cæt.

Concedo ſi procedatur realiter, ita vt res intentioni, non intentio rei accomodetur, etſi ea ſeruentur, quæ dicta ſunt de cauſis cambij.

Secundum caput principale erat, vtrum pro dilatione ſolutionis poſſit in huiuſmodi cambijs
80 accipi lucrum, quod abſolutè negatur his rationibus.

Prima in cambijs realibus propter dilationem non licet accipere lucrum. Ergo multo minus in his. Quod verò in realibus non liceat ſic probatur. Lucrum ex pecunia poteſt intelligi prouenire ex triplici capite; Ratione permutationis pecuniæ cum pecunia, & erit cambium perminutum. Ratione tranſlationis de loco ad locum, & erit, vel reale, vel per literas; Ratione expectationis de tempore in tempus, & erit mutuū cum intereſſe, & manifeſta vſura: Quod etſi quamplurimis auctoritatibus póſſet probari, tamen quia res ex ſe nota eſt, & declarata, à Pio Quinto in decretali, Ideo ſat erit Verba Sanctiſſimi Pontificis ponere, quæ talia ſunt.

(Sed & in ipſis cambijs, quæ realia appellantur, interdum (vt ad Nos profertur) Campſores præſtitutum ſolutionis terminum lucro ex tacita, vel expreſſa conditione, recepto, ſeu etiam tantummodo promiſſo differunt. Quæ omnia nos vſuraria eſſe declaramus, & ne fiant diſtrictius prohibemus.)

In quibus verbis notandum eſt in realibus cambijs Pontificem loqui, in quibus dicit ad ſe perferri interdum lucri gratia fieri dilationis terminum. Quid verò ſi ei eſſe perlatum, & in cambijs ficcis lucri gratia fieri dilationem non ex hebdomada in hebdomadam, non de menſe in menſem, ſed de anno in annum, ita vt vſura vſuræ & iniquitas iniquitati adderetur.

Secunda ex cōtractu vſurario nullum lucrum
81 accipi poteſt, ſed cambium Placentinum prædi-

ctum

ctum eſt contractus vſurarius quod ſupra pro-
baui. Ergo nullum ex eo lucrum accipi po-
teſt.

Tertia lucrum pro primo termino (quod li-
cet in realibus) non licet in hoc cambio, cum ſit
vſurarium. ergo multo minus pro ſecundo. Ex
his elicio duas concluſiones.

82 Prima campſores, vel mercatores, qui reci-
piunt lucrum, vel in realibus cambijs, vel non
realibus, cauſa dilationis præſtituti termini te-
nentur ad reſtitutionem, quia Pontifex declara-
uit eſſe vſuram, & prohibuit fieri dicens (Quæ
omnia nos vſuraria eſſe declaramus, & ne fiant
diſtrictius prohibemus) ſed lucrum ex vſura re-
83 ſtitui debet. Probatur de Iur. Iuran. capit. De-
bitores ad ſoluendas vſuras. Præterea de vſuris
in clementina capit. vnico, vbi excommunican-
84 tur, qui impediunt, à repetendo, & probetur fa-
cultas detegendi vſuras palliatas cenſura. Item
14. quæſtione quarta capitulo ſecundo. Item
14. quæſtione ſexta capitulo primo. Item de v-
ſuris capit. quanquam vſurarij libro ſexto. Item
de vſuris capit. cum tu manifeſtos. & de Vſuris
capit. tua nos duxit, & in eodem titulo capitulo
11. & 13.

Secunda, qui receperunt lucrum ex cambio
85 Placentino ſupraſcripto non protogantes ter-
minum ſolutionis gratia lucri, tenentur etiam ad
reſtitutionem, quia fuit contractus vſurarius, &
contra Decretalem Pij Quinti ſuperius allega-
tam, quod ſi ipſi mortui ſint tenentur hæredes,
vel ſui, vel extranei. Habetur de vſuris capi-
tulo tua nos duxit: Poſſent autem obijcere ſe
86 bona fide egiſſe, & ignoraſſe Decretalem Pij
Quinti.

At hoc à reſtitutione non excuſat, quia non
87 eſt ignorantia facti, ſed Iuris; ſi enim exercebant
cambium debuerunt cognoſcere eò vel magis,
quod vſurarium crimen vtriuſq; teſtamenti pa-
gina deteſtatur. De vſur. capitulo ſuper eo.
88 Hanc verò ignorantiam non excuſare proba-
tur, à ſimili de Vſur. capitulo cum tu Manifeſtos,
Ibi namq; habetur. Quidam (ad accuſandas ex-
cuſationes in peccatis) Impudenter affirmant, il-
las dumtaxat vſuras reſtituendas, quæ ſunt poſt
interdictum noſtrum receptæ.

Reſpondeo, quod ſiue ante, ſiue poſt interdi-
89 ctum noſtrum vſuras extorſerint cogendi ſunt
per pœnam, quam ſtatuimus in Concilio, &
eas his, à quibus extorſerunt, vel eorum hæredi-
bus reſtituere. multo ergo magis, cum poſt San-
ctiſſimi Pij Quinti Decretalem, quam tenebãtur
ſcire receptæ fuerint.

Deciſ. Rotæ Ferr.

Præterea mihi perſuaſiſſimum eſt, nunquam
eos omnino ignoraſſe hunc contractum vſura-
rium eſſe, tum quod, & in conſcientia dictat, tum
quod diuini verbi Concionatores, & alij timo-
rati viri ſæpius de hoc inſtituere ſermonem.
Itaque taliter ſuſpicarentur neceſſe eſt. Sed ve-
90 ra ignorantia eſt, cum de facto, vel de Iure ni-
hil ſcio, nec mihi aliquod ſuſpicor: ſed eſto om-
nino ignorauerint; profuerit hæc ignorantia ad
non peccandum, at non profuerit ad non reſti-
91 tuendum, eo vel magis, quod Iuris diuini igno-
rantia nullum excuſat capitulo qui eadem di-
ſtinct. 38.

Dices, eſto ſic ſit in foro fori, quid verò in fo-
ro Poli. Reſp. Bona fides, quæ habetur per igno-
rantiam inuincibilem, à non peccando excuſat,
at ipſa ſola non excuſat, à non reſtituendo: Quod
ſi cum bona fide fuit damnum emergens, vel lu-
crum ceſſans, non dubium, ſed certum, & tu-
tum, eo erit reſtitutio minor, quo damnum
fuit maius. Sed, ò vtinam non ſic pecunias
tracti excutiant campſores, vt eis, & lucrum æ-
ternæ gloriæ ceſſet, & damnum æternæ mortis
emergat.

Franciſcus Fabbronius Theologus.

ARGVMENTVM.

Filius, qui patre viuente paternum teſta-
mentum, ac fideicommiſſum accepta-
uit, an illud acceptaſſe dicatur
cum onere iniuncto, ſibique
in legitima præiudi-
cauerit.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex fideicommiſſo, quid probare teneatur.*
2 *Detractiones, ex fideicommiſſo, an fieri poſſint.*
3 *Liquidatio an poſſit reſeruari in executione ſententiæ.*
4 *Actore non probante reus abſoluitur.*
5 *Teſtamentum, & fideicommiſſum factum filio præſente, & acceptante cum ſuis oneribus, eſt ſeruandum.*
6 *Filius, qui renuntiauit hæreditatem maternam dicitur etiam excluſus, à legitima, etiam ſi in renuntiatione non, adeſſet Iuramentum.*
7 *Renuntiatio legitimæ an debeat eſſe pro forma ſpecialis.*
8 *Per acceptationem teſtamenti ſecutam poſt mortem patris medio apprehenſionis bonorum hæreditatis, an om-*

nia in teſtamento contenta acceptata dicantur.

9 *Acceptatio memorata an noceat, etiam quando minus legitima filio fuiſſet relictum.*

10 *Ex actu ſequẽti declaratur qualis fuerit voluntas in præcedentibus.*

11 *Onus in teſtamento appoſitum, quando non remoueatur.*

12 *In legitima poteſt conſentiente filio primogenitum conſtitui.*

13 *Exceptio firmat regulam in alijs omnibus non exceptuatis. & declarat, quid veniat ſub regula.*

14 *Filius an poſſit, etiam in legitima grauari.*

15 *Medietas Hæreditatis eſt pluſquam legitima.*

16 *Legitima eſt tertia eius, quod peruenit ab inteſtato, quando ſunt duo filij, non plures, nempe quinque, & vltra, quia tunc legitima eſt ſemis, ideſt dimidia.*

17 *Filius inſtitutus, an poſſit recuſare onus iniunctum.*

18 *Filius quando dicatur teſtamentum de nouo Approbare.*

19 *Inuentarium facit plenam probationem.*

20 *Ex libro cataſti antiqui in publico loco retenti, quæ probatio reſultet.*

21 *Metus Reuerentialis prabet Iuſtam cauſam.*

22 *Reuerentia ſola non eſt cauſa inducendi actionem, niſi præceſſerit verbera.*

23 *Metus, à principio vbi interuenit per actum voluntarium aditionis hæreditatis in vim paterni teſtamenti dicitur purgatus, quando ex interuallo poſtmodum Interuenit tempore, quo non durabat Metus, nec eius cauſa.*

24 *Conſenſus filij an præiudicet legitimæ.*

25 *Filius ſi poteſt conſentire ſe exhæredari ſine cauſa multo magis de eius conſenſu poteſt grauari legitima.*

26 *Filius poteſt grauari, legitima, quando fit pactum Inter fratres conſentientes iuxta ipſius teſtatoris diſpoſitionem, & valet grauamen impoſitum in fauorem filiorum, & liberorum ipſius teſtatoris.*

27 *Filius quando gratis non conſentit an poſſit grauari legitima.*

28 *Onus impoſitum legitimæ firmum remanet, & vlterius, non reuocatur, quando filius, qui conſenſit durante eius vita illum non reuocauerit*

29 *Filius quando viuens de patris ordinatione non eſt conqueſtus id non poteſt facere eius hæres.*

30 *Conſenſus, vt præiudicet legitimæ an debeat pro forma eſſe ſpecialis.*

31 *Expreſſio, à lege, quando requiritur ad certum finem an poſſit per æquipollens adimpleri, ſi ad dictum finem æquipollens illud tendat, etiam ſi talis expreſſio requireretur pro forma.*

32 *Lex ſi quando. §. Generaliter. Cod. de inofficio teſtam. non procedit quando filius habuit recompenſationem loco legitimæ, nec quando filius in vita patris per ſtipulationem, aut permiſſionem renuntiauet ſucceſſioni paternæ*

33 *Renuntiatio ſimplex an excludat filium, à legitima.*

34 *Legitima viuente patre non debetur.*

35 *Legitima aliqua an poſſit conſiderari patre viuente.*

36 *Filius ſimpliciter renuntiando, aliqua re accepta per pactum bonis, & hæreditati patris, an videatur, etiam renuntiaſſe legitimæ.*

37 *Conuentio an tollat ius futurum.*

38 *Fides ſimplex non probat.*

39 *Mandatum eſt oſtendendum, clarè, & per neceſſe, ac concludenter.*

40 *Mandatum non præſumitur ex diuturnitate temporis, etiam ſpatio mille annorum, maximè vbi non probatur ſcientia.*

41 *Confeſſio procuratoris, an noceat.*

42 *Mandatum ſpeciale in voluntaria Iuriſdictione, ad ſic, vel ſic confitendum requiritur.*

43 *Procurator non poteſt facere, vt dominus incidat in pœnam.*

44 *Confeſſio procuratoris facta in Iudicio ad vnum finem non nocet; nec poſſit allegari in alio Iudicio in præiudicium ſui principalis.*

45 *Confeſſio procuratoris reſpectu Domini non eſt vera confeſſio.*

46 *Confeſſio ficta, facta in vno Iudicio, non probat in alio.*

47 *Confeſſio Procuratoris, vbi aliàs non præiudicaret, nocet ſecuta ratificatione.*

48 *Ratificatio eorum, de quibus certa, & determinata ſcientia, non habetur non nocet.*

49 *Scientia eſſe debet cum omnibus ſuis qualitatibus, & circumſtantijs. & num. 60.*

50 *Mulier non poteſt contrahere ſine certis ſolemnitatibus.*

51 *Mandatum ſpeciale requiritur ad confitendum bona eſſe ſuppoſita fideicommiſſo, vel aliter grauata.*

52 *Confeſſio hæredis de fideicommiſſo, an probet illius exiſtentiam, vbi de eo per publicam ſcripturam non conſtat.*

53 *Probatio debet concludere per neceſſe, nec eſſe debet dubia.*

54 *Confeſſio dubia interpretatur ad fauorem confitentis.*

55 *Dotes an debeantur ex bonis fideicommiſſi.*

56 *Actio, cui competit, datur, etiam retentio.*

57 *Retentionis Ius, etiam ſine ceſſione tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*

58 *Sententia quando faciat rem Iudicatam.*

59 *Sententia ſe referens ad cauſas, de quibus in proceſſu, an probet.*

61 *Sententia eſt ſtricti Iuris, & non extenditur vltra ea quæ dicit.*

62 *Referenti non creditur, niſi oſtenditur relatum.*

63 *Sententia ſemper debet interpretari, vt Iuſtitiam contineat.*

64 *Porrectio ſupplicationis eſt actus extraiudicialis.*

DECISIO XLVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ADmodum Illuſtri Dominus Comes Leander de Condelmerijs in ſuo vltimo teſtamento vniuerſales hæredes inſtituit DD. Comitem Scipionem, & Lucretiã eius filias legitimas, & naturales æquis portionibus, & d. Scipione decedente ſine filijs legitimis, & naturalibus, ſubſtituit d. D. Lucretiam eius filiam, & ea defuncta illius

cta illius hæredes, ad quam totam, & integram eius hæreditatem peruenire voluit abſque vlla diminutione, defalcatione, ac onere fideicommiſſi in remunerationem multorum laborum per eã paſſorum in gubernando ipſum Dominum teſtatorem, & vt ipſa D. Lucretia decentius, nobiliusq; nubere poſſit, prohibuitq; idem D. Leãder teſtator d. C. Scipioni eius filio omnem alienationem, tam in vita, quã in morte, etiam ex cauſa, & quamcunq; legitimæ, & Trebellianicæ detractionem ſub pœna priuationis eius hæreditatis, quam applicari voluit D. Lucretiæ, Voluit etiam idem teſtator dimidiam omnium fructuum totius hæreditatis ſuæ, ſpectare, & pertinere hereditario nomine ad d. Comitem Scipionem, & alteram dimidiam ad ſupradictam D. Lucretiam, & ſuos, vt ſupra, reſeruauitq; d. Comiti Scipioni libras ducentum, de quibus voluit eum poſſe teſtari, & diſponere, tam in vita, quam in morte. Huic diſpoſitioni, ſeu dicto teſtamẽto, dum condebatur interfuit, ac præſens fuit d. Comes Scipio, qui cognoſcens ſe infirmum, & non idoneũ ad capiendum, vxorem, & vt ſoror honorificentius maritaretur, & hanc eſſe voluntatem dicti eius patris, patre præſente, ac etiam pro eo fideiubẽte, reſeruato ſibi vſufructu donec vixerit, aſſenſit, ac conſenſit dictæ diſpoſitioni, ac teſtamento, illamq; ſeu illud, etiam ſolemni ſtipulatione, etiã ſub obligatione omnium ſuorum bonorum, etiã maternorum promiſit ſemper ratam, ac firmam perpetuò habere, ac obſeruare, eique nunquam contrauenire. Eandem promiſſionem, & obligationem, vt ſupra factam per d. Comitem Scipionem, dictamque paternam diſpoſitionem dicta Lucretia filia d. Comitis Leandri, & hæres ſcripta, tam nomine proprio, quàm eius heredum acceptauit, ac ratam habuit, etiam in vim ſolemnis ſtipulationis, vt latè in dicto teſtamento, ac contractu rogato per olim Dominum Borſium de Silueſtris notarium Ferrariæ ſub die 14. Iulij 1578.

Deceſſit dictus D. Comes Leander, & dictus Dominus Scipio, & Lucretia eius filij paternam hæreditatem cum benefitio legis, & Inuentarij adiuerunt.

Deceſſit quoque d. Comes Scipio facto teſtamento, in quo ſibi hæredem vniuerſalem inſtituit d. Dominam Lucretiam eius ſororem, & mãdauit, quod caſu, quo ipſa D. Lucretia nuberet, viduaque poſtea remaneret, & Iterum nuptias contraheret; & marito prædecederet abſq; filijs maſculis legitimis, & naturalibus ſuccederẽt Comes Borſius Condulmerius filius quondam Comitis Eugenij, vel eius filij legitimi, & naturales, quos ſibi Inſtituit, atq; ſubſtituit, & vbi filios dictus Comes Borſius non haberet, voluit eius hæreditatem peruenire ad filios olim D. Comitis Georgij de Condulmerijs Mutinenſes eius conſobrinos, vt latè, in dicto teſtamento, rogato per olim D. Bernardinum Codeca notarium Ferrariæ ſub die 26. Octobris 1579. in proceſſu fol. 12. & ſeq.

Domina Lucretia præfata paternam cum beneficio legis, & inuentarij adiuit hæreditatem.

Defuncta D. Lucretia relicto ſibi hærede vniuerſali Excell. D. Hercule de Caſtrinis Artium, & medicinæ Doctori eius viro, qui huiuſmodi hæreditatem, cum beneficio legis, & inuentarij adiuit.

Dominus Amorottus de Condelmerijs vti filius D. Comitis Georgij, egit contra d. Caſtrinũ hæredem, vt ſupra inſtitutum, à d. Domina Lucretia eius vxore, & petijt declarari, & pronuntiari ob mortem dictæ Dominæ Lucretiæ eueniſſe caſum ſubſtitutionis, ſeu fideicommiſſi contenti, in teſtamento dicti Domini Scipionis in perſonam dicti Domini Amorotti; & ſucceſſiue dictum Dominum Caſtrinum condemnari ad ſibi dimittendum, & relaxandum bona dicti Domini Scipionis, & de quibus fit mentio in liſta producta in proceſſu fol. 30. & prout latius in libello producto fol. 8. &c.

Quibus licet ſe oppoſuerit dictus Dominus Caſtrinus, vt in actis, diſcuſſa cauſa coram Admodum Illuſtri, ac Excellenti Dom. Locumtenente cauſarum Ciuilium in prima Inſtantia, qui Caſtrinum abſoluit, à petitis, vt in ſententia, de qua in proceſſu ſolio 170. & poſtea coram admodum Illuſtri ac Excell. D. Rotæ Prætore, qui illam retractauit pronuntiando eueniſſe caſum fideicommiſſi dicti D. Scipionis Condelmerij in perſonam dicti Domini Amorotti ſtante morte d. Lucretiæ abſq; filijs defunctæ, & declarando Caſtrinum teneri ad relaxandũ, & reſtituendum d. Amorotto, vel eius hæredibus quartã partem omnium bonorum ſtabilium, de quibus in liſta per eum producta vnà etiam cum eorum fructibus à die publicationis proceſſus citra, & quartam partem etiam mobilium, de quibus in inuentario bonorum hæreditatis eiuſdem Domini Scipionis, & vbi non extarent eorum valorem, detractis tamen prius ad fauorem dicti Caſtrini ære alieno dicti Domini Scipionis, Illiusque funeris expenſas, nec non legatis omnibus eiuſdem per dictam Dominam Lucretiam, ſeu dictum Caſtrinum illius hæredem ſolutis, quem abſoluit à Cæteris per dictum Condulmerium petitis, eidemque Iura ſuper allegatis melio-

melioramentis, talia, qualia, reſeruauit vt latè, in eadem ſententia, ad quam &c.

Quæ nunc coram Rota introducta per appellationem in tertia inſtantia pendet. Dum exhitabatur de viribus dictarum ſententiarum, & quid eſſet agendum.

Domini concorditer Reformantes ſententiam Domini Iudicis à quo, dixerunt eueniſſe caſum fideicommiſſi, de quo in teſtamento dicto quondam Domini Comitis Scipionis de Cōdelmerijs in actis exhibito in perſonam dicti Domini Amorotti de Condelmerijs per mortem dictæ Lucretiæ eiuſdem Domini Scipionis ſororis nullis ſuperſtitibus filijs, & ſucceſſiue dictum Dominum Herculem Caſtrinum hæredem cum beneficio legis, & inuentarij dictæ Dominæ Lucretiæ, ſeu &cæt. condemnandum eſſe ad reſtituendum dicto Amorotto, ſeu &cæt. libras ducentas bononenorum vti hæreditarias dicti Domini Scipionis; nec non, & bona mobilia, frumentum, vinum, & cætera omnia deſcripta in inuentario facto per dictam Dominam Lucretiam hæredem præfatam, & in actis exhibito, ſeu valorem omnium, & ſingulorum prædictorum non extantium ſecundum tempus mortis dictæ Dominæ Lucretiæ, detractis, tamen ad fauorem dicti Domini Herculis d. no. debitis dicti Domini Scipionis, impenſis eius funeris, legatis per ipſum factis, & quibuſcunque alijs per dictam Dominam Lucretiam hæredem præfatam, ſeu dictum Dominum Caſtrinum eius nomine legitime ſolutis, ac etiam Trebellianica dictæ Dominæ Lucretiæ, vti hæredi grauatæ in bonis dicti Domini Scipionis debita iuxta liquidationem &cæter. hinc inde faciendam, tam ex deductis, quam deducendis, inſuper prædictis ſaluis &c. declarauerunt dicto Amorotto &cæt. nullum ius competijſſe, vel competere ſuper bonis ſtabilibus, de quibus in notula, & poſitionibus nomine dicti Domini Amorotti in actis exhibitis, & propterea dictum Caſtrinum &cæt. à petitis pro parte dicti Domini Amorotti reſpectu dictorum bonorum ſtabilium, eſſe abſoluendum &c.

1 Moti quia agens ex memorato fideicommiſſo docuit de eo per teſtamentum dicti Domini Scipionis, omniaque ſibi incumbentia ad obtinendum deduxit, ac probauit iuxta tradita per Peregrin. in ſuo tractatu de fideicom. articul. 43. numero 35. cum ſeq. fol. 396. & ſeq. & num. 60. & ſeq. fol. 400. & ſequen. & articul. 44. num. 1. fol. 406.

2 Et locum eſſe præfatis detractionibus in ſententia expreſſis per Doctrinam. Gabriel. conſil. 95. Petrus Caranci libro ſecundo numero 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. fol. 146. Craſſ. in §. Trebellianica quæſtione tertia numero quarto fol. 398. & Peregrin. de Fideicommiſſ. articulo 40. numero 18.
3 fol. 360. liquidandis in executione, quia ignorabatur in hoc Iudicio, quid, & quantum importarent iuxta opinionem Cagnol. in l. vnica. Cod. de ſenten. quæ pro eo, quod Intereſt numero 3. fol. 541. & in l. quatenus. 24. numer. 22. ff. de regul. Iur. fol. 619. Galleſ. ad formul. Cameral. obligatio. in quæſtion. de liquidation. num. 13. fol. 128. & Monach. deciſio. Lucen. 56. In cauſa nu. 43. & 44. fol. 84. quam ſecuta fuit Rota iſta me referente in cauſa vertente inter Dominam Paulam. Frontoriam ex vna, et Dominum Ioannem Baptiſtam Dondinum ex alia, quæ in hoc volumine, eſt deciſio. 28. Incipiente In cauſa vertentenum. 6.

4 Verum quia intentionem ſuam non probauit actor reſpectu bonorum ſtabilium, de quibus in eius petitione, & poſitionibus declaratum fuit, vt ſupra dicta bona nō eſſe ſuppoſita fideicommiſſo dicti Scipionis per vulgat. Regul. l. actor. C. de probatio. Et quia conſtabat expreſsè d. D. C. Scipionem nullum Ius habuiſſe de dictis bonis poſt eius mortem diſponendi, ob memoratum teſtamentum, ac fideicommiſſum dicti D. Comitis Leandri eius Patris, quod vti factum pręſente, ac expreſsè acceptante d. D. Comite Scipione, cum dicta obligatione omnium ſuorum bono-
5 rum, etiam maternorum, omnino cum ſuis oneribus ſeruandum erat, vt probatur Auctoritate Ruin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum num. 179. verſiculo non obſtat. ff. de liber. & poſthum. & conſ. 56. quamuis teſtator nu. 2. lib. 2. fol. 76. Pariſ. conſ. 9. Tex. in l. ſi quando nu. 5. lib. 3. per tot. fol. 17. Pedroch. conſil. 6. & ſi cum ex ijs numer. 24. & 25. fol. 62. et Alexand. Trentacinq. Variarum reſolutio. concluſ. 4. numer. 3. verſiculo An
6 primo caſu lib. 1. fol. 91. vbi filius qui renunt iauit hæreditatem maternam viuente patre dicitur excluſus, etiam à legitima, etiamſi in renun-
7 tiatione non adſit Iuramentum, quia tunc filius Ius in legitima non habet, vt ibi, quæ renunciatio, non debet eſſe pro forma ſpecialis, ſed ſufficit, quod ſit talis, quod conſtet de ea per æquipollens, vt per eundem Trentacinq. loco proximè citato numero primo fol. 89. & Pariſien. vbi ſupra, quæ ſatis explicata pro dicta verba renun-
8 tiationis factæ viuente patre videbatur, & etiam per acceptationem dicti teſtamenti ſecutam poſt mortem Patris medio apprehenſionis bonorum hæreditatis factæ per dictum Comit. Scipionem, ex qua minimè negari poteſt, quin omnia in

nia in

nia in teſtamento, contenta, acceptata fuerint,
cum appræhenſio illorum citra acceptationem
de omni eo, & toto, quod in memorato teſta-
mento continebatur minimè fieri potuerit Grã-
matic.conſilio 145. Allegationes numero tertio
& quarto fol. 145. Marzar. de fideicom. quæſt.
50.numer.81.verſiculo vbi quod cogitur fol.15.
9 cum ſimilibus, quæ nocet etiam, quando minus
legitima filio ſuiſſet relictum Guid. Pap.deciſio.
96.nobilis Antonius numer.2.fol. 46.Peregrin.
de fideicom.artic.36.numer.95. fol.557.& abſ-
que ſpecifica renuntiatione Pariſius dicto con-
ſil.9.numer.4.lib.3. Dilect.de Arte. Teſt.titul. 5.
Caut.31.numero ſexto verſiculo, ſed vt ſol.127.
Pedrocha dicto conſil. ſexto numero 31. & 32.
10 folio 63. quia ex hoc actu ſequenti declaratur,
qualis fuerit eius voluntas, quando patre viuen-
te filius approbauit eius voluntatem, vt per eun-
dem Pedroch. vbi ſupra numero 33. & 34. fo-
lio eod.

Quæ cum dictus Comes Scipio vnà cum Lu-
cretia ſorore fuerit inſtitutus hæres vniuerſalis
bonorum teſtatoris pro medietate, & ſoror pro
alia medietate prædicta ſatis de Plano tranſire
videbantur, vt probatur ex traditis per Ludouic.
deciſio. Lucan. 28. egregius vir &c. númer. 58.
fol.169.& Surd.deciſio. 21. in relatione numer.
20.fol.51.

Præſertim, cum onus legitimæ fuerit appoſi-
tum, etiam ad fauorem aſcendentium, & agna-
tionis ipſius Scipionis, qui dicto Paterno teſta-
mento conſenſit in quo incluſi erant filij ſui Na-
11 ſcituri; & illis deficientibus vocabatur Lucretia
ſoror, quo caſu onus in teſtamento appoſitum
remoueri, non debet; vt probat Couarru. in cap.
12 Rainaldus num. 3. verſiculo quartum ergo fol.
114. dum dicit in legitima conſentiente filio poſ-
ſe abſque regia licentia primo genitum conſti-
tui, Reſeruaueritque ſibi dictus Comes Scipio v-
ſumfructum ipſo viuente, ex quo arguitur, quod
in omnibus alijs bonis, & etiam in legitima nihil
13 ſibi reſeruauit, quia exceptio firmat regulam in
alijs omnibus, non exceptuatis, & declarat, quid
veniat ſub regula; vt probatur in l. quæſitum. §.
denique, & ibi Gloſſ. & Bart. ff. de fund. Inſtruct.
Geminian. in cap. qui ad agendum. §. final. de
Procurator. in 6. fol. 240. Roland. conſil. 99. Vi-
ſo Inſtrumento numer. 42. lib. 4. fol. 183. Surd.
conſil. 430. quod D. Maurella num. 7. lib. 3. fol.
661. & Maſtrill. deciſ. 207. fuerat ad Inſtantiam
num. 13. lib. 3. fol. 13.

Et tanto magis Domini inclinauerunt in hãc
14 ſententiam, quia filius poteſt etiam in legitima
grauari, quando ei multo plus legitima fuit reli-
ctum, & maximè cum teſtator voluerit ſuam
diſpoſitionem valere omni meliori modo, vt
per bona Iura probat Surd. deciſio. 21. in rela-
tione numer. 20. fol. 51. de quo hic non ambigi-
tur, cum fuerit inſtitutus vnà cum ſorore, & ſic
15 ei relicta medietas, quæ eſt pluſquam legitima,
quæ ipſi Domino Comiti Scipioni tangere po-
16 tuiſſet, nempe tertia eius, quod perueniret ab in-
teſtato ex debito naturæ deducto ære alieno, &
funeris impenſa, ex quo ſunt tantum duo filij, vt
in authent. nouiſſima, & ibi Gloſſ. & Doctor. C.
de inoffic. teſta. & in l. nuper eod. titu. & in c. Rai-
nutius de teſtam. Bart. in l. quoties. C. de hæred.
inſtituend. non plures, nempe quinq; & vltra,
quo caſu legitima eſt ſemis, ideſt dimidia pars e-
ius, quod cuilibet ſpectaret, vt ibi, vnde Verſus
magiſtrales.

Quatuor, aut infra dant natis iura trientem.
Semiſſem vero dant natis, quinq; vel vltra.

17 Potueritque filius inſtitutus, ſi ſibi diſpli-
cebat onus inuinctum illud recuſare, & impu-
gnare, non autem acceptare, vt poſt Caſtren.
Soccin. Iunio. Ruin. Simon. de Pret. Alciat.
Dec. & alios tradit Idem Surd. dicta deciſio. 21.
numer. 20. in verſiculo, quæ opinio fol. 52. &
Medic. in ſuo tractatu de acquirend. rerum Do-
min. & poſſeſſ part. prima Gloſſ. 2. numero 55.
fol. 62.

Secundo, quia dictus Dominus Comes Sci-
pio mortuo patre ſtatim apprehendit eius bo-
18 na hæreditaria, à quibus excluſus erat in caſu in-
obedientiæ dictæ diſpoſitionis, ac obligationis,
Vnde videbatur denuo teſtamentum Appro-
baſſe, & etiam in legitima ſibi pręiudicaſſe, quod
an filius facere potuerit non ambigitur. leg. ſi
quando §. Illud. C. de in offic. teſtam. Couarru.
in dicto cap. Rainaldus §. 2. num. 3. in verſiculo
tertium filius fol. 114.

Nec videbatur poſſe dubitari quin bona de
quibus agitur ad dictum Dom. Leandrum libere
pertinuerint, & in eius hæreditate reperta fuiſ-
ſent, cum ipſemet Dominus Comes Scipio hoc
idem confeſſus fuerit in inuentario aditionis hæ-
reditatis paternæ, quod ad tradita poſt Plot.
& Pariſ. per Marzar. in ſuo tractatu de fideicom-
19 miſſ. quæſt. 54. numer. 84. part. 1. fol. 16. plenam
facit probationem circa ea, quæ in illo continen-
tur, & per Monticul. in ſuo tractatu de Inuentar.
hæred. cap 12. numer. 222. fol. 219. & me refe-
rente fuit dictum in cauſa Dominæ Virginiæ A-
reoſtæ, contra Dominum Ioannem Baptiſtam,
& alios conſortes, de Bononis, de qua ſupra de-
ciſ. 3. In cauſa numer. 14.

Concurratq; cum pręfata confeſſione proba-

20 tio, quæ ſumitur ex libro cataſtri Antiqui, & in publico loco retenti ad tradita per Aymo. conſil. 109. Diuino ſubſidio &c. numer. 17. inter conſil. diuerſorum lib. 4. fol. 106. Bero. conſil. 79. In cauſa Domini Ioannis Pauli &c. numer. 9. lib. 3. fol. 255. Socc. conſil. 46. In cauſa Magnifici &c. numer. 2. lib. 3. fol. 49. & Maſcard. concluſ. 273. per tot. fol. 205.

21 Non obſtant quæ opponuntur de metu reuerentiali ipſius Domini Comitis Scipionis erga fratrem, qui præbet iuſtam cauſam Barbatia. conſil. 61. Teſtamentum dicit hoc modo. colum. 3. numer. 8. lib. 1. fol. 191. etiam, quod non probetur de minis, vt ibi, & lib. 1. communium opinionum secũdum ordinem Codicis de ijs quę vi, metus, ve cauſa titul. 10. lib. 2. num. 16. fol. 326.

22 Quia fuit reſponſum ſolam reuerentiam non eſſe cauſam inducendi actionem quod met. cauſ. Bart. in l. metum. C. quod met. cauſ. & lib. 1. communium opinionum ſecundum ordinem C. numero 19. fol. 326. niſi precedant verbera, vel iniuriæ, vt in leg. 1. §. quæ onerandæ vbi etiam Bolognini. Alexan. & alij in Apoſtill. ad Bart. ff. quar. rer. act. Boer. deciſio. 100. Præſuppono &c. num. 11. & ſequen. lib. 1. fol. 173. & in dicto lib. 1. communium opin. ſecundum ord. Codicis tit. 10. lib. 2. num. 36. fol. 327.

23 Secundo fuit dictum, quod vbi metus à principio interueniſſet quod prorſus negatur per actum voluntarium aditionis hæreditatis in vim paterni teſtamenti dicitur purgatus, cum ex interuallo poſtmodum interuenerit, & tempore quo non durabat metus, nec eius cauſa, vt probat tex. in l. 2. vbi Bartol. & omnes ſcriben. C. de his, quæ vi metus ve cauſa Pariſ. conſil. 76. An capitula numer. 12. & 15. lib. 4. fol. 117. & habetur, dicto lib. 1. communium opinionũ ſecundum ordinem Codicis num. 49. in titu. de ijs, quæ vi metus ve cauſa fiunt fol. 328.

Non obſtat, quod conſenſus filij, non præiudicet legitimæ, quæ ſemper ſalua eſſe debet, cum illa competat iure naturæ, & debeatur ſine onere.

Quia ſi filius poteſt conſentire ſe exhæredari ſine cauſa Gloſſ. in l. ſi quando. 35. §. generaliter. C. de in officio teſtam. in verbo Iudicium, litera, e verſiculo, è contra videtur, multo magis de eius conſenſu poteſt grauari legitima ſecundum Couarru. in c. Rainaldus. §. 2. fol. 114. num. 5. Verſiculo octauo erit fol. 115. quæ opinio eſt communis, licet non deſint, qui ab eo diſcedant, quod ſit communis tradit Boer. Deciſ. 14. Breuiter videtur &cæt. colum. 3. numer. 4. fol. 31. & Rod. Soares in leg. quoniam in prioribus decima extenſione. C. de inofficio teſtam. & ſequitur Alexand. in authen. non licet. 2. colum. num. 3. C. de liber. præterit. fol. 78.

26 Secundo fuit reſponſum filium grauari poſſe legitima, quando fit pactum inter fratres conſentiente patre iuxta ipſius teſtatoris diſpoſitionem, vt hic factum fuit, & valere grauamen poſitum in fauorem filiorum, & liberorum ipſius teſtatoris vt probatur ex tex. in leg. vltima C. de Pact. & Couarr. in d. cap. Rainaldus. §. 2. numer. 3. de Teſtam. fol. 113.

27 Et tanto magis cum pater in compẽſationem ipſum, vt ſupra inſtituerit vnà cum ſorore in ſua hæreditate, & gratis filius non conſenſerit, vt pariter probat idem Couarru. in d. c. Rainaldus. §. 2. num. 4. fol. 114.

28 Nec præſtitus conſenſus nunquam per ipſum filium durante eius vita fuerit reuocatus, quo fit, vt onus impoſitum legitimæ firmum remaneat, & vlterius reuocari non poſſit ad tradita per tex. in dicta l. finali. C. de pactis, ibi niſi ipſe fortè de cuius hæreditate pactum eſt voluntatem ſuam eis accommodauerit, & in ea, vſq; ad extremum vitæ ſpatium perſeuerauerit, tunc enim ſublata acerbiſſima ſpe licebit eis illo ſciente, & iubente huiuſmodi pactiones ſeruare, & Couarru. vbi ſupra num. 3.

29 Immo quando filius viuens de Patris ordinatione non eſt conqueſtus id non poſſit facere eius hæres per regulam, quod ſemel placuit, & aliam regulam; quod vnuſquique poſſit renunciare fauori ſuo, vt in ſpecie tradit Peregrin. de fideicom. Articulo. 36. num. 75. verſiculo tertio quia fol. 337.

Non obſtat, quod conſenſus datus viuente Patre non fuerit ſpecialis ad formam dictæ leg. ſi quando 35. §. Generaliter ibi niſi hoc ſpecialiter, ſiue in apocha, ſiue in tranſactione ſcripſerit, vel pactus fuerit. Et quando conſenſus ſecutus poſt mortem, ex aditione hæreditatis fuerit conditionalis, nempe ſine prÿiudicio dotis Maternę, & fideicommiſſi Ammorotti.

Quia circa primam partem huius difficultatis
30 fuit reſponſum ſpecialẽ expreſſionem memoratam ex d. §. Generaliter nõ eſſe de forma, ſed ſufficere, qđ conſtet de voluntate, quia ſi Imperator illud voluiſſet inducere pro forma, aliter locutus fuiſſet prohibendo, non poſſe fieri, vel vlterius procedendo ad nullitatem, vel alia verba formam inducentia exprimendo, de quibus per Bartol. & alios in l. de ijs. ff. de tranſactio. & per Doctor. in l. non dubium. ff. de legibus, & plene per Felin. in cap. dilecta extra de reſcript. & diffusè per Albert. Bruni in tract. de forma in cap. quan-

do ali-

do aliquid, ita in puncto per dicta iura arguit
Pariſ.conſ.9.text.in l.ſi quando nu.6.& 7.& ſeq.
lib.3.fol.18.

Vlterius cum memorata expreſſio à lege re-
31 quiratur ad certum finem id poteſt per ęquipol-
lens adimpleri, ſi ad dictum finem æquipollens
illud tendat, etiamſi talis expreſſio requireretur
pro forma; vt eſt de mente Bald. in l. ſi duo Pa-
troni.§.ſi quis iurauerit. colum.2. num.8.verſic.
quæro quod dicitur,& verſiculo decimo dicitur.
ff.de iur.iuran. ita in puncto arguit Pariſ.d. con-
ſilio 9.numero.15.libro 3.folio 18.& Alexand.
Trentacinq.variar.reſolutio. de legitima reſolu-
tio.4.numero 1.verſiculo tertius caſus lib. 1. fo-
lio 89.

Et ſic ſufficit conſtare de voluntate filij, quod
ſcilicet ſuę legitimę,eiuſque ſupplemento renun-
tiare voluerit,etiam ſi expreſsè talem nõ fecerit
renunciationem, quia illa ſpecialis mentio à lege
requiſita eſt neceſſaria, vbi ex verbis expreſſis
non ſequitur de neceſſitate agnitio oneris, ſed in
conſequentiam, & ex legis diſpoſitione, vel quã-
do ſalua ratione recti ſermonis poſſunt verba re-
ſtringi ad id, quod filius accepit abſque eo quod
referatur,etiam ad id,quod erat ſupplendum, ſe-
cus vbi verba ex ſui generalitate de neceſſitate
includant, etiam onus annexum, quia tunc non
poteſt agi ad ſupplementum, tum quia huiuſmo-
di agnitio, quæ reſultat neceſſario, ex verbis eſt
potentior,quàm præcedens, tum quia hæredi lex
ſuum,& non illius proprium denegat auxilium,
vt ad literam tradit Ruin. conſilio 56. quamuis
teſtatur. num.12.lib.2.folio 76.& probatur ex
Pariſ.d.conſilio 9.libro 3.folio 17.& Alexand.
Trentacinq. loco proximè citato in verſiculo,
quod igitur.

32 Secundò fuit dictum d.l. ſi quando.§.genera-
liter. C.de inofficioſo teſtamen. non procedere,
quando filius habuit in compenſationem loco
legitimæ, vt in Socin.conſilio 72.Præſtantiſſimè
Doctor.numero 24.libro 1.folio 211. Meno-
ch.conſilio 71.Dominus Georgius num.10.fol.
218.Alexan.Trentacinq.variar.reſolu.lib.1.de
legitim.concluſ.4.num.6.fol.91.

Nec quando filius in vita patris per ſtipula-
tionem,aut promiſſionem renuntiaſſet ſucceſſio-
ni paternæ, quoniam tunc ex vi pacti excluditur
33 filius à legitima, quamuis ſimpliciter renuntia-
uerit, ut in puncto conſuluit Surd. conſilio 357.
multa bona.nu.3.verſiculo veriorem tamen. fo-
lio 270.& numero 31.folio 271.li. 3.& tradunt
Ruin.conſil.51.caſus iſte.num.13.verſiculo po-
teſt aliter reſponderi lib.3. folio 84.& in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantum. numero 179. in fine.
colum.87.poſt.med.verſiculo, & tenendo iſtam
partem de lib.& poſthum.fol.248. Menoc. con-
ſilio 71.numero 8.lib. 1.folio 184. & Dominus
Stefanus Gratian. diſcepta.forenſ.diſcepta.247.
numero 37.& 38.lib.2.folio 220. I.C. Celebris
olim collega meus in Rota Prouinciæ Marchiæ,
ratio eſt, ut ibi numero 39. quia tunc filius cum
nullum ius habeat in legitima, quæ uiuente patre
non debetur. l.1. §. ſi impuberi de collatio. bo-
34 norum facilius excluditur à iure quęrendo, quod
non eſt in terminis d. l. ſi quando.§.& generali-
ter.C.de inoffic.teſtamen. ubi iam erat quęſitum
ius filio poſt mortem patris, & ſic maior expreſ-
ſio erat neceſſaria, vt per Raphael Comenſ. con-
ſilio 188.ſpectabilis miles ad med. verſiculo, &
ad rationes ſub numero 2.folio 100. Tiraquell.
de iur.primogen. quæſtio.55.numero 14. folio
496.Curt.iunior. conſilio 10.viſa, ac diligenter.
numero 3.colum.2.lib.1.folio 22.& 23.& licet
etiam patre viuente conſiderari poſſit aliqua le-
gitima filij.

Illa tamen tunc diceretur iuncta ipſi patris pa-
35 trimonio, vnde filius ſimpliciter renuntiando
36 aliqua re accepta per pactum bonis,& hæredita-
ti patris videtur etiam renuntiaſſe legitimæ, quaſi
tunc non detur illius ſeparatio à dictis bonis pro
ut declarat Ruin. in d.§.& quid ſi tantum. num.
186. quamuis enim ſimplex renuntiatio, aut re-
pudiatio ad ius futurum non extendatur, tamen
aliud eſt in pacto, aut conuentione, quæ etiam
tollit ius futurum, prout in ſpecie declarare Ca-
37 ſtrienſ.per tex.in l.prima.C.de pactis tradit Gra-
tian.dicta diſcep.247.numero 40.libro 2.folio
220.

Non obſtant ſcripturæ vltimo loco productę
leuatæ, ut dicitur ex quodam proceſſu facto, in-
ter dictum Dominum Comitem Scipionem, &
Dominam Lucretiam ex una, & quendam de
Smiraldis creditorem dicti Comitis Leandri ex
altera, ex quibus aſſerebatur probari dictum Do-
minum Amorottum ſeniorem dicta bona fidei-
commiſſo ſuppoſuiſſe, & ſucceſſiuè inferebatur,
ea non fuiſſe comprehenſa in reſtitutione dicti
Comitis Leandri, ſed Dominum Scipionem,
tanquam vltimum grauatum potuiſſe de illis ad
eius libitum diſponere prout fecit.

Nam incipiendo à prima, quæ fuit quædam
atteſtatio Domini Silueſtri Notarij aſſerentis, ſe
reperiſſe in Rogitibus Domini Lancellotti Egi-
dij Notarij præmortui, quod de anno 1578.fuit
motum iudicium per D.D.Scipionem,& Lucre-
tiam de Condulmerijs,contra quendam de Smi
raldis, & pro eorum parte dictum fuiſſe, hæredi-
tatem Domini Leandri fuiſſe exhauſtam, ac quę-
dam

dam articula fuiſſe producta, & ex inde latam ſententiam declarantem hæreditatem fuiſſe exhauſtam.

38 Dictum quoque fuit dictam ſcripturam eſſe ſimplicem fidem, quæ non probat ſecundum regulam Authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. quæ procedit, etiam in Notario, tam reſpectu ſuorum rogituum, quam alterius notarij, vt per Caualcan. deciſ. 21. in cauſa executionis. nu. 36. par. 1. fol. 86.

Circa ſecundam, & tertiam ſcripturam, quæ continebat capitula, quę in illo iudicio producta aſſerebantur fuit reſponſum, illas non probare, quia altera non conſtitit, à quo fuerit producta, altera dicebatur producta à quodam, cuius man-
39 datum, quod omnino oſtendendum erat ſecundum Doctor. in l. licet. C. de procurator. clare, & pro neceſſe, & concludenter, vt per Crauet. conſilio 265. Illuſtr. Marchio Saluciarum. numer. 5.
40 folio 80. non apparet, neque præſumitur ex diuturnitate temporis, vt poſt Bald. & Alexan. conſuluit Pariſ. conſ. 2. legitimatio. num. 27. libro 2. fol. 8. & tenet Grammatic. deciſio. 303. Illuſtriſſima Marchioniſſa Padulæ, numero 83. fol. 925. etiam ſpatio mille annorum ſecundum magis
** communem Doctorum ſententiam, pro qua multos congerit Gabr. in titulo de Procurator. concluſio. 1. num. 1. folio 122. maximè vbi non probatur ſcientia, & patientia principalis, vt per Alexand. conſil. 30. viſis his. numero 2. colum. 2. in verſiculo nec prædictis lib. 1. folio 35. & Gabr. d. concluſio. 1. de procurator. num. 2. fol. 122. poſt. Bald. Brun. Ruin. & Gozzad. quo caſu contraria opinio, quatenus vera eſſet, ac ſequenda procedit, vt concordando opiniones tradit idem Gabr. d. concluſio. 1. de procurator. num. 2. folio 122.

Secundo fuit dictum, quod vbi de præfato mandato verè, vel præſumptiuè appareret adhuc confeſſio dicti Procuratoris aſſerti dictæ Do-
41 minę Lucretiæ non præiudicaret, tum quia voluntariè, & nulla lege, vel iuriſdictione cogente facta fuit ad tradita per Pariſ. conſilio 115. viſo proceſſu, numero 21. libro 1. folio 237. Maſcar. de probatio. concluſio. 369. numero 14. lib. 2. folio 261. & Tuſc. concluſio. 669. numero 53. tom. 6. folio 517. ratio eſt, quia in voluntaria iuriſdi-
42 ctione requiritur mandatum ſpeciale ad ſic, vel ſic confitendum. Felin. in cap. 1. num. 16. vt lit. non conteſtat. folio 20. Menoch. conſilio 80. plura efficiunt. numero 46. lib. 1. folio 202. & Hondede. conſil. 66. dubium, de quo agitur. num. 73. lib. 1. fol. 416.

Cum quia Procurator non poteſt facere, vt
43 Dominus incidat in priuationem iuris ſui Magon. deciſi. Lucen. 13. Hominis ætas. numero 25. & 26. folio 45. etiamſi haberet mandatum cum libera. Maſcar. d. concl. 369. per tot.

44 Et tanto magis, quod confeſſio Procuratoris facta in iudicio ad vnum finem non nocet, nec poteſt allegari in alio iudicio in præiudicium ſui principalis, vt poſt Anton. de Butr. & Speculat. tradit Felin. in cap. cauſamque. numero 8. de teſtibus. folio 108. Alexan. in l. 2. C. de eden. num. 27. fol. 5. Paul. de Eleazar. in cap. 1. de confeſſ. in ſexto. nu. 1. folio 29. Franc. Aretin. conſil. 13. viſo diligenter circa finem verſiculo præterea. nu. 23. folio 15. Corn. conſilio 144. ſuperioribus diebus. numero 13. lib. 4. folio 122. Deci. conſil. 146. & pro tenui. numero 15. folio 120. Maſcar. de Probation. concluſio. 348. num. 20. & 21. lib. 1. folio 347. & Tuſcum concluſio. 641. num. 63. lib. 2. folio 93. qui inter alios allegat Afflict. deciſ. 148. in cauſa Iulij. num. 4. folio 129. & Egid. deciſio. 695. folio 94. ne duplex inducatur ſpecialitas, quod ſcilicet Dominus confitendo per Procuratorem videatur confiteri per ſe ipſum, & quod contra regulas iuris probatio facta in vno iudicio ad vnum finem, fidem faciat in alio ad alium finem, vt in puncto decidit Feli. in cap. 1. numer. 18. vt lite non conteſta. folio 55. & ibi
45 Imol. numero 17. & ſequ. poteſt etiam adduci alia ratio, quoniam confeſſio Procuratoris reſpectu Domini non eſt vera confeſſio, ſed ficta Bero. conſilio 196. in cauſa inquiſitionis. num. 29.
46 libro 3. fol. 557. quæ ficta confeſſio facta in vno iudicio non probat in alio, etiam inter eaſdem perſonas, vt dicit Hondede. conſilio 66. dubium, de quo quæritur. numero 74. & 75. libro 1. folio 416.

Nec dicatur, quod licet veritas ſit quod confeſſio procuratoris in alio iudicio, & ad alium finem non noceat Domino, nec præiudicet per ſe
47 ipſam, vt non negant Domini de Condulmerijs, verum tamen eſt, quod huiuſmodi confeſſio pręiudicat ſecuta ratificatione Dominæ, quam in ſpecie, de qua agitur ſequutam eſſe dicebant ex ſupplicatione porrecta Illuſtriſſimo Domino Iudici ſapientum, in qua ſpecialiter fuit facta mentio dictæ ſententiæ declarantis hęreditatem dicti Leandri eſſe exauſtam.

Quoniam fuit reſponſum non apparere Dominam Lucretiam talem ſupplicationem porrexiſſe, nec ipſam de ea aliquam ſcientiam habuiſſe, & quatenus porrexiſſet forſan dici poſſet pręſumi ratificationem ſententiæ, ſed non aliorum actorum, qui in ſententia non erant expreſſi, & maximè præiudicialium, cum certum ſit ratificationem

48 tionem eorum, de quibus certa, & determinata ſcientia non habetur minimè fieri poſſe, vt poſt Caſtrenſ. Ruin. Crauet. Natt. Becc. & alios conſuluit Surd. conſil. 262. non ſunt leues rationes. numero 70. libro 2. folio 279. qui ſubdit illum,
49 vt dicatur plena ſcientia debere eſſe, cum omnibus qualitatibus, & circumſtantijs, & tenet Barz. deciſio. 48. quęſitum primo loco, num. 29. & 30. folio 133. Bec. conſilio 37. in cauſa præſenti &c. num. 24. folio 67. & Surd. conſilio 183. propoſita facti ſpecies. numero 32. folio 98. qui dicit neceſſe eſſe, quod tenor contractus, ſeu inſtrumenti legatur ad hoc, vt valida fieri poſſit ratificatio.

50 Quæ ſi in qualibet perſona procedunt à fortiori in muliere procedere debere cenſuerunt, quæ ex diſpoſitione ſtatutorum actum quemlibet ſine certis ſolemnitatibus facere non poteſt, vt validè agat ad tradita per Magon. dicta deciſio. Lucen. 13. hominis ætas. numero 28. folio 45.

Rurſus fuit dictum aſſertam ratificationem in hac ſpecie non valuiſſe, quia requirebatur ſpeciale mandatum ad confitendum bona prædicta
51 eſſe ſuppoſita fideicommiſſo, vel aliter grauata, cum ex ea reſultaret alienatio iſtorum bonorũ, & iurium ſæpedictæ Dominæ Lucretiæ. l. contra iuris. §. final. ff. de pact. Burſat. conſilio 158. dubitandum non eſt. num. 16. libro 2. folio 137. ſine quo facta non tenet, nec admittitur Calcan. conſilio 77. primò eſt videndum. numero 10. folio 133. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 148. numero 7. Felin. in cap. cauſam. numero 9. in verſiculo fallit tamen primo. folio 15. extra de iudic.

Item animaduerſum, quod etiam propria confeſſio ipſius Lucretiæ ſibi non præiudicaſſet,
52 nam omiſſo, quod confeſſio hæredis ſuper exiſtentia fideicommiſſi declarat quidem fideicommiſſum, caſu quo dubitetur, an teſtamentum, vel aliud publicum inſtrumentum illud contineat, necne, ſed nullo modo probat illius exiſtentiam, vbi de eo per publicam ſcripturam non conſtat. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. libro 3. titul. 1. numero 29. verſiculo cęterum. fol. 36. Menoch. conſ. 636. cum hac de facti ſpecie interrogatus. numero 33. & ſequent. libro 7. fol. 117.

Dictæ poſitiones nihil continent circa aſſertum fideicommiſſum, niſi quod Comes Amorottus inſtituit filios, & ei fecit ſubſtitutiones, ex quo non ſequitur, quod Scipio fuerit vocatus, quod caſus fideicommiſſi euenerit, & quod ſolus ipſe ex vocatis ſupereſſet, quia iſta articuli non continent, minuſque ex illis prætenſa confeſſio Lucretiæ inferri poteſt immo credendum eſt, quod ſi aliquod extaret fideicommiſſum, etiam dictam Lucretiam fuiſſe vocatam cum id videatur confeſſum fuiſſe dictum Dominum Comitem Scipionem, dum permiſit Dominam Lucretiam eadem iura ſibi reſeruare in inſtrumento aditionis hæreditatis paternæ ad tradita per Burſat. conſilio 170. teſtatur. numero 12. libro 2. folio 176. & conſequenter cum ſit pręmortuus dictus Dominus Comes Scipio totum fideicommiſſum ad eam deuoluiſſe.

Quod autem poſitiones prædictæ contineant Scipionem adiuiſſe hæreditatem Domini Ammorotti non importat id iure factum fuiſſe, quia poteſt eſſe, quod adiuerit, vt ſæpę contingit credens ſe eſſe hæredem, cum verè non fuerit, quo caſu non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit
53 abeſſe. l. neque natales. C. de probationib. minuſque probatio dubia releuet. l. non hoc vnde legitimi, maximè vbi agitur de fideicommiſſo ad tradita per Surd. conſilio 505. quia agens ad fideicommiſſum. numero 6. libro 4. folio 218. & ſequen.

54 Immo cum confeſſio ſit dubia illa ad fauorem confitentis eſt interpretanda ſecundum Bartol. in l. ſi quis intentione. num. 5. ff. de iudic. Roman. conſilio 455. in caſu præmiſſo. num. 6. folio 332. & Caputaq. deciſio 189. confeſſio dubia. nu. 1. par. 1. fol. 513.

Præterea cum memoratæ poſitiones contineant hæreditatem Comitis Leandri eſſe debi-
55 tricem dotium maternarum ipſius Lucretię, quę quidem ad ipſam in totum ſpectabant vigore dicti teſtamenti paterni, & fraternæ approbationis, & omnia ex bonis prædictis, etiãſi de fideicõmiſſo fuiſſent, cum, vt ex aduerſo prętenditur, alia bona non extarent, venirent detrahendæ. l. Marcellus. §. fin. ad Trebell. Authen. res, quæ. C. commun. de legat. Gabr. conſ. 111. in hac ſpecie. vol. 2. fol. 179 Surd. conſilio 576. repellendum arbitror. nu. 42. lib. 4. fol. 531.

Et multo magis retinendæ, quia ex ijs bonis iam Lucretia dotata fuerat, nam cui datur actio multo magis conceditur retentio, vt in l. per retentionem. C. de vſur. & poſt Bal. Paul. de Caſtr.
57 & alios tradit Crauet. conſ. 148. nobilis Antonia numero 2. folio 153. quod ius etiam ſine ceſſione tranſit in ſingularem ſucceſſorem, vt per text. in l. hoc iudicium. §. impendia verſiculo, ſed his qui à me emerit. ff. de commun. diuidun. Barto. Alexand. Roman. Ripa. Tiraquel. & alios ſcribit Surd. conſilio 183. propoſita facti ſpecies. nu. 5. lib. 2. fol. 95.

Circa quartam ſcripturam, quæ fuit ipſa ſententia

58 tentia vltra ſuperius deducta, & quod ſententia
non facit rem iudicatam, niſi concurrant illa-
t; ia, de quibus in l. cum quæritur, cum duabus le-
gibus ſequentibus. ff. de except. rei iud. & per De-
ci. conſilio 445. in caſu ad me tranſmiſſo, numer.
43. folio 6. & Surd. conſilio 189. quamuis con-
ſtet, numero 29. libro 3. folio 112. nempe, quod
ſint eædem perſonæ idem ius, & idem modus
agendi.

59 Fuit conſideratum, quod ſententia memorata
non explicat, ex qua cauſa hæreditas prædicta
fuerit exauſta, ſed tantum ſe refert ad cauſas, de
quibus in proceſſu, quo caſu ſicuti ſine proceſſu
nihil probat, ita nec affirmari poteſt per Lucre-
60 tiam fuiſſe approbatam ſaltim validè, niſi pro-
betur eam vidiſſe omnia acta, & totum proceſ-
ſum, & eorum plenam notitiam habuiſſe ad tra-
dita per Natt. conſilio 162. perſpecto, num. 33.
libro 1. folio 363. Pedemon. deciſio. 174. verum
quoniam, num. 4. folio 711. Galleſ. ad form. Ca-
meral. obligatio. in rubrica reliqua de proceſſ.
ſumma, numero 9. folio 135. Surd conſilio 251.
quæ mouentur num. 2. folio 250. & conſil. 262.
non ſunt leues rationes numero 70. libro 2. fol.
279. maximè, vbi agitur de magno præiudicio,
vt per Galleſ. vbi ſupra, & dixi in deciſio. Mar-
61 chiæ deciſio. prima. Honorius filius, numero 27.
folio 2. & in ſententia, ex qua non præſumitur,
niſi in quantum ex ea infertur, cum ſit ſtricti iu-
ris, vt per text. in l. penultima cum ibi notatis, de
his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. 2. C. de ordin. co-
gnitio. cum ibi notatis, & l. 1. C. ſi plur. vna ſen-
ten. poſt Bartol. & Deci. conſuluit Cephal. conſ.
377. nobilis Dominus Antonius, num. 68. lib. 3.
fol. 421.

62 Et conſtet de relato per regulam, quod refe-
renti non creditur, niſi oſtendatur relatum vul-
gata. l. aſſe toto. ff. de hæredibus inſtituendis.

Quinimo in dubio credi iuridicè potuit iudi-
cem illum potius motum fuiſſe ad declarandum
dictam hæreditatem exauſtã ratione dictar. Do-
tium, & aliorum bonorum maternorum, quàm
ratione fideicommiſſi, de quo nihil penitus con-
63 ſtabat, cum ſententia ſemper debeat interpreta-
ri, vt iuſtitiam contineat. Surd. deciſio. 69. vigore
Mantuani ordinis. num. 8. folio 159. Tuſc. con-
cluſio. 12. nu. 1. ſol. 16.

Circa quintam, & vltimam ſcripturam hoc
eſt ſupplicationem porrectam Illuſtriſſimo Do-
mino Iudici ſapientum dictum fuit huiuſmodi
fundamentum, ſeu obiectionem fuiſſe iam peni-
tus ſublatam ex eo, quod non conſtat illam fuiſ-
ſe datam à dicta Domina Lucretia, nec quod ea-
64 dem Lucretia notitiam habuerit de ea, & vlte-
rius conſideratum porrectionem dicti ſupplicationis fuiſſe actum extraiudicialem, in quo non concurrunt requiſita ad inducendum iudicium, & conſequenter nullum, tanquam factum ſine ſolemnitatibus ſtatuti, maximè cum ſatis clarè appareat de contraria mente ipſius Lucretię ſubſecuta poſt dictam aſſertam ſupplicationem, & mortem fratris, cuius hæreditatem dum adiuit in inuentario non appoſuit bona prædicta tãquam aliunde ſibi acquiſita, & ſi dicta bona poſtea poſſidet abſque onere, de quo in dicta ſententia non conſtitit ipſam ſciuiſſe dicta bona fuiſſe liberata potius ex vna cauſa, quam ex alia, & potuit credere liberata eſſe ex credito ſuarum dotium, & aliorum bonorum maternorum, vt ſupra fuit explicatum. Et ita fuit concluſum referente admodum Illuſtri, & Excellentiſſimo Domino Paſio de Paſijs Ariminenſi. I. C. celebri dudum Rotæ Lucenſis Bononienſis, ac Ferrarienſis, nunc verò Rotæ Florentinæ Auditore, ac in Lucenſi, ac Ferrarienſi collega, ac Domino meo, qui illam præclaram ingenij ſegetem, quã præſeferebat ad vberrimam frugem ſumma cum laude ſemper vbique perduxit.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De executione inſtrumenti, ſeu inſtrumentorum exceptionibus eam impedientibus, & læſione contractus vltra dimidiam.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum eſt probatio probata clara, & manifeſta.*
2 *Exceptio falſitatis, pacti de non petendo, ſeu quietationis, & ſolutionis impediunt executionem publici inſtrumenti.*
3 *Exceptio vſurariæ prauitatis an retardet executionem.*
4 *Lęſio debet probari ab allegante.*
5 *Lęſio non pręſumitur.*
6 *Lęſio vltra dimidiam iuſti pretij debet probari de tempore contractus.*

DECISIO XLVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Dominus Petrus de Carolis vti ceſſionarius Domini Franciſci de Comitibus aſſerens ſe creditorem DD. Pauli,& Ioann.Baptiſtæ de Feſtinis de ſcut.40. ſaluo iure,ſibi debitis, cauſa,& occaſione vſuum bonorum, de quibus in inſtrumento rogato per Dominum Camillum Lantium Notarium publicum Ferrariæ de anno 1605. ſub die 22.Auguſti, ſuam ſuper præmiſſis coram Domino Locūtenente cauſarum ciuilium propoſuit petitionem, ac proteſtationem. Verum, quia dicti de Feſtinis excipiendo opponebant inſtrumentum memoratum eſſe nullum, & reſcindendum,tam ex capite vſurariæ prauitatis, quàm enormiſſimæ læſionis vltra dimidiam iuſti pretij, dictus Dominus Locumtenens pronuntiauit petitum præceptum contra Feſtinos non eſſe committendum ſtantibus rebus,& probationibus,de quibus in proceſſu prout ſtant, ſed contractum & vſum, de quo agitur reducendum eſſe ad iuſtitiam, & habita ratione veri & iuſti valoris rei vſui ſuppoſitæ huiuſmodi vſum percipiendum,ſeu conſequendum fore,& eſſe, non autē quantitatis petitæ,& in inſtrumento contentæ, & aliàs vt in ea. Hæc ſententia in cauſa appellationis per Excellentiſſimum Dominū Rotæ Prætorem fuit reuocata, & gratiamen contra dictos de Feſtinis pro ſcutis 40. ſaluo iure, de quibus in petitione damnis,& intereſſe, & aliàs prout in ea relaxatum.

Sed quia ab ea per Feſtinos fuit appellatum ad Rotam, & diſputatum an prædicta ſententia Domini Iudicis à quo eſſet confirmanda,vel infirmanda DD. omnibus bene viſis, & maturè conſideratis dixerunt ſententiam præfatam eſſe confirmandam,prout confirmauerunt.

Moti, quia Actor habet intentionem fundatam in publico inſtrumento,ſeu inſtrumentis,de
1 quibus in actis, quæ iuxta vulgaria faciunt probationem probatam,claram,ac manifeſtam, cuius,ſeu quarum executio ex prędictis minimè retardari poteſt,cum tres ſolæ exceptiones recipia-
2 tur, nempe falſitatis, pacti de non petendo, ſeu quietationis,& ſolutionis,ut poſt Bartol.in l.1.§. & parui refert.ff. quod vi aut clam. Caſſador. in titul.de mutuis petitio. deciſio.vnica,tradit Galleſ.ad formul. cam. obligatio ad quartam particulam, quæſti.1.numero 2.folio 60. & Gratian. diſcepta.forenſ.cap.264.num.43.

Et tanto magis, quod illæ non fuerunt probatæ.

3 Minuſque doctum de dicta vſuraria prauitate, quatenus opponi potuerit, vt putat Barz. in ſuo tractat.de quaranti.q.7.fol.150.

4 Nec de prætenſa læſione vltra dimidiam iuſti pretij,quę ad contractus reſciſſionem plene pro-
5 banda erat ab allegante cum lęſio non pręſumatur Cephal.conſ.496.Illuſtris Dominus Actor. numero 40. & 41.libro 4. folio 247. de qua nihil,quod releuet teſtes reorum deponunt,minuſque ,quod illa adeſſet de tempore celebrati contractus affirmans, prout erat neceſſarium. l.ſi voluntate in fine.C.de reſcinden. venditio.l.3.§.diui fratres. ff. de iur. fiſc. Pariſ. conſilio 16. circa præſentem conſultationem.numero 83.libro 2. folio 49.Ruin.conſilio 35. adeo plenè.num.35. volum.1. verſiculo, ſed præmiſſis non obſtantibus,volum.1.folio 58. & conſilio 79.ſuper puncto.numero 1. eodem volum.1.folio 130. Cranet.conſilio 114. Ioanna filia Antonij.num.16. folio 114. conſ.151.neminem exiſtimare. num. 7.folio 156.& conſilio 188.Magnificus Senatus numero 4. folio 191. Gabr. concluſio. 1. de emption.& vendition.numero 47. verſiculo primo limita.folio 240.Alb.conſilio 115. præſens cauſa.numero 12.folio 105.& conſilio 116.in cauſa Magnificæ.numero 5.libro 1. folio 105.& conſ. 256.in caſu propoſito. numero 13.& 27. lib. 2. folio 64. & Cephal. conſilio 563. præſentium dubitationum. numero 48. libro quarto, folio 536.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Appellatio an detur à ſententia ſuper litis pendentia.

SVMMARIVM.

1 *Vbi de litis pendentia contenditur à ſententia deſuper lata an poſſit appellari.*

DECISIO XLVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 A Sententia lata ſuper litis pendentia datur appellatio, vt in puncto conſuluit Pariſ.conſilio 49. ad primum.numero 25.libro 4. folio 69. Franciſ. Curt. iunior. conſilio 175. contra

tra ea.numero 2. folio 115, vt tenet Felin.in cap. cum M.Ferrarienſis.numero 25. de conſtitutio. folio 38.& Lancellot.de attentat.lit.pendent. 2. part.c.4. limitat.2.num.64. & 65.fol.131.& nu. 66.fol.eod.131.

Laus Deo,& Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Exceptio rei iudicatæ, quando obſtet.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruata qui veniant in ſententia.*
2 *Res iudicata talis eſſe dicitur, qualis apparet ex verbis ſententia.*
3 *Sententia eſt ſtricti iuris, & non extenditur vltra quam eius verba ſonant.*
4 *Res iudicata, vt inducatur, quæ copulatiue requirantur.*
5 *Variato modo agendi, an poſſit iterum agi, re iudicata non obſtante.*
6 *Diſcuſſum, ac examinatum in vno iudicio, an poſſit repeti in alio.*
7 *Concurſus illorum trium, quæ requiruntur ad formam legis cum quæritur. ff. de exceptio. rei iudic. quomodo intelligatur.*
8 *Verba dictæ legis cum quæritur large ſumi debent pro communi vtilitate, vt ſit litium finis.*
9 *Iudicium poſſeſſorium, quando habeat admixtam cauſam proprietatis.*
10 *Poſſeſſio defuncti ex forma ſtatuti Ferrariæ continuatur in hæredem.*
11 *Sententia lata in ſummario, quando pariat exceptionem rei iudicatæ in plenario.*

DECISIO XLIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Dominus Benedictus Siluestrius condito teſtamento inſtituit eius filios maſculos hæredes, eique ſubſtituit eorum deſcendentes maſculos in infinitum, ac ipſis deficientibus vocauit filias fœminas ipſius teſtatoris.

Mortuo teſtatore deceſſerunt quoque filij, & hæredes, vt ſupra inſtituti, & vltimo loco mortuus fuit Dominus Alfonſus teſtatoris, ex filio nepos, ſuperſtitibus Illuſtr. DD. Franciſco, & Franciſco Maria iuris vtriuſque Doctore de Silueſtris eius proximioribus agnatis, & iuxta diſpoſitionem ſtatuti Ferrariæ ab inteſtato hæredibus vniuerſalibus, & ſuperſtite etiam Illuſtri D.Benedicta teſtatoris filia.

Memoratus Doctor requiſitus à Dom. Narãtia, quæ illum ſolum hæredem Alfonſi arbitrabatur poſtpoſito dicto Franciſco, licet in pari gradu cum illo, vti à radice infecta proueniente deuenit ad compromiſſum cum ea ſuper iuribus hereditarijs, facta etiam verbali reſtitutione præſenti fideicommiſſi d.q.Benedicti.

Poſtea idem Dominus Doctor vendidit, ac ceſſit prædicto Domino Franciſco omnia ipſius iura hæreditaria, qua de re idem Dominus Franciſcus, tam ſuo nomine proprio, quàm vti ceſſionarius, & procurator in rem propriam dicti Domini Doctoris obtinuit immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditatis ab Excellentiſſimo Domino Locumtenenti cauſarum ciuilium.

Inſurrexit Domina Narantia, & oppoſita prætenſa incapacitate Domini Franciſci, & pendentia compromiſſi inter eam, & dictum Doctorem, allegatoque ſe eſſe in poſſeſſione bonorum ex aſſenſu dicti Domini Doctoris obtinuit immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditatis, vt ſupra conceſſam dicto Domino Franciſco ſuſpendi.

Hanc verò ſuſpenſionem, cum inſtaret ipſe Dominus Franciſcus reuocari, Domina Narantia egit cum dicto Doctore, & curauit, quod ipſe reuocaret venditionem, & ceſſionem factam dicto Domino Franciſco, & mandatum in eo collatum, atque inſuper, quod ſibi relaxaret poſſeſſionem, & proprietatem bonorum fideicommiſſo dicti Benedicti ſuppoſitorum, vt plenius habetur in inſtrumento in proceſſu producto.

Et licet poſtea dictus Doctor reuocaſſet quæcunque geſſerat cum Domina Narantia ipſa nihilominus producto inſtrumento prædicto oppoſuit geſta à dicto Doctore cum ipſo Domino Franciſco eſſe nulla, & inualida, & talia eſſe petijt pronunciari, inſtrumentumque à ſe ipſa productum fore præferendum, ex quo dixit apparere litem eſſe finitam inter eam, & Dominum Doctorem, nec amplius de poſſeſſione, vel de proprietate diſceptandum, & prædictis ſtantibus dixit ipſum, nec ex ceſſione prædicta tanquam inualida, neque ex perſona propria, tanquam incapace eſſe audiendum.

Replicato autem à Domino Franciſco, vt in proceſſu Domini Locumtenens reuocauit ſuſpenſionem immiſſionis, & aſſignauit terminum partibus ad probandum, quem Domina Narantia aſſignari petierat.

Hoc termino aſſignato Domina Narantia, iterum latè oppoſuit aduerſus ceſſionem, & em-

ptionem D.Franciſci,& etiam aduerſus eius per-
ſonam, & eo pendente omnes, quas voluit fecit
probationes. & è conuerſo Dominus Franciſcus
operam dedit, vt omnes exceptiones prædictas à
ſe repelleret, & publicato poſtea proceſſu lata
fuit ſententia, qua pronuntiatum fuit Dominum
Franciſcum eſſe abſoluendum à petitis per Do-
minam Narantiam reſeruato illi iure petendi fi-
deicommiſſum, de quo in proceſſu, & hęc ſenten-
tia in gradu appellationis à Domina Narantia
interpoſitæ confirmata fuit, reſeruãdo tamen ei-
dem Narantiæ ad aliud Iudicium, ne dum iura,
ſiue prætenſum fideicommiſſum, ſed, & quæcun-
que alia, quæ ipſi quouis modo competant in
bonis, & hæreditate Alfonſi.

Cępit poſtea iudicium Narantia aduerſus Do-
minum Franciſcum, quo petijt ab illo bona re-
manſa in hæreditate teſtatoris, ne dum vigore fi-
deicommiſſi, ſed & iurium à d. D.Franciſco Ma-
ria acquiſitorum.

Oppoſuit Dominus Franciſcus exceptionem
rei iudicatæ reſpectu aſſertorum iurium acquiſi-
torum, ſuper qua Domini habita ratione omniũ
iurium deductorum pro parte D. Benedictæ in
alijs iudicijs inter ipſam, & Dominum Franci-
ſcum agitatis coram excellentiſſ. DD. Locumte-
nente ciuili, & Vffredutio Prætore Rotæ, & de
quibus in proceſſibus exhibitis concorditer dixe-
runt reſpectu prætenſi fideicommiſſi, & aliorum
iurium reſeruatorum in ſententijs dictorum Do-
minorum Locumtenentis Ciuilis, & Rotæ Præ-
toris pariter exhibitis non obſtitiſſe, nec obſtare
rem iudicatam. Reſpectu verò aliorum iurium
in dictis ſententijs non reſeruatorum dictam
rem iudicatam obſtitiſſe, & obſtare, & alias prout
in ſententia deſuper lata ad quam &c.

Moti, quia dixerunt iura, ſiue prętenſum fidei-
commiſſum, necnon, & iura in bonis, & hęredita-
te q. D. Alphonſi, quatenus proueniant ex titulis
non allegatis coram Illuſtribus Dominis Lo-
cumtenenti, & Prętore cenſeri reſeruata, ſecus ve-
ro ſi ex titulis deductis, & ſtante abſolutione præ-
dicta decidis deducerentur ad tradita per Cozzad.
1 conſ.38. in cauſa Nobilium: nu. 12. fol. 67. Mo-
nac.deciſ. Bonon. 40. ſuppoſito. punc. 8. nu. 29. &
32. fol. 95. & Tuſc. concl. 245. litera R. nu. 4. cum
2 ſeq. li. 6. fol. 993. & conſequenter talem eſſe rem
iudicatam, de qua agitur, qualem perneceſſe eſſe
debere colligitur ex verbis dictarum ſententiarũ;
vt poſt Bar. & alios in l. 1. C. de ordin. cogni. Ca-
ſtr. in l. quod in diem. §. ſi rationem de compenſa
tio. tradit Corn. cõſ. 62. quamquã videatur. nu. 7.
col. 3. li. 4. fol. 61. & Sur. cõſ. 189. quãuis conſtet
3 nu. 38. li. 2. fol. 112. quæ ſunt ſtricti iuris, & non
extẽdũtur vltra quã verba ſonant l. ſi plures. C. ſi
plur. vna ſent. Bar. in l. Iulianus. n. 5. ff. de cõd. in-
deb. Dec. cõſ. 43. & pro tenui. n. 40. fol. 42. & cõſ.
323. viſis cõſilijs. nu. 1. fol. 109. cũ alijs citatis per
Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 9. nu. 184. fol. 116.

Nec dicatur in ſpecie, de qua agitur D. Naran-
4 tiæ nullam quouis modo obſtare rem iudicatam
ob defectum illorum trium, quę in ea copulatiuè
requiruntur, nempe, quod idem petatur. Secũdò,
quod eadem ſit conditio perſonarũ. Tertiò, quod
eadem ſit cauſa petendi iuxta tex. in l. cum quęri-
tur cum duab. ll. ſeq. ff. de excep. rei iud. & tradita
per Dec. conſ. 445. in caſu ad me tranſmiſſo nu.
43. par. 4. fol. 6. & Sur. conſ. 189. quamuis cõſtet.
nu. 29. li. 2. fol. 112. quæ hic minimè concurrunt
5 ob variationem modi agendi, qua ſublatum dici-
tur tertium requiſitum, quo caſu poteſt iterum
agi non obſtante re iudicata, vt poſt Bald. Alb.
Caſtren. & Abbat. in puncto cenſuit Rot. Flor.
per Magon. deciſio. 3. quę olim. numero 34. fo-
lio 31.

Quia cum in illo iudicio fuerit actum, tam
de poſſeſſione, quam de proprietate, & in hoc de
proprietate quęratur ex eiſdem titulis, quibus an-
tea diſceptatum fuerat, dictum fuit modum in-
tentatum in ſecundo iudicio non eſſe diuerſum
ab eo, qui fuit actitatus in primo, & conſequen-
6 ter obſtare rem iudicatam, quia etiã illud, quod
fuit diſcuſſum, & examinatum in vno iudicio,
non poſt reperi in alio; vt per Bartol. in l. ſi quis
cum totum. §. ſi. & in l. & an eadem. §. 1. ff. de ex-
ceptio. rei iudica. & in l. 2. §. 1. verſiculo tamen
pro declaratione. ff. de vi bono. rapto. Riminald.
iun. conſ. 413. Domini Conſeruatores. nu. 8. lib.
4. fol. 232. poſt Angel. Bald. Alberic. de Roſat. &
alios conſuluit Surd. conſ. 312. Rei iudicatæ ex-
ceptio. nu. 9. fol. 59.

Secundò fuit reſponſum, quod etiam vbi res
eſſent diuerſæ, & diuerſus modus agendi, adhuc
in iſta ſpecie obſtare rem iudicatam ſecundum
Franciſc. de Pont. conſ. 49. omne, & totum nu. 3.
& 5. fol. 124. qui in ſpecie reſpondet ad d. l. cum
7 quæritur. ff. de exceptio. rei iudic. quia concurſus
illorum trium, de quibus in dictis iuribus ſufficit,
quod interueniat ſi non verè, ſaltim interpretati-
uè, vt ad literam declarat Bar. in d. l. & an eadem
§. 1. circa medium in verſ. dixi tibi. ff. de exceptio.
rei iudic. & conſuluit. Socin. conſ. 18. proſequẽdo
ordinem. num. 44. lib. 1. fol. 34. & Franciſcus de
Ponte. d. conſ. 49. nu. 3. qui pariter eadem vtitur
ratione, licet dicta iura non alleget, & largè ver-
8 ba dictæ legis cum quęritur ſumi debere affirmet
pro communi vtilitate, & celeriori litium fine, vt
ibidem. nu. 5. cum ſeq. d. fol. 124. & 125.

Quod illud iudicium fuerit ſummarium, & conſequenter, quod ſententia lata in eo non pariat exceptionem rei iudicatæ in plenario nihil facit, quoniam eſto, quod iudicium memo-
9 ratum fuerit ſuper poſſeſſione, reſponſum fuit illud habuiſſe admixtam cauſam proprietatis, quia Narantia egit ex iuribus ſibi ceſſis à Doctore Franciſco Maria Silueſtrio, vti hærede D. Alfonſi Domini Benedicti Silueſtrij teſtatoris, qui
10 fideicõmiſſum fecit ex filio nepotis, in quem ex forma ſtatuti Ferrariæ lib. 2. rubr. 82. fol. 79. continuabatur poſſeſſio defuncti ad tradita in puncto per Rotam diuerſorum deciſion. 34. concluſum fuit num. 21. par. 2. fol. 554. Paſer. conſ. 172. in cauſa Scaronia num. 6. folio 161. & Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 13. num. 9. fol. 427. aliaque fecit, & oppoſuit, de quibus ſupra, quæ multo magis expreſsè memoratam augent mixturam poſſeſſorij cum petitorio.

Secundò fuit dictum, quod quatenus primum
11 iudicium fuiſſet ſummarium, ſufficiebat tamen fuiſſe adhibitam plenam cauſæ cognitionem, de qua Domini conſtare cenſuerunt ex exceptionibus hinc inde propoſitis, & ex eo ſpecialiter, quod Domina Narantia inſtetit ceſſionem dicti Domini Franciſci infringi exhibitis multis iuribus, de quibus in actis, quo caſu ſententia lata in ſummario exceptionem rei iudicatæ parit in plenario, ad tradita per Magon. dicta deciſione Florent. 3. numero 33. folio 31. Gratian. diſcept. forenſ. lib. 3. cap. 445. nu. 6. & ſeq. fo. 113.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Bona data in ſolutum pro credito, an ſint hæreditaria, veneritque caſus fideicõmiſſi, de quo agitur.

SVMMARIVM.

1 *In ſubſtitutione generali omnium bonorum mobilium, immobilium, iurium, & actionum, & nominum debitorum, an comprehendatur creditum hæreditarium.*
2 *Hæres quando loco pecuniarum hæreditariarum accipit in ſolutum bona ſtabilia ad extinctionem partis debiti, bona ſic accepta, an cenſeantur ſubrogata loco dicti crediti hæreditarij, & effecta fideicommiſſaria, ſicut erat præallegatum creditum, cum ſeq.*
3 *Res permutata loco eius, quod debebatur ſuccedit.*
4 *Acquiſita ex rebus alicuius hæreditatis, ſeu corporis vniuerſalis computantur in iure vniuerſalis hæreditatis.*
5 *Acquiſita ex re hæreditaria, vel ex pretio rerum hæreditariarum veniunt in reſtitutione rerum fideicommiſſi tanquam ſubrogata loco bonorum fideicommiſſi, ſiue res ſit permutata cum fideicommiſſario, ſiue ſit empta ex pretio bonorum ſubiectorum fideicommiſſo.*
6 *Res empta per tutorem ex pecunia hæreditaria venit in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis.*
7 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*
8 *Bona data in ſolutum hæredi pro credito hæreditario ſunt hæreditaria, & veniunt in fideicommiſſo vniuerſali.*
9 *Pecuniam exigens à debitore hæreditatis fideicommiſſo ſubiectæ, & deinde per circuitum ex illa pecunia, quæ non erat ab origine fideicommiſſaria rem emens huiuſmodi res empta, an remaneat fideicommiſſo ſubiecta.*
10 *Res data in ſolutum an efficiatur fideicommiſſaria, cum ſeq.*
11 *Datio in ſolutum æquiparatur permutationi, vel emptioni.*
12 *Iudicium liquidatorium eſt diuerſum à Iudicio principali.*
13 *Reſeruationes quando rectè fiant, & num. 12. cum ſeq. Nemini ſit præiudicium, neque iniuria ſi quæ ſunt illæſa conſeruantur, & ceſſat dolus arbitri.*
14 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem reſeruantur.*
15 *Statutum Ferrariæ lib. 2. c. 22. ſub rubr. de compromiſſis. fol. 37. verſiculo volentes, & mandantes. fol. 37. prohibens reſeruationes non habet locum vbicunque partes voluerunt cauſam, & cauſas expediri vno vel pluribus laudis.*
16 *Inferior non ſe intromittit, vbi ſuperior poſuit manus. Crauet. conſ. 148. Nobilis Antonia. nu. 3. verſic. cum ſeruitus lib. 1. fol. 153. cum ſimilibus.*

DECISIO L.

MAXIMO DEO AVCTORE.

Illuſtriſſimus Dominus Marchio Ferrantes Eſtēſis Taſſonus, in eius vltimo teſtamento ordinauerat fideicommiſſum fauore ſenioris in familia Dominorum de Taſſonis, eo caſu, quo in totum deficeret linea maſculina deſcendentium ab ipſo teſtatore: & per mortem Illuſtriſſimi Domini Marchionis Herculis, vltimi deſcendentis ab eo, euenerat caſus dicti fideicommiſſi in perſonam Illuſtriſſimi D. Comitis Iulij Cæſaris Eſtenſis Taſſonis ſenioris de dicta familia: & cum bona, & iura dicti teſtatoris eſſent in diuerſis Territorijs, nempe Venetiarum, Ferrariæ, Mutinæ, ac in Prouincia Romandiolæ placuit dicto Domino Comiti, experiri de iuribus ſuis in Dominio Veneto contra Illuſtriſſimas Dominas Claudiam, & Beatricem filias dicti Domini Marchionis Herculis, detentrices bonorum vulgò nominatorum della Preſciana, & obtinuerat realem dictorum bonorum poſſeſſionem, vt in actis. Cuius quidem iudicij occaſione fuit per dictas partes mediante Illuſtriſſima Dom. Marchioniſſa Catharina

tharinæ matre, ac tutrice dictarum Dominarum ſororum deuentum ad conuentiones, pacta, & tranſactionem, vt in capitulis, de quibus in proceſſu firmatis ſolemniter in eadem ciuitate Venetiarum ſub die 3. Iunij 1614. conuenerunt autem inter cætera.

Che ſi coſtituiſca, & liquidi vn corpo delle facultà, & hæredità del quondam Marcheſe Ferrante di ſtabili, mobili, animali, ori, gioie, denari, crediti, & ogni altra coſa, che ſi foſſe trouata al tẽpo della ſua morte, ſottopoſta alla ſua ordinatione, & teſtamento: Et hoc ad effectum, necnon, & per modum, de quo in c. 1. dictę conuentionis.

Secundo loco pepigerunt his verbis præciſis. Che la Signora Marcheſa non metta in diſputa, ſe ſia venuto il caſo del fideicommiſſo; il che s'intenda tanto in Ferrara, quanto in Modena.

Et che s'intenda per giudicato, che tutti li mobili, ſtabili, animali, & tutto quel, che ſarà dell'heredità del Marcheſe Ferrante, come ſi giuſtificarà per l'inuentario; ſia del Seniore, ac vt in cap. 2.

Conſtat autem ex proceſſu de inuentario ſolemniter acto, ſtatim poſt mortem dicti D. Marchionis Ferrantis per Illuſ. D. Comi. Herculem Eſtenſem Muſtium, tunc tutorem Domini Marchionis Herculis, filij, ac hæredis vniuerſalis dicti March. Ferrantis.

Tertio loco firmarunt in cap. 6. Che'l poſſeſſo appreſo (ſentientes de bonis Priſcianæ) per il Signor Conte, reſti fermo à beneficio del Seniore, & non poſſi mai la Signora Marcheſa hauerui ſopra alcuna pretenſione, ſe non nel caſo eſpreſſo nel capitolo primo al fine. Addentes inſuper in eodem cap. 6. Et quanto alli beni dell' Hoſpitaletto, preteudendo la Signora Marcheſa, che queſti ſiano di ragione della ſpetialità del Marcheſe Hercole.

Et all'incontro pretendendo il Signor Conte, che anche queſti ſiano ſoggetti al teſtamẽto del Signor Marcheſe Ferrante. Però dichiarano eſſe parti, che li Signori Arbitri, che ſaranno eletti in Ferrara debbino in primis, & ante omnia, conoſcer', & terminare queſta difficultà. Et ſe fuſſe giudicato, che fuſſero di ragione del fideicommiſſo, reſtino al Seniore, come gli altri della Priſciana: douendo fra tanto reſtar li frutti in depoſito, appreſſo l'affittuale.

Quarto concordarunt in c. 7. Che per eſecutione, & effettuatione delle coſe predette ſiano per le parti eletti due Dottori in Ferrara, confidenti, a' quali ſi dia autorità di giudicare quello, che gli parerà eſſer di giuſtitia. Quodque in illis capitibus, in quibus eſſent diſcordes, eligeretur tertius, cum hac tamen declaratione, videlicet, Non potendo però alterare queſti tre Dottori in alcuna parte le coſe per la preſente ſcrittura ſtabilite: non oſtante qual ſi voglia legge, ò ſtatuto in contrario.

In executione huius conuentionis. Nos infra ſcripti, fuimus electi ab ipſis partibus, in Arbitros, cum facultate iudicandi inappellabiliter, ac vt latius in compromiſſo, regiſtrato in proceſſu. Signanter autem fuit nobis conceſſa poteſtas iudicandi vnico, vel pluribus laudis.

Acceptato deinde per nos cõpromiſſo, ac onere iudicandi; datiſq; hinc inde petitionibus, & exceptionibus, & fabricatis proceſſibus, tã generaliter ſuper controuerſijs circa dictum fideicommiſſum, quam ſpecialiter ſuper differentia bonorum Hoſpitaletti, alijſq; ſubſtantialibus terminis ſeruatis. Nos inhærendo pacto, vt in cauſa Hoſpitaletti in primis, & ante omnia terminaretur, in eam deuenimus ſententiam, quod bona Hoſpitaletti fuerint, ſintque de iuribus, & bonis d. Dom. Marchionis Ferrantis, & ſubiecta dicto fideicommiſſo, vt in primo laudo.

Fundamentum iſtius deciſionis fuit, quia ex proceſſatis conſtabat, quod Ioãnes Brancolinus olim factor dicti Domini Marchionis Ferrantis erat debitor illius ob adminiſtrationem bonorũ Priſcianæ ex duobus inſtrumentis, & ex computibus ſolidatis in vna manu ex inſtrumento diei 23. Aprilis 1596. in & de libris 10383. paruarũ Monetæ Venetæ, vt in proceſſu; in alia manu ob cõtinuatam adminiſtrationẽ dictorum bonorũ à die 23. Aprilis 1596. ad diẽ 15. Februarij 1602 fuerat declaratus debitor librarum 4746. 17. & ſic in totum pro ſumma librarũ 15129. 12. verũ, quia hæc adminiſtratio vltima pertinebat ad Marchionem Ferrantem à die 23. Aprilis 1596. ad diem 29. Iulij 1600. quo die Marchio Ferrãtes obijt, & à die 30. Iulij 1600. ad diem 15. Februarij 1602. ad Marchionem Herculẽ; propterea diuidendo dictam ſummam librarum 4746. 17. ad ratam temporis applicauimus hæreditati Marchionis ſummam librarum 3657. reſiduum vero, quod eſt librarum 1089. hæreditati Marchionis Herculis.

1 Et quia Dominus teſtator fecerat ſubſtitutionem generalem in omnibus bonis mobilibus immobilibus, iuribus, & actionibus, & nominibus debitorum &c. proculdubio his verbis comprehendebatur quoque iſtud creditum, & ſic illud erat de bonis hęreditarijs dicti teſtatoris, vt in terminis tenet Alciat. conſilio 110. ſubſtitutione

2 fideicommiſſaria colum. 1. num.... lib9. fol. .... Propterea cum dictus Dominus Marchio Her-

culeſ mediante eius tutore, loco pecuniarum hæ-
reditariarum acceperit in ſolutum dicta bona
Hoſpitaletti ad extinctionem partis debiti præ-
dicti; videlicet pro ſumma librarum 14040. vt
in inſtrumento dationis inſolutum, procul dubio
illa cenſentur ſubrogata loco dicti crediti hære-
ditarij: l. Imperator. 72. §. fin. cum duobus legi-
bus ſequentibus, ibique Gloſſ. & Doctores. ff. de
legat. 2. Gloſſ. in l. in fideicommiſſi. 8. §. non nun-
quam in verſiculo ſuſceperit. ff. de vſuf.
& fruct. & efficitur fideicommiſſaria, ſicut erat
prææallegatum creditum. l. [illegible] §. 1. ff. de do-
nario, [illegible]
[illegible]
* [illegible] impuberus col-
[illegible]
[illegible] de fideicommiſſ. an-
[illegible] numero [illegible] folio 397. qui ſubdit, quod res
3 ſic permutata loco eius, quod debebatur ſuccedit
in locum fideicommiſſariarum, & efficitur fidei-
commiſſaria per tex. in l. ſi tecum, & ptatum § vl-
tim. ff. de petitio. hæreditat. Tiraquell. de retract.
lign. §. 32. Gloſſ. vnica. numero 27. folio 408.
Afflict. deciſio 336. quidam nobilis numero 1...
folio ... Alexand. conſilio 124. ſuper primo
numero 10. colum. 4. libro 4. folio 101. vbi con-
cludit, quod acquiſita ex rebus alicuius hæredi-
4 tatis, ſeu corporis vniuerſalis computantur in ſo-
rte vniuerſalis hæreditatis; ibique hoc latius com-
probat numero ſequenti, vt per eum, & plenius
idem Alexand. in conſilio 49. viſo proceſſu à nu-
mero 4. ad fin. libro 3. folio ... Craueт. conſilio
293. requiſitus de conſilio in ſeptimo dubio, nu-
5 mero 4. folio 126. vbi tenet, quod acquiſita ex re
hæreditaria, vel ex pretio rerum hæreditatis ve-
niunt in reſtitutione fideicommiſſi tanquam
ſubrogata loco bonorum fideicommiſſi. Pariſ.
conſilio 55. quoniam Iacobus. numero 67. vo-
lum. 3. folio 110. Cephal. conſilio 188. Domi-
nus Ambroſius ſub numero 37. verſiculo verum
eſt libro 2. folio 84. Decian. conſilio 27. ex qua-
tuordecim dubijs. numero 8. volum. 1. & conſi-
lio 43, numero 22. volum. 3. folio 452. Menoch.
conſilio 70. num. 4. & infra numero 8. Simon de
Pret. de interpretatio. vltimar. voluntat. libro 3.
interpretatio. 3. dub. 5. quæ bona veniant in fi-
deicommiſſ. fol. 1. numero quarto, & quinto,
folio 345. vbi tenet hoc, ſiue res ſit permutata
cum fideicommiſſ. de quo late Giurb. deciſio
121. Sanctorus Pagano numero 2. folio 345. ſi-
ue ſit empta ex pretio bonorum ſubiectorum fi-
deicommiſſo, & ibi alios copioſè citat.
6 Et quod res empta per tutorem ex pecunia
hæreditaria, veniat in reſtitutione fideicommiſ-
ſi vniuerſalis; aliàs iudicauit inclitum collegium
ciuitatis Ferrariæ, prout refert, & ſequitur Iaſon
conſilio 43. videretur prima conſideratione in
fine verſiculo circa aliud dubium. libro 3. folio
49. Peregrin. deciſio. Patau. 2. in cauſa. numero
7. folio 4. omnino videndus, qui allegando bo-
na iura, & diſtinguendo reſpondet omnibus
contrarijs pro hærede facientibus reiecta Manti-
cæ ſententia in ſuo tractatu. de coniectur. vlti-
mar. voluntat. libro 7 titulo 8. numero 19. folio
155. ab ipſo in dicta deciſione 2. allegato, nume-
* ro 9. folio 9. teſtatur de communi, & de memo-
rata reſolutione dicti venerabilis Collegij Fer-
rariæ, vt numero ſeptimo, & octauo, folio quar-
to, & ſub numero nono, verſiculo ſed tamen, vt
ſupra dicebam &c. ſubdit quod ita reſolutum, &
deciſum fuit per duas conformes, ſequitur Giur-
barda in deciſione 121. numero 20. vbi alios
congerit.
Quod ſi obijceretur præallegatas deciſiones
caſui noſtro parum conuenire, vel quia loquan-
tur in permutatione rerum ſubrogatarum fidei-
commiſſo, vel in emptione facta ex pretio reda-
cto à rebus hæreditatis, & neutro caſu videantur
pertinere ad rem noſtram.
Reſpondetur, quod immo bene adaptantur
ex identitate rationis, quoniam vtroque caſu,
tam ſcilicet res permutatæ, quam emptæ ex re-
bus, & pretio rerum ſubiectarum fideicommiſſo
ſuccedunt in locum rei fideicommiſſariæ, pro-
pterea fateri oportet, quod decidant præſentē ca-
ſū, eo quod iſta bona Hoſpitaletti cenſentur ſub-
rogata in locū crediti hæreditarij, quod veniebat
7 in reſtitutione fideicommiſſi; nam ſubrogatum
ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, ad
l. cum qui. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautioni-
bus, vbi copioſè Iaſo. & in his terminis tenent ſu-
pra citati Doctores præſertim Menoc. dicto con-
ſilio 70. numero 10. & alij, & ſic eſt perinde, ac ſi
tempore mortis d. Marchionis Ferrantis iſta bo-
na fuiſſent hæreditaria.
Et in puncto quod bona data in ſolutum hæ-
8 redi, pro credito hæreditario ſint hæreditaria,
plene probat Alexand. dicto conſilio 49. per to-
tum lib. 3. & in conſilio 124. ſuper primo quæſi-
to, colum. 4. numero 11. libro 4. folio 102. & illa
venire in fideicommiſſo vniuerſali, tenet Caſtr.
in conſilio 226. ſuper primo quæſito numero 2.
verſiculo, ſed certè verum eſt &c. part. 2. Ruin.
conſilio 97. circa primum dubium. colum. 7. nu-
mero 11. verſiculo item non obſtat, quod de pe-
cunia debita &c. & paulo infra verſiculo non ob-
61 dicta generatio, bona fuerunt deuoluta ad Eccleſiam Rim. Iun. conſil. 453. nume. 22. volu.

62 4. & quamuis vigore Bonifatianæ bona prædicta

dicta remaneant ſubiecta, legato, teſtamento,
codicillis, &c. & etiam ſucceſſioni ab Inteſta-
63 to, tamen teſtator de illis diſpoſuit in prædi-
ctum opus pietatis, qua diſpoſitione non
tenetur, etiam reſpectu precij, quia cum aga-
tur de ſolo præiudicio Eccleſiæ, ex quo eſt fi-
nita Emphyteuſis, prohibitio Bonifacianæ,
& pactum debent operari, etiam reſpectu di-
cti precij, quia dictus Teſtator diſponeret,
non de re propria, ſed de re directi Dominij,
vt eleganter Ita diſtinguendo in præiudicium
vocatorum, & lineam finitam dicit. Bald. in ca.
1. §. donare, numero 3. colum. 2. in fine ver-
ſicul. item illud eſſet teſtari qual. feud. alien.
poſt. Aldobr. dict. conſil. 40. numer. 10 vbi hoc
diſtinguit inter legatum particulare, & vniuer-
ſale. Socin. Iun. conſil. 44. numer. 20. volu. 1.
Alexand. conſil. 30. numer. 12. & ſeq. vol. 4. qui
ita in his terminis declarat dictum Specul. in ter
64 minis de pacto, quod debeat aliquid operari
vltra diſpoſitionem Iuris communis, dicunt
Aldobrand. Tiber. Dec. & Natt. locis ſuperius
allegatis, vt Rota in Cauſa Cæſerauguſtana
Emphyteuſis 26. Nouembris præteriti coram
Reuerendiſſ. Domino meo Archiepiſcopo Bo-
nonienſe.

Non obſtat, quod non reperitur Iure cau-
tum quod hoc relictum iſto modo factum ſit
in perſonas de iure prohibitas, prout dicit con-
ſtitutio Bonifaciana, quia fuit reſponſum, quod
cum iſtud relictum ſit in opus pietatis perpe-
65 tuum, quod nunquam moritur cenſetur alie-
natio facta in perſonas de Iure prohibitas. Nã
66 Eccleſia, Hoſpitalia, & loca pia, de quibus
per Rim. ſenior. in conſil. 422. numer. 3. lib. 3.
ſunt loca de Iure prohibita, ea ratione, quia,
cum non poſſint mori, non ſubeſt ſpes quod
67 nunquam redire poſſint ad Dominum, &
ſic illius conditio efficeretur, deterior, cap. 1. de
alien. feud. Specul. loco ſupra allegato. Verſic.
116. & propterea ex identitate rationis omnia
68 loca cenſentur de iure prohibita, in quibus mili
tat eadem ratio, quæ & in Eccleſia, prout mili-
tat in iſto relicto facto in opus pietatis, cum
nunquam ſit moriturum, & hinc Ruin. ex di-
ctis rationibus voluit in conſil. 23. numer. 34.
verſicul. itidem ſi applicarentur bona vol. 5.
quod commune Ciuitatis ſit locus de iure pro-
hibitus. Reſeruarunt tamen Domini videre de
præſuppoſiti veritate, & ordinarunt, vt darem
dubium particulare, an Corradus & litis con-
ſortes ſint hæredes ad fauorem locorum pio-
rum, tantum in caſu, & ad effectum, de quo
agitur: qui erit, vt ſi pro affirmatiua reſolua-
tur eis non ſit debita inueſtitura, ſi verò pro
negatiua debita ſit ſuper quibus multum in-
ſtabant informantes pro Corrado, quæ tamen
viſa fuerit extra dubium, quo ad diſputabitur
cum iſto præſuppoſito, quod eſſent hæredes ad
fauorem locorum piorum tantum.

R. P. D. REMBOLDO.

Ferrarienſis Bonorum Lunæ 3. Iunij 1619.

DOmini cenſuerunt ſententiam, qua decla-
ratum fuit, bona, de quibus agitur fuiſſe ad
Eccleſiam Rauennaten. deuoluta, fore confir-
mandam.

Quod enim ſit valida apparet ex reuolutio-
ne proceſſus, in quo adſunt omnia ad hunc ef-
fectum requiſita, neque ea, à partibus con-
trouertuntur, & iuſtitia probatur ex pluribus
deciſionibus coram Reuerendiſſimo Domino
meo Decano factis, quibus non obſtant de-
nuo in contrarium nunc inculcata, cum enim
conceſſio bonorum, de quibus agitur, facta le-
gatur ad tertiam quondã Thomæ generatio-
nem, & cum pacto expreſſo, quod dicta bona
generatione finita ad Eccleſiam deuolueren-
tur, dubium nullum eſt, quin iure communi,
ac etiam tenore dictæ conceſſionis inſpecto per
mortem Thomæ ſine filijs factus fuerit locus di
69 ctæ deuolutioni, ita, quod nulla ratione po-
tuerint dicta bona in extraneam perſonam, &
multo minus in Eccleſiam, ſeu aliud opus pium
transferre, non quod Eccleſia, ſiue aliud opus piũ
capax non ſit bonorum Emphyteuticorum;
ſaltem ad effectum illa vendendi iuxta diſtin-
ctionem, de qua per Speculatorem in titul. de
locat. in §. nunc aliqua numer. 115. ſed quia fi-
nita locatione deficit poteſtas in transferente,
& bona eo caſu, ex dicta iuris diſpoſitione,
& etiam ex pacto in ipſa conceſſione appoſi-
to non obſtante, quamuis alia diſpoſitione
vltimi inueſtiti ad Dominum directum deuo-
luuntur.

Nec ſubſiſtit, quod dicta bona ſaltem vigo-
re conſtitutionis Bonifacij, qua diſponitur,
quod bona, quæ aliàs deuoluerentur ad Eccle-
ſias, quocunque modo, vel per Inueſtituram
non petitam, vel per canonem non ſolutum,
vel alio modo Eccleſiæ non incorporentur, ſed
poſſint quocunque titulo per poſſeſſores alie-
nari, quo ad vtile Dominium potuerint, à D.
Thoma in opus piũ transferri, quia præterquã
quod dicta facultas alienandi, fuit per dictam
70 conſtitutionem data, cum expreſſa reſtrictiua,

dummodo alienatio, non fiat in perſonas de Iure prohibitas, & imò in eadem met conſtitutione explicitis verbis decernitur, quod alienatio in perſonas prohibitas fieri nō debeat, & etiam, quod factũ penitus viribus non ſubſiſtat, ex quibus apparet, ne dum non fuiſſe per dictam conſtitutionem conceſſam dictam facultatem alienandi in perſonam prohibitam, ſed etiam explicitè interdictum. Placuit etiam Dominis quod dicebatur, quod cum dicta conſtitutio emanā-
71 uerit ad fauorem Ciuium Ferrarienſium tantũ ad effectum ſcilicet, vt bona Emphyteutica perpetuò apud eos remanerent, abſque eo quod tenerentur illa ab Eccleſijs emere nulla ratio ſuadere videtur, quod quatenus, etiam verba dictæ conſtitutionis eſſent dubia, cenſeri debeat fuiſſe per eam, etiam ad fauorem perſonarum prohibitarum Iuri communi derogatum, & maximè, quod ſi Eccleſia, & alia loca pia capaces bonorum effecti fuiſſent per dictam conſtitutionem, vtique tenerentur ciues, & dicta Eccleſia, vel loca pia emere ea bona, quæ data dicta incapacitate ab Eccleſia Domina directa obtinèrunt modico Laudemio ſoluto cum illa ſem-
72 per teneatur Ciues inueſtire, atque ita huiuſmodi intellectu admiſſo in odium potius dicto-
73 rum ciuium retorquerentur, quæ in ipſorum fauorem inducta ſunt, quod eſt abſurdum iuxta tradit. in l. nulla. ff. de legibus, & in l. quod fauore. C. eodem.

Nec propterea obſtat, quod dicitur, quod reſtrictiua, ſeu prohibitio in dicta Bonifacij conſtitutione facta, quod alienatio in perſonas
74 de Iure prohibitas fieri non poſſit intelligi debeat, vt in dictas perſonas alienatio, non fiat, quatenus ipſe de Iure ſunt prohibitæ ad effectũ ſcilicet retinendi bona, non autem ad effectum illa vendendi, & fruendi pretio, tum, quia, cum dicta prohibitio ſimplex non ſit, ſed verbis pregnantiſſimis, & cum decreto annullatiuo concepta ibi preſertim, & facta penitus viribus non ſubſiſtat operari procul dubio aliquid debet vltra ius commune, ita, vt per eam cenſeatur prohibita alienatio ad omnem effectum iuxta dictorum verborum generalitatem, & in proprijs terminis dictæ Bonifatianæ conſuluit Rimin. Iun. conſil. 453. numero 8. & ſequen. & latè demonſtrant ſcribentes pro Eccleſia Rauennaten. qui benè ponderant ſingula verba dictæ prohibitionis, tum etiam quia in omnem euentum, quod per dictam conſtitutionem non eſſet prohibita alienatio ad effectum vendendi, & pretium percipiendi, ſufficit, quod non ſit vltra iuris diſpoſitionem, & ſic etiam finita locatione atque contra pactum, expreſſum in conceſſione appoſitum vigore eiuſdem conſtitutionis conceſſa.

75 Nec dicatur bona Emphyteutica fuiſſe vigore dictæ conſtitutionis ad inſtar allodialium redacta, ideoque negari non poſſe, quin per eam fuerit conceſſa libera facultas illa in quamcumque perſonam alienandi, quia hoc procedit, quo ad ea, quæ non fuerunt expreſsè in dicta conſtitutione prohibita, & quæ fauorem ciuium, ad quorum commodum, & vtilitatem emanauit dicta conſtitutio reſpiciũt, non autem, quoad illa, quæ tendunt potius in dictorum Ciuium præiudicium, vel ſunt in dicta conſtitutione prohibita, in his enim, etiam qua-
76 tenus verba conſtitutionis eſſent dubia magis ea interpretatio ſumi deberet, quæ Eccleſiæ Dominæ directæ fauet, & Iuris communis diſpoſitioni conuenit, quæque alijs locis pijs, abſque vllo commodo Ciuium opitulatur, & eſt Iuris communis diſpoſitioni contraria Iuxta trad. per Soc. Iun. conſil. 105. numer. 32. l. 3. Paul. de Caſtr. conſil. 170. numer. 2. l. 2. Roma. conſi. 307. num. 6.

77 Et eadem ratione tollitur, quod dicitur, quod facultas alienandi, ciuibus per dictam cōſtitutionem conceſſa, potius ampliari debet, quàm reſtringi ex adduc. per Suid. conſil. 522. numero 13. & ſeque. tum quia hoc procedit in dubio, non autem quo ad ea, in quibus alienatio legitur expreſsè prohibita, tum etiam quia cum (dictum eſt) conſtitutio emanauerit ad effectum, vt bona perpetuò apud ciues remanerēt, dictiſque propterea ciuibus facultas huiuſmodi bona alienandi conceſſa fuerit eatenus dicta facultas huiuſmodi bona alienandi cōceſſa fuerit eatenus dict. facultas ampliari dēt, quatenus illa tendat ad dictorum bonorũ penes eoſdē ciues cōſeruationem, in alijs verò ſumēda, eſt interpretatio, quæ eccleſiæ Dominæ directæ fauet, & eſt minus contraria iuri diſpoſitioni. Vnde cum In caſu, de quo agitur alienatio non tendat ad conſeruationem bonorum penes ciues Ferrarienſes, vel cenſeri omnino debet, quod vel per dictam cōſtitutionem fuerit prohibita, vel ſaltem non conceſſa, Ideoque remanet ſub diſpoſitione Iuris: iuxta quam dubium non eſt quin ſtante obitu Thomæ abſque filijs bona fuerint ad Eccleſiam Dominam directam deuoluta, nec potuerint à dicto Thoma mediante diſpoſitione in eius teſtamento facta in opus pium transferri, vt ſupra dictum eſt, & plenius firmatur in deciſionibus coram Reuerdiſſimo Domino meo Decano factis, in quibus etiam abun-

abundè fuit reſponſum alijs in contrarium iterum inculcatis,&c.

Laus Deo,& Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Iudex condemnans ad petita, an dicatur condemnare in ſolidum,vt petitum fuit,vel pro Virili.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quando fertur contra plures,etiam in ſolidum obligatos,an ſemper intelligatur contra vtrunque pro virili.*
2 *Quid requiratur, vt ſententia dicatur condemnare, in ſolidum.*
3 *Condemnatio in ſolidum non ſubintelligitur,niſi vbi expreſſa eſt.*
4 *Copula tribuit actum cuilibet ex copulatis pro virili, non autem in ſolidam.*
5 *Capule vis eſt,vt inter coniunctos parilitatem inducat.*
6 *Verba,quæ præſupponunt non diſponunt.*
7 *Sententia concedens executionem petitam, quando petitio fuit facta in ſolidum alio non expreſſo, an dicatur illam in ſolidum conceſſiſſe,vel pro virili.*
8 *Verbum petitam prolatum per participium præſentis temporis reſoluitur per verbum præteriti temporis, etiam relatiuum.*
9 *Dictio,pro vt,eſt relatiua, & repetitiua omnium qualitatum, & conditionum præcedentis diſpoſitionis.*
10 *Dictio,ſiue,eſt repetitiua forma, & qualitatis præcedentis diſpoſitionis.*
11 *Dictio tantum ſolum excludit ſeparata,ac prorſus diuerſa, non autem annexa diſpoſitioni, & pertinentia ad diſpoſitionem expreſſam.*
12 *Sententia Declaratur ex actis,quæ dicuntur vehiculum ad ſententiam,& potiſſimum,à libello.*
13 *Verba illa,petitam executionem,in ſententia non poſſunt ſtare demoſtratiuè,nec enunciatiuè.*
14 *Verba,quod ſtent demoſtratiuè,vel enunciatiuè,quando procedat.*
15 *Verba enunciatiua,quando habeant vim diſpoſitiuæ.*
16 *In Inſtrumentis eſt neceſſaria, & conſueta certificatio perſonarum.*
17 *Iudex curare debet,vt certa feratur ſententia.*
18 *Verbum petitam,an ſit prolatum principaliter, & propter ſe,an propter aliud.*
19 *Verbum petitam diſponit, quando actus eſt tales, qui ex voluntate loquentis proficiſci poteſt.*
20 *Verba enunciatiua,quando probent.*
21 *Verba enunciatiua, quando dicantur reſpicere ſubſtantiam.*
22 *Verbum petitam poſitum in ſententia tendit ad qualificandam executionem,& ſic reſpicit ſubſtantiam actus & diſponit.*
23 *Libellus eſt de ſubſtantia Iudicij.*
24 *Verbum petitam,an ſtet demoſtratiuè.*
25 *Verba,quod ſtent demoſtratiuè,quando procedat.*
26 *Sententia declarationem recipit,à libello.*
27 *Quando duo ſunt obligati, an intelligantur pro virili.*
28 *Principalis quando quis dicatur, & quando fideiuſſor.*
29 *Frater Diues tenetur dotare ſororem Pauperē,et n.36.*
30 *Obſeruantia ſubſecuta in ſoluendo declarat qualis fuerit animus præcedens.*
31 *Mater in concurſu cum fratre, & patre,an teneatur dotare filiam.*
32 *Dos ſcutorum 4500. vix ſufficis per alimentis conſiderato gradu ipſius mulieris dotatæ.*
33 *Frater an teneatur dotare ſororem de bonis maioratus.*
34 *Pater tenetur dotare filiam.*
35 *Bona cum ſua cauſa,ideſt onere dotandi tranſeunt ad hæredes.*
37 *Iudex non condemnans in ſolidum, an dicatur condemnaſſe pro virili.*
38 *Omnia, quæ ſunt in termino,ad quem fit relatio,cenſentur repetita cum omnibus ſuis qualitatibus in termino referente.*
39 *Sententia,quæ ob non interpoſitam appellationem fecit tranſitum In Iudicatum debet exequi.*
40 *Sententia ex actis Iuſtificatur.*

DECISIO LII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ADmodum Illuſtres Domini Stephanus, & litis conſortes de Bonuiſiis contra Illuſtrē Dominum Capitaneum Ioſephum Rotam, & Galuanum Naldum de Lugo,& quemlibet eorum in ſolidum,tàm coniunctim,quàm diuiſim et aliàs omni meliori modo obtinuerunt ab excellentiſſimo Domino Gubernatore Lugi executionem literarum cambij pro ſumma ſcutorum mille de marchis,cambijs,et recambiis,dānis,expenſis,et intereſſe decurſis, et in futurum decurrendis vſq; ad effectualem, et integralem ſatisfactionem. Verum quia in cauſa Appellationis hæc ſentētia fuit reformata per peradmodum Illuſtrem, ac excellentiſſimū Dominum Rotæ Pretorem,qui executionem ſolum cōmiſit pro ſcutis mille de Marchis ad fauorem memoratorum de Bonuiſijs cōtra dictum Rotam, & Naldum, & etiam confirmata per Dominū Iudicem ad quem in omnibus ſuis partibus cū clauſula omni meliori modo. Dum iterum fuit Appellatum, ac dubitatum,an eſſet exequenda pro dictis ſcutis mille in ſolidum cōtra dictum Rotam,vel pro virili, tandemque per eundem Iudicem declaratum,illam poſſe exequi pro ſcutis quingentis tantummodo de Marchis contra dictum Rotam, non autem in ſolidum, vt Bonuiſij pretendebant ipſis Appellantibus,& cauſa coram me introducta,Dubitaui,an dicta ſentētia eſset infirmanda, vel confirmanda, quia quando fertur ſententia contra plures, etiam in ſolidum obligatos, id ſemper intelligitur cōtra vnumquemque pro virili, nō autem in ſoli-

dum l. 1. C. ſi plures vna ſentent. & ibi Barto. & Paul.de Caſtr.& in l.ſi quis ſeparatim §.quoties,ff.de Appellatio:Corn. conſi.71.ſuper primo conſultationis articulo in principio in verſiculo,& licet plures teneantur in ſolidum, li.1. fol.65.Boeri deciſ.59.& præſuppono, num.8. fol.95.Afflict. Deciſ.215.ſexdecim Iudei num. 1.fol. 184.& ibi Addētes,Surd.conſi.150. Ver-
2 ba contractus,nu.35.lib.1. fol. 677.niſi dictum fuerit quemlibet in ſolidum teneri, vel quod ab vno exigi non poteſt ab alio ſuppleatur,vt dicit tex.in l.Paulus, & ibi Doctor. ff. de re iudicata, & Boeri.deciſi.210.& videtur, quod teneatur,
3 numer.5.fol.157. quia non ſubintelligitur niſi vbi expreſſa eſt l. ſi fundus §.ſi duo in fine,ff. de pignor.Surd.conſi.271. Franciſcus de Induſia, numer.63. lib.2. fol.309. & Afflict. vbi ſupra, num. 2.fol. 184. Ratio eſt quia ſententia iuris cenſetur, in qua omne omiſſum habetur pro omiſſo Vrſill.ad Afflict.dicta Deciſi.215.num. 1.fol.185.

Secundo quia per ſecundā ſentētiam Domini Prætoris videbatur reuocata cōdēnatio prioris ſententiæ, quatenus ſolidum contineret, poſtquam non ſolum illam reſtrinxit ad ſcuta mille tantum, ſed illam commiſit contra duos per copulam coniunctos, quæ actum cuilibet ex
4 copularis pro virili, non autem in totum tribuit, vt per Roncagall.in l. Reos 11. §. cum in tabulis,numer.7.ff.de duob. rei. fol.476. Ratio eſt,vt ibidem per eundem Roncagall.poſt Glo. in l.ſi ſic in princip. ff.quemadmod.ſeruit.amit
5 tat.in verbo,& ſi litera c, vbi Bald.& Dec.quia copulæ propria vis eſt, vt inter coniunctos paritatem inducat.

6 Tertio quia illud verbum petitam prætenditur fuiſſe poſitum Demonſtratiuè potius, quā taxatiuè,& diſpoſitiuè allegando Pariſ.conſi.4. Deduxi alias optimum Ius num. 36. lib.4. fol. 16. Rot.diuerſor. in nouiſſim. Dec. 684.fuit iterum nu.4.part.1.fol.423.& Farinacc. conſ. 95.Præſuppoſito ſtatuto numer.5.fol.338. ſeu enunciatiuè, quæ pariter non diſponunt.

7 Præmiſsis tamen in aliquo non obſtantibus cenſui, de Iure executionem conceſſam virtute præcedentium ſententiarum, quæ fecerunt tranſitum in Iudicatum, cum dictū verbū petitam nullo modo per Dominum Iudicem à quo potuerit interpretari pro virili, ſtante, quod illud verbum, petitam, habet relationem ad libellum, in quo reperitur petita in ſolidum, non pro virili, vt in puncto probat tex. in d. l. 1. C. ſi plures vna ſenten. ibi ſi non ſinguli in ſolidum, & Bar. poſt med. Caſtren.& omnes, quod voluit etiam Rota coram. R.P. D. Ludouiſio, nunc Pontifice optimo maximo in Bononienſi pecuniaria Veneris, 28. Iunij 1602. de qua infra in calce præſentis.

8 Et tanto magis, quod illud verbum, petitam prolatum per participium præſentis temporis, reſoluitur per verbum præteriti temporis, etiā relatiuum, vt per Alexan.conſi. 119. Viſo proceſſu,col.3.nume.3. in verſiculo hoc enim importat illud participium, lib. 1.fol.102. quo caſu negari non poteſt quin iudex declarauerit committendam fore,& eſſe executionem petitam, ideſt executionem, quæ petita fuit, in ſolidum.

Etiam ſi diceretur huiuſmodi relationem eſſe reſpectu ſubſtantiæ non reſpectu modi, quia verba ſequentia ſententiæ ibi, prout eam ſic cōmittimus,& relaxamus, auferunt omnem dubitationem,& aperiunt Iudicem ſe retuliſſe, etiam
9 ad modum, quo fuit executio petita. Nam verbum, prout, eſt relatiuum, vt notatur in l.edita. C.de edend.& text. in l. prout 80. ff. de ſolutio. & in clement. prima §. volumus de foro competent. Dec. conſi.362. Punctus de quo quæritur, num.1.fol.27.& cōnſi.374. In caſu propoſito, nu.4.fol.36. Marant.de ordin. Iudic. part. 3.in titulo Iudicij rela aggreditur, num.122.fol. 33. Vulpell.in ſuo tractat.de præpoſition.& aduerb.ſignifica.in diction. prout fol.84. Menoc. conſ. 177. & ſi prima poſita Iuris queſt. 26.lib. 2.fol.202.& repetitiuum omnium qualitatum, & conditionum præcedentis diſpoſitionis, vt Galganet.de conditio:& demonſt.p.2.ca.1.qu. 18.num.13.& Vulpell.vbi ſupra fol.85.

10 Et Dictio, ſic, eſt repetitiua formæ,& qualitatis præcedentis diſpoſitionis, Bero conſil.64. poſt editum præcedens conſilium, nu.45.lib.2. fol.265.Rota Dec. 455. ſtantibus Reſolutionibus In hac cauſa nu. 10. in vltimis Farinacci, part.1.tom.1.fol.595. ſignificans idem, quod ſicut,vt ibi.

Vltra, quod in ſententia adeſt clauſula, omni meliori modo, quę operatur, vt omnes cenſeantur in ſolidum condemnati, vt per Vrſill. in additionibus ad Afflict. dicta deciſ.215.n.2.fol.185.

Non obſtat prima ratio dubitandi, quia non procedit in ſpecie, de qua agitur ſtantibus ſupra deductis.

Non obſtat ſecunda Ratio dubitandi, quia fuit reſponſum ſententiam prætoris nullo modo reuocare condemnationem in ſolidum, de qua in prima ſententia, ſed ſolum ea omnia, quæ præter commiſſionem petitæ executionis ſcutorum mille de Marchis tantum in prima

ſen-

ſententia fueruat conceſſa, nempe condemna-
tionem cambiorum, & recambiorum, damno-
rum, expenſarum, & intereſſe, à quibus Rota, &
Naldus fuerũt liberati, vt bene id demoſtrant il
la verba petitam executionem ſcutorum mille
tantum, quia ſi eſſe debebat executio petita, de
neceſſitate debebat eſſe in ſolidum pro dictis
ſcutis mille tantum, vt petita fuit alijs omni-
11 bus excluſis abſq; reſtrictione, etiã ſtante ſæpe
dicta dictione tantum, quæ ſolũ excludit ſepa-
rata, & prorſus diuerſa, non autem annexa diſ-
poſitioni, & pertinentia ad diſpoſitionem ex-
preſſam clementina exiui. §. cum aũt natura de
uerbor. ſignifica. Roman. conſ. 114. Viſis ſupra
conſultis, num. 5. fol. 57. & conſi. 456. In propo
ſito caſu, num. 2. fol. 246. Rota diuerſor. in vlti-
mis Farinac. part. 2. Deciſi. 442. num. 3. Etiam,
quod executio commiſſa fuerit cõtra duos per
copulam coniunctos, quæ tribuit cuilibet ex
copulatis actum pro virili, non in ſolidum di-
cta ratione, quod actũ ſit de executione petita.

12 Maxime cum ſententia declaretur ex actis,
quæ dicuntur vehiculum ad ſententiam Me-
noch. conſi. 390. nu. 35. lib. 4. Rota Bononienſ.
diuerſor. Deciſi. 145. Dom. Ioan. Lama, nu. 24.
fol. 785. & potiſſimum à libello, ſeu petitione
in quo, et qua illa reperitur petita in ſolidum
non pro virili.

13. Non obſtat tertia ratio Dubitandi, quia præ
terquam quod omnia in ea contenta negantur
dictum fuit, illa verba, petitam executionem, in
ſententia contenta nõ poſſe ſtare demonſtrati-
uè, nec enuntiatiuè. Non demoſtratiuè, quia
14 Iura in contrarium adducta procedunt in Am-
biguis, non autem in claris, vt Per Farinac. dict.
conſil. 95. nu. 5. fol. 338. Nec enunciatiuè quia,
etiam prætermiſſa diſputatione ſecundum diffi-
nitiones, aut deſcriptiones verborum enuncia-
tiuorum, quas affert ex mente diuerſorum. Ni-
colaus Genua in ſuo tract. de verb. enunciat. li. 1.
15 quæſt. 1. illa vti prolata principaliter propter
ſe, & non propter aliud habent vim diſpoſitiuã,
vt optimè probat Pariſ. conſi. 127. lucrum do-
tis, quod a ſtatuto, numer. 46. cum ſeq. fol. 249.
Cacheran. conſi. 31. In Hac controuerſia, nume.
48. & 49. fol. 79. & Rota Deciſi. 176. Præſuppo-
ſito Dubio, numer. 4. in vltimis Farinac. part. 1.
fol. 233. vbi cum in Inſtrumentis neceſſaria ſit,
16 & conſueta certificatio perſonarum Si inſtru-
mentum exprimat Cęſarem Benedicti filium, il
la verba Benedicti filium dicuntur verba enun-
ciatiua principaliter, & per ſe ad certificandam
perſonam contrahentem prolata, quod vbi di-
ctum verbum petitam eſſet enunciatiuum non
incongruè applicatur ſpeciei, de qua agitur vti
prolatum ad certificandam executionem, quam
iudex committere, ac relaxare intendit, cum nõ
ſolum de conſuetudine, ſed etiam ex legis præ-
cepto iudex curare debet, vt certam ferat ſenten
17 tiam, §. curare inſtitution. de action.

18 Quod dictum verbum, petitam, ſit prolatum
principaliter, & propter, ſe nõ propter aliud, pa-
tet, quia erat neceſſarium, & cõfert ad id, de quo
agitur, nempe ad demoſtrandum iudicem vo-
luiſſe cõcedere executionem in libello petitam,
quæ ibidem in ſolidum petita fuit, quo caſu mi-
nimè dubitari poteſt, quin ad effectum, de quo
agitur diſponat, cum actus ſit talis, qui ex volun
19 tate loquentis perfici poſſit, vt in ſpecie probat,
Bald. conſil 263. Verba inſtrumenti, nu. 3. ver-
ſiculo verba autem fol. 58. Pariſ. dict. conſi. 127.
in fin. lib. 1. fol. 249. Bart. in l. admonendi, ff. de
Iur. Iurand. num. 32. Afflict. Deciſ. 83. In cauſa
Antiqua Sancti Sebaſtiani, numer. 2. & per tot.
fol. 80. Bero. conſi. 170. legitimationem de Do-
minio in princ. lib. 2. fol. 731. & Crauett. de an-
quitar. tempor. part. 1. nu. 49. & conſ. 832. No-
bilis Ioann. numer. 2. & 3. fol. 156. & conſ. 911.
Per iniuriam, nu. 15. lib. 5. fol. 288.

20 Vltra, quod quotieſcunque enunciatum eſt
de ſubſtãtia actus, vel habet qualificare actum,
tunc verba enunciatiua probant Bald. cõſ. 194.
In cauſa vertente circa finem in verſiculo ſexto
præmitto libr. 1. fol. 42. Sicuti probant quando
important cauſam, conditionem, aut modum,
21 quia tunc ſemper dicuntur reſpicere ſubſtantiã
rei Bero. conſ. 87. Viſo puncto, numero 16. &
ſeq. lib. 2. fol. 380. & Barbat. conſil. 37. Planè
cuncta gerunt, numer. 4. lib. 3. fol. 92.

Quod enunciatum ſit de ſubſtantia actus vel
22 habeat qualificare actum nullam haber difficul
tatem, cum ſæpe dictum verbum petitam in ſen
tentia prætoris poſitum dum decreuit executio-
nem fore, & eſſe concedendam tendat ad qua-
lificandam executionem, quo caſu non poteſt
non videri reſpicere ſubſtantiam actus, & con-
ſequenter negari illud omnino habere vim di-
ſpoſitiuę, præſertim, cum in effectu diſponat prę
ciſè circa memoratam executionis conceſſionẽ
petitam, quæ eſt mera diſpoſitio eius, quod ſen-
tentiare voluit relata ad libellum, qui eſt de ſub
ſtantia Iudicij ſpeculator in §. ſeſto Incipiente
23 verum libellus ſit de ſubſtantia Iudicij, num. 5.
lib. 4. part. 1. fol. 40. cum quo, niſi ſententia con-
ueniat nihil eſt actum, Gloſſ. in c. fin. 2. qu. 8. in
verbo neque litera B. Abb. in c. dudum col. fin.
Bald in l. Pomponius, §. ſed, & is. ff. de procu-
rator. Iaſ. conſi. 100. In Iudicis, nu. 1. li. 4. fol. 9.

24 Ter-

24 Tertio fuit dictum verbum, petitam, nec eiꝰ
ſtare demoſtratiuè, cum illud non ſit adiectum
in oratione diuerſa, & ſeparata, ſed in vna, eadē-
que oratione ſecundum diſtinctionem Caſtren
ſis conſi. 338. Quia exceptiones, numer. 3. verſi-
culo pro intellectu, & verſiculo interdum vnica
tantum eſt oratio, vol. 1. fol. 179. vbi ſi teſtator
leget decem; & in oratione ſeparata exprimat,
quæ volo præſtari ex tali fundo; hoc intelligitur
adiectum cauſa demonſtrationis, ſed ſi in vna
oratione leget decem ex fructibus talis fundi,
hoc intelligitur reſtrictiuè, & limitatiuè, & ſiedi
ſpoſitiuè. Idem tenet Decius. conſ 183. In con-
trouerſia, num. 1. fol. 153. & conſil. 325. conſu-
luit, num. 1. fol. 110. Bald. conſil. 151. Dubium
num. 1. Verſiculo Nam Interdum oratio lega-
tum importans, eſt perfecta, lib. 5. fol. 29.

Vlterius fuit dictum memoratam concluſio-
25 nem, quod dictum verbum, petitam, ſtet demo-
ſtratiuè procedere in dubio, non autem in præ-
ſenti ſpecie, in qua ſunt vrgentes coniecturæ vo-
luntatis ipſius diſponentis, vt patet ex ſupra de-
ductis. Tuſc. concluſ. 191. num. 6. Tom. 2. litera
26 D. fol. 560. & ſubiectam materiam id expoſtu-
lare, quod ſententia declarationem recipiat, à
libello l. vt fundus, C. commu. diuidu. quæ ſem-
per eſt attendend. l. ſi vno, ff. locat.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

Bononienſis Pecuniaria Veneris 28. Iunij 1602.
Coram R. P. D. Ludouiſio.

DVbitaui, an in Inſtrumēto promiſſionis Do-
tis Camillæ, Camilla Mater, & Andreas
frater eſſent obligati in ſolidum, an verò pro vi
rili, & an ſententia contra ipſos lata eſſet in ſoli-
dum, vel pro virili exequenda.

Et quantum ad primam partem dubij Do-
27 mini cenſuerunt Camillam, & Andream tene-
ri in ſolidum, licet enim quando duo ſunt obli-
gati intelligantur pro virili l. reos, §. cum in ta-
bulis, ff. de duob. reis, tamen hæc regula nō prō
cedit, quando negotium ſpecialiter ſpectat ad
alterum ex contrahentibus, quia tunc illa cen-
28 ſetur principalis, & alter fideiuſſor, & ambo di-
cuntur in ſolidum obligati Roncagall. in l. ea-
dem, num. 59. ff. de duob. reis. Aymo, qui de cō-
muni conſ. 91. num. 11. verſiculo ſolum ſupereſt
Oſaſc. Deciſ. 44. num. 16. Atque ideo in hoc ca-
ſu cenſeri debet Matrē fideiuſſiſſe, Andream ve-
rò principaliter eſſe obligatum, & ſic ambo te-
neri in ſolidum, quia ipſi Andreæ tanquam fra
29 tri diuiti incumbebat onus dotandi ſororem
pauperem, nec habentem vnde ſe dotaret aliū-
de Gloſſ. in l. cum plures §. penul. in verbo aliò
patic. ff. de adminiſtratio. tutor. Cyn. poſt Glo.
in l. non omnis in verbo nulla ratione. C. eod.
Abb. conſi. 12. num. 5. verſiculo ſeptimum du-
bium, lib. 1. Campeg. de Dote par. 1. q̄. 23. Mo-
lin, de primogen. Hiſpan. lib. 2. c. 15. numer. 57.
multos congerit Tiraq. de iure primogent. qu.
62. in princ. Cordub. de liber. agnoſcen. §. Idem
reſcripſit, numer. 92. & nouiſſime Surd. de Ali-
ment. q. 25. num. 9.

Quibus accedit obſeruantia ſubſecuta, quia
Andreas ſoluit vltra medietatem dotis ex qua
30 ſolutione eius animus pręcedēs declaratur, l. ſed,
& Iulianus §. proinde & §. interdum, ff. ad Mac
cedon. Aymo conſi. 226. num. 6. Surd. conſ. 41.
num. 3. libr. 3. & tenuit Rota coram bonæ me-
moriæ Cantuccio in cauſa Romana pecunia-
ria de Vitellis 27. Ianuarij 1580.

Non obſtat, quod in concurſu cum fratre
31 mater teneatur dotare filiam Molin. de primo-
gen. Hiſpan. lib. 2. cap. 15. num. 66. poſt Gomeſ.
quem allegat in l. 40. Tauri num. 75. licet ſecus
ſit in concurſu cum Patre l. neque Mater C. de
iur. dot. niſi in caſu neceſſitatis Cāpeg. de Dot.
part. 1. q. 22. Cordub. de liber. Agnoſcen. in §. ſi
mater numer. 14. & Surd. de aliment. tit. 1. q. 14.
numer. 13. quia mater in concurſus cum fratre
tunc tenetur dotare quando eſt diues, ſed hic
32 nō ſumus in matre diuite, ſed in matre, quæ ha-
bet ſolum ſcuta 4500. monetæ, aut circiter pro
ſua dote, cuius fructus vix ſufficiunt pro alimen-
tis iuxta gradum ſuum, & ideo onus dotandi ſo-
rorem ad fratrem, non ad matrem ſpectabat.
Nec obſtat, quod Andreas non ſucceſſit in bo-
nis paternis, ſed in maioratu facto à quodam
ſuo patruo. Nam reſponderunt Domini, quod
quicquid ſit de illa quæſtione, an & quando fra
33 ter teneatur dotare ſororem de bonis maiora-
tus, vt per Soarez in l. quoniam in prioribus C.
de inofficioſ. teſtament. limita 2. l. reg. nu. 9. &
10. & per Tiraquell. de iure primogenior. quæ-
ſtion. 62. in princip.

Si Andreas ſucceſſiſſet in bonis paternis, res
tranſiret ſine difficultate, quia Pater tenetur do
34 tare filiam l. fin. C. de dot. promiſſioni l. qui li-
beros, ff. de ritu nuptiar. quod ſi non fuerit eius
ſucceſſor, etiam extraneus tenetur, nam bona cū
ſua cauſa, ideſt onere dotandi tranſeunt ad hære
35 des argumento l. ſi quis à liberis §. item re-
ſcriptum, ff. de liber. agnoſcend. Abb. d. conſil.
12. num. 15. verſiculo primo, quod hæres patris
libro primo, Bartol. & Caſtrenſ. in l. ſi à Mari-
to, §. Si voluntate, nu. 4. ff ſolut. matrimo. Cor-
duba de liber. agnoſcend. §. non tantum nu. 56.

36 Sed

36 Sed frater nõ tenetur dotare ſororẽ,quia eſt he-
res patris (licet in hac cauſa etiã teneretur quã-
do eſſet hæres) ſed & ſola obligatione,qua tene-
tur frater diues ad dotandum ſororem Molin.
loco præcitato,num.57.& ſequen.& bene Abb.
dict.conſi.12.nume.5.verſiculo ſecundo capite
tenetur,vbi ponit hanc ſolam cauſam fraterni-
tatis ſufficientem ad hoc,vt frater diues tenea-
tur dotare ſororem.

Quantum attinet ad ſecundam partem du-
bij difficultas reſidebat in eo quia Iudex non cõ
37 demnauit eos in ſolidum , & ideo videbatur di-
cendum cõdemnaſſe pro virili , iuxta tex.in l.1.
vbi Caſtr.& Doctor.nu.2.& 3. C.ſi plures vna
ſentent.Sed Domini dixerũt prædicta non pro
cedere quando iudex habuit relationem ad li-
bellum Bart.in dict.l.1. poſt medium verſiculo
nam verba ſententiæ,& Bald.ante , num.4.pro
vt in caſu iſto,quia Iudex dixit petitam execu-
tionem illi relaxandam,quæ fuerat contra vtrũ
38 que in ſolidum petita,& ideo omnia, quæ ſunt
in termino,ad quem fit relatio,cenſentur repe-
tita cum omnibus ſuis qualitatibus in termino
referente, vnde perinde eſt ,ac ſi Camillam, &
Andream in ſolidum condemnaſſet l. ſi prior ,
& ibi Bart.ff. ſolut. matr. l.ſi ita ſcriptum , ff.de
conditio.& demoſtrationibus cum ſimilibus .

39 Et ex his ſequitur cum hæc ſententia ob non
interpoſitam Appellationem tranſitum fecerit
40 in iudicatum , quod debeat in ſolidum exequi ,
quia ex actis Iuſtificatur Pute. deciſ. 401.lib.1.
Mohedan. deciſ. 11. de Iudic. & fuit pluries re-
ſolutum.

Laus Deo,& Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Acta omnia facta coram Iudice,à quo fuit Appel-
latum,an tranſportari debeant,& à quo.

SVMMARIVM.

1 *Appellans tenetur tranſportare omnia acta facta co-
ram Iudice, à quo.*

2 *Appellans non ſolum tenetur transferre acta geſta co-
ram ordinario, à quo appellauit,vel cauſam auocauit,
ſed, & alia ſi qua occaſione eiuſdem geſta fuere.*

3 *Sententia lata non traſportatis actis eſt nulla.*

4 *Diſpoſitio ſacri Concilij Tridentini loquens de tranſpor-
tatione actorum,an intelligatur,tam in Iudice delega-
to,quàm ordinario.*

DECISIO LIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 APpellans tenetur tranſportare omnia a-
cta facta coram Iudice, à quo fuit inter-
poſita appellatio per text. in l.à Proconſulibus ,
& l. præcipimus §. in his autem C. de Appella-
tio:& diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini
ſeſſio.24.de Reformatio. cap. 20. in verſiculo
Prætcrea ſi quis mihi fol. 240.eiuſdemque Sa-
cræ congregationis mentem, quæ vt in lib. Re-
2 ſolution.eiuſdem manu ſcripto mihi fol.209.in
verſiculo An is. Voluit Appellantem non ſo-
lum teneri transferre acta geſta coram ordina-
rio,à quo Appellauit,vel cauſam auocauit, ſed,
& alia , ſi qua occaſione eiuſdem cauſæ coram
alio Iudice geſta fuerunt; quã ſequuta fuit Rota
in deciſione Lucẽſi Parochialis coram Illuſtriſ-
ſimo D.Cardinale Mantica ſub Die Veneris
17. Aprilis 1587. quæ in nouiſſimè impreſſis ,
eſt Deciſ. 2. incipiente Placuit nume. 1.fol.3.&
quidem integrè alias ſententia poſtea lata,non
traſportatis integris actis eſt nulla , vt fuit deci-
ſum in cauſa Placentina Vſurarum ſub die 18.
Iunij 1582.corã R.P. D. de Rubeis,& in Vlix-
bonẽſi Parochialis ſub die 23. Iunij 1586. co-
ra,R.P. D.Orano & in alia Salutiarũ Matrimo-
nij ſub die prima Februarij 1588. coram Illuſ.
Domino Blãchetto,& in alijs ſæpe ſepius.Ratio
eſt,quia eſt contra caſum legis,& quia ſine actis
non potuit cuncta rimari , & in ſpecie in cauſa
Placentina adminiſtrationis Sacramentorum
coram Illuſtriſſimo D.Lancellotto ſub die pri-
ma Decembris 1577. & in Calaguritana iuris
votandi 28.Maij 1586. & in Maioricenſi offi-
cij Penitẽtiariæ,& Canonicatus 21. Iunij 1591.
coram Illuſtriſſimo D.Blanchetto.

Laus Deo,& Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Quietantia obtenta à debitore mediante Ce-
dula directa Banco , an liberet debito-
rem,ea non ſoluta.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio quocunque modo obtenta ſit non refert.*

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ poſt lapſum triginta
dierum, an ceſſet.*

3 *Correſpectiua,quæ dicantur.*

4 *Quietantia quando ceſſet,& non operetur.*

5 *Quietantia quando dicatur facta ſub ſpe futuræ nume-
rationis.*

6 *Obligatio primæua quando duret.*

7 *Clauſula, ponatis ad meam rationem,quid operetur.*

8 *Cauſa quando eſt vnica habetur pro expreſſa.*

9 *Negatiua non numerationis,an ſit probanda.*

10 *Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt ſemper opponi
de æquitate canonica,etiam per mille annos.*

11 *Equi-*

11 *Aequitas Canonica locũ habet, etiam inter mercatores.*
12 *Solutionis præſumptio de preterito, quando dicatur inducta.*

DECISIO LIV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DOminus Hieronimus de Conſulibus no-
minibus, cauſa, & occaſione, de qua in
actis, confeſſus fuit pro vſibus Villæ guardiæ
Ferrarienſis, maturatis de anno 1619. in Feſto
Sancti Michaelis habuiſſe, à D. Hieronimo
Porto libras. 433. in tot bonis, & pecunijs nu-
meratis, quia eodem tempore idem Portus fe-
cit vnam Cedulam directam hæredibus Bãchi
Zerbinati, vt ſolueret eidem de Conſulibus li-
bras 320. Verum quia iſta Cedula non fuit ſo-
luta ob recuſationem Banci memorati, qui pe-
cunias Porti in manibus nõ habere aſſerebat, &
dictus de Conſulibus; egit contra Portum pro
ſumma in cedula contenta, & obtinuit. In cau-
ſa Appellationis coram me introducta. Dubi-
taui, An dictus Portus potuerit pro tali ſumma
conueniri, & teneatur ad illius ſolutionem; vt
in ſententia D. Iudicis, à quo fuit declaratum:
1 Ratio dubitandi pro negatiua fuit, quia Portus
habet quietantiam totius ſummæ, & conſequen
ter liberationem, quæ quomodocũque obtenta
ſit non refert. Bart. in l. ſolutionis, nu. 2. ff. de ſo-
lutionibus, & liberatio.
2 Secunda quia poſt lapſum triginta dierum
in alijs, quam mutui contractibus ceſſat exce-
ptio non numeratæ. Marant. in ſuo ſpecul. part.
6. in Rubr. aduertatur ad exceptiones oppoſi-
tas, numer. 35. fol. 315. & Rot. Genuenſ. Deciſi.
26. In cauſa fideicommiſſariorum, numer. 27.
fol. 92.

Sed prædictis non obſtantibus ſteti pro con-
firmatione memoratæ ſententiæ; Motus ex ſe-
quentibus.
3 Primò, quia quietantia facta eadem die cum
cedula vti correſpectiua Crauet. conſi. 153. vl-
tra iam ſcripta, numer. 8. fol. 160. conſi. 169. In
cauſa appellationis, nu. 13. fol. 183. Abb conſil.
198. Intentio Magnifici Comitis, numer. 49.
part. 1. lib. 1. fol. 187. conſ. 317. Quamuis incer-
titudo, numer. 4. part. 1. lib. 2. fol. 3. & Laderch.
Imolen. conſi. 143. pactum de non appellando
4 numer. 8. Verſ. & præſumitur fol. 503. ceſſat ceſ
ſante cedula, hoc eſt illa non ſoluta, & ſuum in-
tegrũ liberationis effectum nõ parit, vt latè per
5 Barz. deciſi. 15. quod attinet ad Articulum, nu.
8. & 9. fol. 51. præſertim cum facta dicatur ſub
ſpe futuræ ſolutionis per Bancum faciendæ, quæ
ante adimplementum ſolutionis non obligat
facientem, vt per text. in l. qui pecuniam, ff. ſi
cert. petat. & in l. 2. §. proinde; ff. de dol. exce-
ptio. cenſuit Rot. Lucenſ. per Magon. Deciſ. 24. in
cauſa iſta, num. 17. fol. 82.
6 Secundo quia durat primæua obligatio ſecun-
dum Bald. in l. literarum, numer. 1. C. de ſolu-
tion. niſi probatum fuerit de vera, ac actuali
ſolutione l. debitorem, ff. de nouation. Caſtren.
in l. delegatæ, numer. 4. ff. eodem tit. de dona-
tio. & Gratian. Diſceptat. 62. per delegationem
numer. 5. tom. 1. fol. 181. qui propriè loquuntur
in mandato tacito campſori, Ruin. conſi. 209. de
pluribus quæritur numer. 2. lib. 1. fol. 299. Rot.
Genuen. Deciſi. 2. erant impoſitæ duæ rationes
numer. 14. fol. 12. Surd. Deciſi. 23. Creditores
Cæſaris Ferretti, num. 10. fol. 56. & Ludouiſ.
Deciſ. 217. quia Dominus Franciſchinus, nu.
1. & 2. fol. 19. & ibi appoſtilla, num. 9. in verbo
circa materiam fol. 197. quæ dicit id multo ma
7 gis procedere, quando in literis adſunt illa ver-
ba ponatis ad meam rationem, vt quoque con-
ſiderauerunt Surd. & Gratian. in locis proximè
citatis. Quæ tantum abeſt, quod probata fuerit,
quod de oppoſito conſtat ex dicta traditione
cedulæ facta per Portum dicto de Conſulibus
per Bancum nunquam ſoluta, cuius traditio-
nis, cum nulla alia cauſa conſiderari poſſit, niſi
reſpectu dictarum pecuniarum, quæ in quietan
8 tiam fuerunt habitæ pro numeratis ad effectũ,
vt per Bancum numerarentur, huiuſmodi cau-
ſa tanquam vnica debet haberi pro expreſſa, vt
poſt Crauet. Deci. & Pedem. dixi ſupra deciſi.
45. primo aſpectu, num. 41. fol. 127. quo fit, vt
vigore huiuſmodi obligationis Portus, à dicto
de Conſulibus potuerit conueniri, & iuſtè, vt in
dicta ſententia cõdemnari, vt fuit condẽnatus.
Obiectum de quietantia dicebatur tolli, ne
dum ex ſupra deductis; ſed quia expreſsè con-
ſtat ex fide dicti Banci, qualiter pecuniæ in ce-
dula ſpecificatæ, & quæ pro numeratis à parti-
bus in dicta quietantia fuerunt habitæ, non fue-
runt re vera numeratæ, quia Portus nullam pe-
cuniarum quantitatem habebat in eorum Ban-
co. Vt quoque tollitur aliud de exceptione
non numeratæ nõ oppoſita infra triginta dies.
9 Nam fuit reſponſum; quod vbi difficultas in-
traret, ſeu applicaretur ſpeciei, de qua agitur, ve
re vera non intrat, non tamen ex ea tollitur, quin
negatiua numerationis non ſequutæ non poſ-
ſit poſt triginta dies, & etiam poſt bienniũ pro
bari, vt in puncto probat Felin. in cap. ſi cautio
numer. 54. verſic. fallit tertio in alijs contracti-
bus de fide Inſtrumentor. fol. 175. Bald. in l. in

con-

contractibus numer. 4. verſi. Quæro nunquid exceptio, C. de non numer. pecun. & Rot. Genuenſ. d. deciſ. 26. nu. 27. in verſ. Quod cum non fecerit fol. 92.

Secundo fuit dictum exceptionem non nu-
30 meratæ pecuniæ de æquitate canonica poſſe ſemper opponi, etiã per mille annos, ne quis, cum aliena locupletetur iactura, vt per Rebuf. ſuper conſtitutio. in tract. de Chirograph. & ſchedular. recognitio. artic. 2. num. 45. lib. 1. fol. 215. & Marant. in ſuo ſpecul. part. 6. Rubr. Aduertatur ad exceptiones oppoſitas, num. 35. fol. 315. quæ æquitas canonica, vt ibi dicitur locũ habet etiam inter mercatores.

31 Non obſtant, quietantiæ poſtea productæ per Portum ad inducendam præſumptionem ſolutionis in præteritum.

Quia vnico verbo fuit reſponſum illas retorqueri contra producentem, dum omnes concludunt, illas fuiſſe factas ad computum maioris ſummæ debitæ per Portum, & ſic concludũt Portum remanere debitorem dicti à Conſulibus, quod reſiduum, vt cantat ſecunda quietantia facta ſub die 5. Nouembris 1620. promiſit. dict. à Conſulibus expectare per totum illum menſem Nouembris factæ apocæ.

Secundo fuit dictum, quod ad inducendum præſumptionem ſolutionis in præteritum re-
32 quirũtur tres annuales ſolutiones vltimæ, & cõtinuatæ iux. tex. in l. quicumque 3. C. de apoc. publ. lib. 1. & tradita poſt Io. Andr. Caſſan. & Iaſon. per Gabr. concluſ. 11. de Præſumptio. numer. 1. fol. 22. Quod tenet etiã Iacobin. de Sancto Georgio in auth. qui rem, nume. 7. C. de Sacro Sanct. eccleſ. fol. 9. & alij: non autem duo quarum vna facta fuit 3. Octobris, 1620. alia, 5. Nouembris eiuſdem anni, quæ nihil releuant, ac operantur in caſu, & ad effectum de quo agitur.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum factum Ambabus lineis finitis, & penitus extinctis, an dicatur purificatum filijs non natis.

SVMMARIVM.

1 *Linea incipit à filijs,*
2 *Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium continens gradus, & numeros diſtinguens.*
3 *Linea deficiente ob defectum filiorum non natorum, an ſit locus ſubſtitutioni, ſeu fideicommiſſo facto in caſu deficientis, ac finita linea.*
4 *Verba illa deficiente, & finita linea, & quibus ambabus lineis finitis, & penitus extinctis præſupponunt exiſtentiam, ac initium.*
5 *Deceſſiſſe non videtur, quod non cœpit.*
6 *Priuatio præſupponit habitum.*
7 *Verbum deficientis exponitur idest morientis.*
8 *Verbum defecit exponitur deceſſit.*
9 *Viuens moritur.*
10 *Mors eſt priuatio vitæ, & eam ſoluit.*
11 *Linea, quæ initium non habuit finire non poteſt ibidem in verſiculo vbi dicit. Linea eius, qui ad huc pupillus perijt dicitur non cœpiſſe, nec extingui potuiſſe.*
12 *Subſtitutio concepta ſi filij prognati eſſent non cedit filijs ſuſceptis.*
13 *Conditio voluntaria extenſionem non recipit.*
14 *Subſtitutio, quæ poſthumo fit, ad eum caſum non porrigitur, quo animal nunquam fuit.*
15 *Qui non naſcitur non moritur & num. 22.*
16 *Deficere propriè non dicuntur, niſi, qui nati moriuntur.*
17 *Verbum in defectum exponitur, idest poſt mortem.*
18 *Verba deficientibus primogenitis debent intelligi, idest morientibus.*
19 *Finis, ſiue defectus præſupponit principium, ſicut, & mors vitam, ſiue introitus ortum.*
20 *Oldradi opinio maxima eſt.*
21 *Oldradus appellatur Doctor Illuſtris, & pater legum.*
23 *Quod non cœpit, nec fuit in eſſe deductum finire non poteſt*
24 *Lineæ, quæ non cœperunt non poſſunt dici finitæ.*
25 *Pluralitas linearum, quæ non cœperunt an reſoluatur in ſingularitatem.*
26 *Conditio quando eſt voluntaria in ſubſtitutione fideicommiſſaria non reſoluitur in ſingularitatem, ſed ſola ordinatio teſtatoris attenditur, etiam ſi non defuiſſet maior ratio diſponendi*
27 *Subſtitutio facta in defectum lineæ duorum, & plurĩũ non poteſt in vnius lineam, ac defectum verificari, ſed concurſus vtriuſque requiritur.*
28 *Conditio Vnica ad duos, pluresue relata dues dicitur habere partes, quæ non poteſt pro parte verificari & pro parte non, ſed debet in forma ſpecifica impleri.*
29 *Pluralitas quando reſpicit vnum determinabile copulatorum concurſus requiritur.*
30 *Fallit vbi conſtat de coniecturata mente teſtatoris in contrarium ibidem in verſ. vbi non conſtat.*
Pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem quando in pluribus caſibus adimpleri poteſt, & diſpoſitio diſtributiua, non autem vbi poſt mortem plurium, vel vnius viuentis, & aliorum naſciturorum ſit ſubſtitutio.
31 *Mori nemo poteſt antequam naſcatur, ſed ſolum adeſt potentia moriendi poſt natiuitatem, non prius.*
32 *Conditio expreſſa, ſub qua ſubſtitutus vocatur poſt mortem plurium, non poteſt ſuppleri, niſi per exiſtentiam plurium.*
33 *Pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem, vbi in pluribus non poteſt impleri, etiam potentia. & habitu.*
34 *Pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem quando conditio reſpicit perſonam eorum, cui ſit ſubſtitutio.*
35 *Pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem quando eſt de forma ſed vtriuſq; concurſus requiritur.*
36 *Pluralitas quando dicatur de forma.*
37 *Subſtitutio quando importet conditionem, & impediat reſolutionem pluralitatis in ſingularitatem.*

38 *Abla-*

38 *Ablatiuum abſolutum importat conditionem.*

39 *Pluralitas non reſoluitur in ſingularitatem in conditione voluntaria.*

Omiſſum habetur pro omiſſo in conditione voluntaria, ibidem in verſ. ſed omne omiſſum.

40 *Pluralitas non reſoluitur in ſingularitatē quando verba ſunt geminata.*

41 *Verba ſunt intelligenda, vt ſonant.*

42 *Pluralitas de mente teſtatoris reſoluitur in ſingularitatem.*

43 *Determinatio reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter determinare.*

44 *Interpretatio illa ſemper ſumenda eſt, quæ omnibus pariformiter conuenit.*

45 *Coniectura æquiuoca non releuat.*

46 *Coniectura Voluntatis teſtatoris ſemper ſpectanda, ac ſeruanda eſt.*

47 *Voluntas teſtatoris tanquam Regina dominatur, & per lege ſeruatur.*

48 *Teſtator Vocando deſcendentes ex linea maſculina videtur tãtum vocaſſe deſcendentes ab ipſius colonello, cum linea in dubio effectiuè accipiatur, quæ à patre incipit, & ſolum eius deſcendentes, & non tranſuerſales comprehendit.*

49 *Interpretatio facienda eſt contra fideicommiſſum vti odioſum.*

50 *Teſtator, quod ita voluit dicere non ſufficit, niſi probetur, quod ſic diſpoſuerit.*

51 *Coniecturæ debent eſſe tales, quod per neceſſe inferant.*

52 *Teſtator expreſſè vocans proximiores de linea, an comprehendat collaterales.*

53 *Voluntas teſtatoris in fideicommiſſis magis attenditur, quam verba.*

54 *Coniecturæ probabiles mentis teſtatoris ſufficiunt.*

55 *Teſtatoris mens, quod de tranſuerſalibus intellexerit ex quibus colligatur.*

56 *Subſtitutio quando eſt concepta poſt mortem plurium appellatione filiorum veniunt non ſolum pronepotes, ſed alij vlteriores in infinitum.*

57 *Qualitas ſine filijs quando poſſit ſubintelligi.*

58 *Diſpoſitio l. cum auus videtur inducta ad excluſionem ſubſtitutorum fauore filiorum.*

59 *Aduerſatiua aduerſatur retentis eiſdem terminis.*

60 *Dictio, ſi, eſt aduerſatiua, & repetit qualitatem præcedentem.*

61 *Dictio, &, eſt repetitiua.*

62 *Repetitio in diuerſis orationibus an admittatur.*

63 *Teſtamenti vna pars declarat aliam.*

64 *Declaratio facilius inducitur, quam repetitio.*

65 *Subſtitutio facta, ſi deceſſerint diuerſimodè accipi poteſt, nempe, ſi deceſſerint ſinè filijs & ſi deceſſerint ſine filijs, ſed cum nepotibus.*

66 *Teſtator quando vult, quod vnus alteri ſuccedat, neceſſariò intelligitur illa cõditio, ſi ſine filijs deceſſerit.*

67 *Filiorum appellatione, omnes filiorum deſcendentes continentur, & ſucceſſiuè ſubſtitutus non admittitur, ſi is decedat cum nepotibus, vel alijs inferioribus, etiam quod filios non reliquerit.*

68 *Linea in dubio an effectiuè accipiatur, & num. ſeq.*

69 *Filiorum appellatione veniunt pronepotes, & deinceps, & ſic omnes teſtatoris deſcendentes.*

70 *Coniecturæ ceſſant in claris.*

71 *Coniecturæ efficaciores ad inducendum fideicommiſſũ quales eſſe debeant, reſeruatur arbitrio iudicis.*

72 *Teſtatorem diſpoſuiſſe dicitur, ſi mens colligitur ex alijs in teſtamento diſpoſitis.*

73 *Subſtitutio euanuit quando filij nati non ſunt.*

74 *Qui non naſcitur mori non poteſt.*

75 *Subſtitutione prima caducata, cæteræ omnes corruũt.*

76 *Vulgaris comprehenſa in compendioſa, an dicatur impropria.*

77 *Dictio, tunc, vti reſtrictiua operatur, vt ſubſtitutio reſtringatur ad caſum expreſſum, nec admittit extenſionem aliorum caſuum, etiam ex identitate rationis.*

78 *Subſtitutio, ſi filij omnes ſine filijs decederent, verificatur filijs etiam non natis.*

79 *Caſus non natiuitatis venit ſub vulgari in compendioſa comprehenſa, quæ comprehendit quoſcunque caſus, ſiue voluntatis ſiue impotentiæ, quæ impotentia militat in non nato.*

80 *Compendioſa ex illis verbis, ſi filij decederẽt ſine filijs, inducitur etiam ſine dictione, quandocunque, quia habet expreſſam conditionem mortis indefinitè prolatam, & tractum ſucceſſiuum, & multa tempora complectitur.*

81 *Compendioſa inducitur, etiam ex verbis ſimpliciter, ſi deceſſerit abſque dictione, filijs.*

82 *Compendioſa inducitur, etiam ex verbo, ſubſtituit.*

83 *Verbum, ſubſtituit, comprehendit etiam fideicommiſſariam.*

84 *Subſtitutionibus in fideicommiſſarijs vltimo loco vocatus ſuccedit, nec per obitum, aut non exiſtentiam primi ſubſtituti fideicommiſſum fit caducum, ſed ad vltimum pertinet.*

85 *Mens in conditionibus primum locum tenet, & ex ea receditur à verborum ſignificatione, vt ſeruetur.*

86 *Subſtitutio facta de deſcendentibus, ſi filij omnes decederent, habet locum, etiam filijs non natis, quia lex præſumit, quod ſi teſtator hunc caſum cogitaſſet, in eum etiam inſtituiſſet.*

87 *Subſtitutus alteri in vulgari, ſi deceſſerit ſine filijs, non admittitur filijs non natis, quia vulgaris in compendioſa comprehenſa eſt vulgaris impropria, & Caſtrenſis eſt magis communiter reprobatus.*

88 *Vulgaris in compendioſa comprehenſa parit effectum, quos parit vulgaris de per ſe, & de ea, prout de hac eſt iudicandum.*

89 *Vulgaris dicitur comprehenſa ſub compendioſa.*

90 *Subſtitutio facta per dictionem, tunc, an reſtringatur, & limitetur ad caſum expreſſum, & impediat extenſionem, ſeu comprehenſionem.*

91 *Subſtitutio concepta ſecundum formam Galli, quæ habet dictionem, tunc, ſecundum communem extenditur ad caſum ſimilem.*

92 *Extenſio ad alium caſum fit, etiam ſtante dictione, tunc, vbi conſtat de voluntate teſtatoris.*

93 *Dictio, tunc, ſimpliciter, vel geminatè poſita, an differant.*

94 *Clauſula, quia voluit, & quia volo, quid operetur, & numer. ſeq.*

95 *Dictio, ſic, eſt illatiua.*

96 *Clauſula, quia voluit &c. adiecta ſubſtitutioni abſque prohibitione non reſtringit ad limites ſubſtitutionis, ſed eam ampliat ad caſum, & perſonas nõ expreſſas.*

97 *Fideicommiſſum facilius inducitur, quando clauſula, quia voluit, &c. eſt adiecta ſubſtitutioni, quàm ſi adijciatur prohibitioni.*

98 *Prohibitio debet reſtringi ad limites fideicommiſſi, quia*

quis fideicommiſſum eſt cauſa probibitionis.
99 *Dictio, vt ſupra, eſt relatiua.*
100 *Dictio, ſic, quando ſtet ampliatiuè, vel illatiuè.*
101 *Clauſula, ſemper in perpetuum, cum pinguius prouideat per neceſſe ſtat ampliatiuè.*
102 *Verbum, ſubſtituit, habet actum momentaneum.*
104 *Familia nomen eſt collectiuum.*
105 *Fideicommiſſum perpetuum quando dicatur inductũ.*
106 *Dictio. ſic ſtat Ampliatiuè.*
107 *Identitas perſona dicitur probata per duas enunciationes in antiquis, etiam in præiudicium tertij.*

DECISIO LV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

ILluſtris, ac Nobilis Lucretia filia quondam
Domini Andreæ à Canali, & vxor ex ſecũ-
do matrimonio Illuſtriſ. D. Comitis Ludoui-
ci de Trienis Patritia Ferrarienſis de contrada
Sancti Saluatoris ſub die ſecunda menſis Mar-
tij 1559. Suum condidit teſtamentum roga-
tum per Dominum Benedictum de Siluestris
Notarium Ferrarienſem, in quo inter cætera
ex certa ſcientia, & omni meliori modo, inſti-
tuit, nominauit, elegit, ac eſſe voluit ſuos hære-
des vniuerſales ſpectabiles Dominum Iacobũ
& Andreã eius Dominæ Teſtatricis filios le-
gitimos, & naturales, quos voluit eo caſu fra-
tris locũ ſubintrare inſtituit, atq; ſubſtituit, &
ſi dicti ſui filij deceſſerint cũ filijs, vel deſcendẽ
tib. maſculis legitim⁹, & naturalib. eos filios, &
ſucceſſiuè deſcẽdẽtes ab eis, maſculos legitimos
& naturales vſq; in infinitũ, donec extiterit de
linea maſculina legitimorũ, & naturaliũ deſcẽ 1
dẽtiũ, à pnominatis ſuis filijs in ſtirpes, & nõ in
capita gradatim, & ordine ſucceſſiuo quouſq;
extiterint de linea maſculina legitima, & natu
rali deſcendentiũ à dictis ſuis filijs, ſemper in
ſtirpes, & gradatim, vt ſupra, inſtituit, & ſubſti 2
tuit, & deficiente dicta linea maſculina filias
fœminas dictorum ſuorum filiorum, ſiue de-
ſcendentes ab eis legitimos, & naturales, ſem-
per in ſtirpes, & non in capita, & gradatim,
& ordine ſucceſſiuo, Videlicet de gradu in gra- 3
dum, & ſecundum gradum prærogatiuam, do-
nec extiterit de linea deſcendentium legitimo
rum, & naturalium, a dictis filiabus fœminis
&c. quos omnes, et ſingulos, vt ſupra, inuicem,
et viciſſim inſtituit, et ſubſtituit, vulgariter, pu-
pillariter, et per fideicõmiſſum, ita quod eius fi
deicõmiſſaria diſpoſitio nunq̃ ceſſare habeat,
niſi primo finita linea maſculina legitima, et
naturali deſcẽdẽtiũ à dictis ſuis filijs, et ſubinde 4
finita linea legitimorũ, et naturaliũ deſcẽdẽtiũ
à filiab. et deſcẽdẽtib. fęminis, à dictis eius filijs.
Quibus ambabus lineis finitis, et penitus ex-
tinctis, et eo caſu, ipſa Domina teſtatrix in poſ-
ſeſſione ſua poſita ſuper Policinio Sancti Geor
gij in loco detto Bandiſſolo, inſtituit, nomina-
uit hæredes ſuos Nobilem Dominum Hercu-
lem, prænominatum, Dominum Paulum fra-
tres, à Canali ipſius Dominę teſtatrius agnatos
et ipſis non extantibus eorum liberos, maſcu-
los legitimos, et naturales, et in poſſeſſione ſua
poſita in villa Rauallis diſtrictus Ferrariæ in-
ſtituit, et nominauit hæredem pnominatũ Ma
gnificum D. Ioãnem de Beccarijs detto il Bo-
ſco, et ipſo non extante eius liberos maſculos,
et in Domo ipſius D. teſtatricis poſita in cõtra
da Sancti Saluatoris inſtituit, et nominauit D.
Auguſtinũ à Canali, et ipſo nõ extãte eius libe
ros mõ, et ordine, quibus ſupra diſpoſitum eſt.

Deceſſit teſtatrix ſuperſtitibus Andrea, &
Iacobo.

Deceſſit Andreas abſque filijs, et deſcenden
tibus exiſtente in rerum natura Iacobo.

Deceſſit Iacobus relicto Nicolao filio ex
quo genitus fuit Iacintus.

Deceſſit Iacintus abſque filijs.

Dominus Alfonſius Boſchius filius Hypo-
liti filij dicti Magnifici Ioannis, prætẽdens eue
niſſe caſum fideicommiſſi in eius perſona ordi
nati, à dicta teſtatrice reſpectu dictæ poſſeſſio-
nis Rauallis cõtra Dominos fratres de Iardijs
ſuam in prima inſtantia propoſuit petitionem
in qua, ventilata cauſa multa adducta fuere, et
inter cætera nõ eſſe locum petitis per actorem
quia deficiẽte linea ipſius Andreæ decedẽtis ſi
ne filijs, à quib. initiũ ſumit ſecũdũ Pariſ. cõſ.
74. Vidi teſtamentũ, n. 2. li. 3. fol. 143. de quo
meminit Menoc. conſ. 106. Hęc Iuris cõſulatio
nu. 344. li. 2. fol. 18. et Cacher. conſ. 74. cũ igit,
nu. 27. fol. 198. quæ eſt collectio perſonarũ ab
eodẽ ſtipite deſcẽdentiũ cõtinens gradus, et di
ſtinguens numeros, vt poſt Bald. Gozzadi. Io.
And. et Hoſtie. tradit idẽ Cacher. vbi ſupra n.
28. fol. 198. et Rol. cõſ. 25. cũ in præſenti. n. 27.
li. 4. fol. 47. affirmari non põt veniſſe caſum fi
deicõmiſſi, ac ſubſtitutionis, ſeu ſubſtitutionũ
de quib. agitur maximè cũ ẽt linea legitimorũ
et naturaliũ deſcẽdentiũ, à filiabus, et deſcẽden
tibus fęminis à dictis eius filijs defecerit per nõ
exiſtentiã. Natt. cõſ. 678. In cã agitãda, n. 19. et
20. li. 4. fol. 39. Gabr. cõſ. 95. Petrus Catanei n.
24. li. 2. fol. 147. Teſaur. dec. 86. ſubſtitutis plu
res in fi. fol. 78. Peregr. de fideicõmiſ. arr. 15. n.
28. fol. 140. et illa verba deficiente, et finita li-
nea, et quibus ambabus lineis finitis, et penitus
extinctis, de q b. in d. teſtamento pſupponãt exi
ſtẽtiã, ac initiũ, q̃, et qđ hic nunq̃ fuit, vt pbat.

5 Primò per tex.in l.Titius,ff.de condit. & de-
mõſtr.ibi deſiiſſe nõ vr;qđ nõ cępit, & in l.nõ
pôt videri,ff.de reg.Iur.ratio eſt, vt inquit ibi
6 Cagnol.quia priuatio præſupponit habitum.
Secundo per Gloſſ.in Authe. de hæredib.&
7 ſalcid.& in §.hinc nobis ingreſſa in verbo de-
ficientis,q̃ iſtud verbũ exponit ideſt moriẽtis.
8 Tertio per Albericum in dictionar. in ver-
bo defecit,qui hoc verbum exponit deceſſit.
9 Quarto Per Paul.de Caſt.conſ.219.Viſis,&
cõſideratis li.1.n.1.fol.108. vbi dicit qđ viuẽs
moriť,& qđ mors priuatio eſt vitę& eã ſoluit.
10 Quinto per Alciat.conſi.45.teſtamento,nu
mer.24.tom.3.lib.9.fol.276.
Sexto per Pariſ.conſ.4.ex propoſito, nu.2.
li.3.fol.7.dicentem,quod ſi quis deceſſit ſine fi
lijs eius linea Maſculina, quæ initium non ha-
buit non potuit finiri,quia finis non poteſt eſ-
ſe ſine principio,& priuatio p̃ſupponit habitũ,
& d.conſ.74.n.3.li.3.fol.143.vbi pariter dicit
quod linea,q̃ initiũ non habuit finire nõ pôt.
Septimo per Menoch.conſ.326.Grauiſſimi
ponderis,nu.3.& 13.lib 3.fol.
Octauo per Cęphal.conſ. 430. egregius te-
ſtatot,nu.20.lib.3.fol.694. Dicentem lineam
11 eius,qui ad huc pupillus perijt,non cępiſſe,nec
extingui potuiſſe.
Nono per Aimon.conſ.361.Carolus Ala-
mandi,nu.7.li.3.fol.56.vbi ſubſtitutionẽ con
12 ceptam ſi filij prognati eſſent cedere negat fi-
lijs ſuſceptis,quia cõditio voluntaria extenſio-
13 nem non recipit,& conſ.363. quanquam ver
bis pluribus nu.20.fol. 60. vbi affirmat ſubſti-
tutionem,quæ poſthumo fit ad eum caſum nõ
14 porrigi,quo animal nunquam fuit.
Decimo per Rim.Iun.conſ.117.Prima cõ-
ſideratione,nu.53.& 56.li.2.fol. 42. vbi dicit,
qđ licet aliqui intellexerint verbũ deficere, ẽt
non natis liberis,nempe Dec.Soc.& Bero.qui
ita conformes conſuluerunt in teſtamẽto cuiuſ
dam Ioan.de Bardellis Florentini,quod nõ de
fuerunt alij præſtantiſſimi Doctores qui cõtra
riũ reſponderunt dicentes,quod verba ſubſti-
tutionis ſi oẽs deficerent verificari nõ poſſunt
cũ nemo ſit natus,nec referri,poſſe ad eos, qui
nunquã fuerunt, conſ.412.Teſtatrix quædã,
nu.73.li.4.fol.229.& conſi.595.Quod prima
conſideratione,nu.11.& 15.cum ſeq.li.3. fol.
367.vbi dicit,qđ verbũ,Deficere,in teſtamẽ-
to adiectũ lineæ Maſculinæ,debet intelligi na-
turaliter non autem improprie, vel per fictio-
nem,& ſic per mortem naturalem.
Vndecimo per Eugen.conſ.99. licet pleniſ-
15 ſimè num.5.fol.268.dicentem,quod qui non
naſcitur non moritur.
Duodecimo per Burſat.cõſ.19. Magnificus
Dominus Anton.n.22.li.1.fol.75.qui non ſo-
* lum teſtatur de veriori,& communi,ſed quod
ab ea non eſt in Iudicando recedendum.
16 Vltra,qđ propriè deficere non dicũtur,niſi
qui nati moriunť l.ſi Decẽ cũ petiero vbi Glo.
de verb.oblig.l.ſi in teſtamento vbi Gl.in ver-
bo deficiẽtis de vulgar.& pupil.ſubſtit.Gloſ.in
§.hinc nobis in verbo deficiẽtis in auth.de hæ-
17 red.& Falcid.Pariſ.conſ.18.conſideratis,n.13.
fol.51.vbi dicit qđ verbũ in defectũ exponiť,i.
poſt mortẽ,& conſ.19.ad reſolutionẽ, n.158.
li.1.fol.59. vbi dicit qđ illa verba deficiẽtibus
18 primogenitis debẽt intelligi.i.moriẽtib.& cõſ.
93.Potuit ꝓcul dubio,n.3.li.2.fol.189.vbi di-
cit,qđ illa verba,Maſculis deficientib.exponũ
tur,i.morientib.Rolan.cõſi.39.Poſt Abſolutũ
conſil.nu.55.& ſeq.li.4.fol.81.Simon de pret.
de interpret.vlt.vol.li.3.Sol.11.nu.50.fol.Me
noch.cõſ.106. Hęc Iuriſcõſultatio.n.342.li.2.
fol.18.vbi dicit quod ſtrictè,& propriè defice
re non poſt,quod non incepit, q̃uis largo mõ
dicatur deficere,quod nunq̃ fuit,& conſi.326.
Grauiſſimi põderis,n.3.li.4.fol.55. Rim.Iun.
* d.conſ.117.n.53.& 56.li.1.fol.42. qui atteſtať
de cõi,& veriori vt facit Burſa.conſ.19.Magni
* * ficus D.Anton.Zucca,nu.22.lib.1.fol.75.vbi
teſtatur de veriori,& cõiori,& ab ea in Iudicã-
do non eſſe recedendũ,& conſ.227.nu.15.li...
fol.... Cacher.conſ.74. cũ igitur ſupra n. 19.
19 & 20.fol.197.vbi dicit qđ finis, ſiue defectus
20 præſupponit principiũ,ſicut,& mors vitã,ſiue
interitꝰ ortũ,& qđ ſcđm opinionẽ Oldradi,q̃
maxima eſt, & temerè reprobatur per Iaſ. &
21 Soc.per eum allegatum, quia fuit Doctor Il-
luſtris,& pater legũ tpe ſuo,vt dicit idẽ Cach.
vbi ſupra,nu.20.& 21.fol.197.non decedit,q.
22 natus non eſt l.qui duos.ff. de manumiſ.teſta.
Ratio eſt quia illud,quod nõ cępit,nec fuit
in eſſe deductum finire minimè pôt Laderch.
23 Imol.conſ.72.In hac materia,n.9. fol.272. et
Cacher.d.conſ.74.cũ igitur,n.197. et ferè per
tot.Quo caſu nullo mõ dici pôt factũ eſſe locũ
24 fideicõmiſſo memorato,cuius conditio ad huc
24 nõ euenit,ex eo qđ finirę dici minime poſſunt
illę lineæ,quæ nunquam cęperunt,ac fuerũt in
rerum natura ex iam dictis.
Etiam ſi diceretur ſufficere,quod in rerum
natura fuerit linea Iacobi,qui vt ſupra deceſſit
cum Nicola filio,quia pluralitas linearũ, quæ
25 non cęperunt poteſt reſolui in ſingularitatem
iuxta tradita per Gabriel.conſi.117.Bartholo-
meus Bertoccius, nu.37. cum aliquibus ex ſe-
quentibus

quentibus lib. 1. ſol. 142. Simon de pret. de in-
terpreta. vlt. volunt. num. 28. & ſeq. fol. 148. &
Imol. Iun. conſil. 31. Adeo diligenter. num.
7. fol. 127.
Quoniam reſpondebatur primo, neminem
allegatorum loqui in conditione voluntaria fi
26 deicommiſſariæ ſubſtitutionis, in qua ordina-
tio teſtatoris attenditur, & caſus contingens
præter ordinationem teſtatoris non compre-
henditur, etiam ſi non defuiſſet maior ratio
diſponendi, vt poſt Cin. Aucharan. Socin. An-
gel. Ruin. Alciat. & Deci. conſuluit Cacheran.
dicto conſi. 74. num. 25. fol. 197. maximè cum
in ſubſtitutione adſint illa verba eo caſu, quæ
reſtringũt diſpoſitionem ad caſum formaliter
expreſſum, & non patiuntur extenſionem fieri
ad alium caſum, vt ibi per eundem Cacheran.
num. 26. fol. 197. Sed omnes in vulgari, & pu-
pillari loquũtur, & ſic in neceſſaria, inter quas
diuerſiſſima ratio ſubeſt.
Secundo, quod in ſubſtitutione fideicom-
miſſaria, de qua agitur, ſubſtitutio facta in defe-
27 ctum lineæ duorum, & plurium non poteſt in
vnius lineæ finem ac defectum verificari, ſed
concurſus vtriuſque requiritur ſecundum mag-
* * gis communem Doctorum ſententiam, quam
tenet Bar. in l. hæredi plures de conditio. in-
ſtitutor. & in l. is, qui ducenta §. vtrum, n. 4. &
5. ff. de reb. dub. Soc. conſil. 33. circa præ-
ſentem, numer. 5. lib. 3. fol. 27. Capra conſ. 72.
cum viſo, & conſiderato, num. 2. fol. 63. Gabr.
conſ. 90. Anno 1504. num. 30. & 31. lib. 1. fol.
204. Oldrad. conſ. 231. Vt eius, de quo quæri-
tur, num. 2. fol. 96. Ruin. conſ. 121. Viſo, ac per-
lecto teſtamento, num. 5. & 6. lib. 3. fol. 292.
Ripa in l. hæredes mei §. cum ita numer. 142.
ff. ad Trebellia. De communi teſtatur poſt quã
* plures alios relatos Bero. conſ. 38. ſuper capi-
tulis matrimonialibus, num. 13. lib. 1. fol. 126.
Pariſ. conſi. 14. cum in facto, num. 8. & 9. lib. 2.
fol. 38. Pedemon. Deciſ. 112. Petrus Aualo-
nus, nu. 18. fol. 456. Rimbald. Iun. dict. conſil.
117. num. 33. lib. 2. fol. 40. vbi ſuper matre te-
ſtatur fuiſſe Iudicatum, & conſi. 171. Promiſit
Dominus Thomas Mazza, num. 94. eodem li.
2. fol. 167. conſi. 515. In qua quæſtione, num.
30. lib. 5. fol. 128. Odd. conſi. 69. Dominus Ni
colaus, num. 86. fol. 211. Lepid. deciſ. 84. clara
eſt in verſiculo cum igitur nu. 7. fol. 130. Con-
28 ſerſ ẽt, quia vnica traditio ad duos plureſue
relata duas dicitur habere partes leg. hęc ſen-
tentia de conditionibus, & demonſtratio. quæ
non põt pro parte verificari, & pro parte non,
ſed debet in forma ſpecifica impleri l. qui qua-
dringenta. ff. ad leg. falcid. Doctores omnes in
l. Gallus §. & quid ſi tantum de liberi. & poſthu.
& receptiorem dicunt Gomes. de legat. nu. 77.
Vaſq. controuerſiar. Illuſtr. lib. 3. c. 91. num. 3.
fol. Rimin. Iun. conſi. 23. Illuſtris, & Gene-
roſus Comes, nu. 28. lib. 1. fol. 109. & Craſſ.
in § legatum q. 52. num. 1. fol.
Vltra quod contraria opinio, quæ in caſu,
de quo agitur, ex prædictis, & infraſcriptis pro-
cedere non poteſt, limitatur pluribus modis.
29. Primò, vbi pluralitas reſpicit vnum deter-
minabile videlicet finẽ lineæ pluriũ, vt hic, tũc
enim ex vi copulæ copulatorum concurſus
requiritur Pariſ. conſi. 31. omiſſa Diſcuſſione,
num. 129. lib. 1. fol. 89. & conſi. 5. Vnio iſtius,
num. 35. li. 4. fol. 19. vbi non conſtat de conie-
cturata mente teſtatoris in contrarium Pariſi.
conſ. 43. Dominus Ambroſius, num. 49. lib. 2.
fol. 132. Simon de Pret. de interpreta. vlt. vol.
li. 2. interpr. 3. dubita. 1. ſol. 3. num. 105. cum
ſeq. fol. 148.
Secundũ quando vnica oratione de vtriuſ-
que hæredum lineæ fine teſtator locutus fuit,
Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita part. 8. nu.
91. & ſeq. ff. ad trebell.
30 Tertio quando in pluribus caſibus plurali-
tas adimpleri poteſt, & diſpoſitio diſtributiua,
quia ad hunc effectũ fit talis reſolutio, vt dicit
Natt. conſ. 667. de viribus ſubſtitutionis, n. 13.
lib. 4. fol. 103. non autem vbi poſt mortem plu-
rium, vel vnius viuentis, & aliorum naſcituro-
rum fit ſubſtitutio, quia tunc antequam quis
31 naſcatur non poteſt mori, ſed demũ adeſt po-
tentia moriendi poſt natiuitatẽ, nõ prius adeo,
quod in iſto caſu, vt pariter dicit idem Natta
32 ſubintelligitur alia conditio, ſi plures extabũt,
quia conditio expreſſa, ſub qua ſubſtitutus vo-
catur poſt mortem plurium, nũ poteſt imple-
ri, niſi p p exiſtentiã plurium, & alijs non natis
deficit diſpoſitio defectu conditionis ẽt tacitæ.
Quarto quando pluralitas ſaltim habitu, &
potẽtia verificari poteſt in pluribus, ſed vbi in
33 pluribus non poteſt impleri, etiam potẽtia, &
habitu, vt in caſu iſto, tunc in vno nõ impletur,
nec pluralitas reſoluitur in ſingularitatẽ, quia
diſpoſitio locum non habet, tanquam non cõ-
prehendẽs hunc caſum, vt cõſuluit idẽ Natt. d.
conſ. 667. num. 13. in verſi. & per hoc non ob-
ſtat aliud dict. fol. 23.
34 Quinto quando conditio reſpicit perſonam
eorum, cui fit ſubſtitutio, vt in hac ſpecie, nam
tunc non poteſt ſcindi, neque diuidi, & con-
ſequenter pluralitas non reſoluitur in ſingula-
ritatem, vt pariter tradit Natta loco pro-

xime citato.num. 64.fol.23.& bene id colligi-
tur ex poſitis per Alex.omnino vidend. conſil.
209.ſuper prima conſultatione, num. 17.lib.5.
fol.53.de quo meminit idem Natt. loco citato
Dicens quod iura allegata in contrarium non
35 procedunt in iſto caſu. Sexto quādo pluralitas
eſt de forma, nam tunc non reſoluitur in ſingu
laritatē, ſed vtriuſque concurſus requiritur, vt
latè habetur per Becc.cōſ.39.ſi per reſponſum,
nu.17.fol.63.Ondede. conſ.60. Dominus Ni-
cola,num.23.li.1.fol.482.& latè dixi in Deciſ.
March.Deciſ.21.Antonius Angeluccius,num.
91.fol.32.

36 Quod pluralitas in iſta ſpecie ſit de forma
patet,quia ſubſtitutio fuit facta,ſi defecerint,vt
ſupra dictæ lineæ,quę conditionem important
Socc.Iun.conſi.65.cum in præſenti caſu,num.
37 57.lib.1,fol.80.Becc.conſi.41.Viſis allegatio-
nibus,num.26.fol.67.

38 Et per Ablatiuum Abſolutum,Quibus Am-
babus lineis finitis,& penitus extinctis; & eo ca
ſu, quod conditionem inducit l. euictis de eui-
ctio.l.à teſtatore,ff.de cōditio.& demoſtration.
Becc.dict.conſi.39.num. 18.fol.63. Natt.con-
ſil.373.Quoniam contrà,numer.29.lib.ſecun-
do fol.250.

39 Septimo quando conditio eſt voluntaria,
vt hic, quæ cum præciſè ſit adimplenda Hon-
dede.conſi.60.D.Nicolaus, num.27.& 28.fol.
422.Burſar.d.conſ.19.nu.20.lib.1.fol.75.non
poteſt reſolui in ſingularitatem,ſed omnino omiſ
ſum habetur pro omiſso abſque vlla extenſio-
ne,vt per Pariſ.conſ.4.ex propoſito,numer.4.
lib.3.fol.7.

40 Octauo quando verba ſunt geminata,quod
pariter hic verificatur ob illa verba teſtatricis
ibi,niſi primo finita linea Maſculina legitima,
& naturali,&c.& ſubinde finita linea legitimo-
rum,& naturalium deſcendentium à filiabus, &
deſcendentibus fœminis, & dictis eius filij. Et
ibi,quibus ambabus lineis finitis,& penitus ex-
41 tinctis,quoniam tunc verba ſunt intelligenda;
vt ſonant Iaſon in l.ſi conſtante, nu.83. ff.ſol.
matrim. Gozzadin.cōſ.30. In hac cauſa,in qua
nu.3.fol.57.Simon de Pret.in ſuo tract. de In-
terpretat. Vlt.vol.li.2.nu 24.fol.272.

Prædictis tamen non obſtantibus Reſolutū
fuit per mortem Domini Iacinti de Caballetis
eueniſſe caſum fideicommiſſi, & ſubſtitutionis
contentæ in memorato teſtamēto Lucretiæ re-
ſpectu dictæ poſſeſſionis Rauallis in perſonam,
& ad fauorē D.Alfonſi de Beccarij (nuncupati
il boſco) nepotis ex filio D. Ioannis de Becca-
rijs in d.teſtamento vocati,& ſubinde D.Erne-
ſtum,& fratres de Lardis ſalulis legitimis detra
ctionibus,ſi quæ competunt in dicta poſſeſſio-
ne Rauallis teneri ad dimittendum,& relaxan-
dum dictam poſſeſſionem vnà cum fructibus à
die litis conteſtatæ,& percipiendis vſque ad ef-
fectualem illius reſtitutionem.

Non ex eo, quod locus eſſe debeat præfatis
ſubſtitutionibus,etiam filijs non natis, vt aliàs
cēſuit Rota in cauſa D.Antonij,Mariæ de Ghe
linis,cuius copia eſt infra in calce præſentis de-
ciſionis.Sed quia in ſpecie,de qua agitur,res eſt
42 extra omnem difficultatem, cum appareat de
mente teſtatricis fuiſſe,ſubſtitutos admittendos
eſſe in omnem caſum deficientium, ac finitarū
linearum,ſiue cum euenerit per exiſtentiam, &
mortem,ſiue non exiſtentiam, & conſequenter
pluralitatem ex eadem teſtatricis mente poſſe
reſolui in ſingularitatem, non obſtante, quod
vis verborum repugnet l.fina.§.filium, ff.de le
gat.2.l.Lucius,§.Caio Seio,ff. ad trebel. Alciat.
conſ.164. nu. 18. fol. Peregr. de fidei
commiſ.art.21.numer.40.fol.190. Mantic.de
coniectur.vltimar.voluntat.lib.11.tit.1.nu.16.
ver.2.poteſt dici fol. 265. quo caſu ſufficit, ver-
ba ſaltim impropriè deſeruire, ex quo ſatisfa-
ciunt menti, vt poſt Alex.in l.3.in fi.C. de lib.
præterit. Ruin.conſi.177.Proponitur nu.11.li.
2.fol.260.& conſ.183.Quamuis ex his, nu.4.li.
2.fol.267.tradit Menoch.d.conſi. 106.n.343.
lib.2.fol.18.& Peregr.de fideicom. art. 11.nu.
4.fol.86.& tanto magis cum non ſuperſit per-
ſona,quæ expreſſè prompta, & debita affectio-
ne; & tacita voluntate defuncti excludat extra-
neum ſubſtitutum per diſtinctionem,quam fa-
cit Bald.conſ.1.in quæſtione, quæ vertitur nu-
mer.1. in verſiculo aut ſupereſt perſona lib. 1.
fol.96.

Quod ita ſit eſt manifeſtum, quia præter-
quam quod pro expreſſo haberi debet, quod
veriſimiliter teſtator interrogatus ſtatuiſſet,
maximè in fideicommiſſis,& quando non om-
ninò eſt omiſſum, ſed ſequitur ad aliquid ex-
preſſum,vt per Ruin.dicto conſil.177. numer.
2.lib.2.fol.259.& numer. 12. fol.260. voluit
teſtatrix, quod ſi alter ex hæredibus inſtitutis
deceſſerit abſque filijs, & deſcendentibus ma-
ſculis legitimis, & naturalibus,alter ſuperui-
uens,ſiue eius prædefuncti filij, vel deſcenden-
tes maſculi legitimi, & naturales, quos voluit
eo caſu fratris locum ſubintrare,ſuccedant, ac
ſubſtituti ſint,& ſic,quod ēt nō finita linea alte-
rius ex hæredibus inſtitutis per exiſtentiā locus
ſit inſtitutioni,& ſubſtitutioni per ipſam factę
in perſonam alterius,& tanto magis,quod hęc

mens

mens ab initio reſultans declarata in principio dicti teſtamẽti in his,qui ſunt de linea maſculorum fortius influit,ac procedere debet in ſequentibus, & linea fœminarum eiuſdem teſtatricis,nempe , quod intelligatur ſecundum ſuam intentionem , etiam per nõ exiſtentiam, ac natiuitatem filiórum, quaſi abſolute voluerit teſtatrix quomodocunque ſit finita linea inſtitutorum,& ſubſtitutorum locum eſſe inſtitutionibus , ac ſubſtitutionibus per ipſam factis,vt optimè,per neceſſe,ac cõcludenter probant illa verba teſtamenti. Quibus ambabus lineis finitis, & penitus extinctis in poſſeſſione ſua poſita ſuper Policinio Sancti Georgij in loco detto Baldiſſolo inſtituit &c. Si enim vna determinatio , quæ reſpicit plura de-
43 terminabila non poteſt diuerſo modo determinare, ſed æqualiter l. Iam hoc iure, ff. de vulgar.& pupill.Bart.in l.ſi legatarius, §. 1.ff. de leg.3.Ruin.conſ.177. Proponitur, quod teſtator,num.6.lib.2.fol.260.Nat.conſi.14.Viſo inſtrumento numer. 19.lib.1.fol.26. Crot. conſi.1.Dum Titius,num.44.lib.1. fol.3.& conſi.100.Præſens difficultas num.22.eodem libr.1.fol.124.& Surd. conſil.45. excludenda prorſus,num.37.lib.1.fol.210.prę ſertim cum vna ſit oratio , & vnica verborum conceptio , vt per Alc.in dict.l.Iam hoc iure col. 3.& in l. Gallus §.quidam rectè col.3. ff. de lib.& poſthum.Ruin.conſi.3.De pluribus,numer.20. li, 2.fol.6.Curt.Iunior conſi.5.Videretur prima conſideratione,numer.1.fol.20. Dici minimè poterit in ſpecie iſta , teſtatricem diuerſo modo diſpoſuiſſe,ſeu non determinaſſe vniformiter,etiam de fine lineæ per non exiſtentiam,ac natiuitatem filiorum,de qua ſupra expreſſit,& cogitauit,& ſic quod de fine lineæ per exiſtentiam,& non exiſtentiam filiorum intellexerit, quaſi determinatè voluerit in omnem caſum bona per eam relicta, ſuoque fideicommiſſo ſubiecta omninò peruenire debere ad hæredes per eam , vt ſupra inſtitutos, & ſubſtitutos, cum ſumenda ſit ſemper illa interpretatio,quę
44 omnibus pariformiter conuenit,l.in teſtamento C.de teſtament.militar. Crauett.conſil.20. Quod contractus Albergamenti, num.12.fol. 33.Bec.conſil. 101. In propoſita facti ſpecie, num.65.fol.185.Cephal.conſ.67. circa caſtellariam,nu.22.fol.125.& Surd.conſ.150. Verba contractus,num.18.lib.1.fol.677.
45 Nec dicatur dicta coniecturam vti æquiuocam non releuare, quia dicti hæredes inſtituti potuerunt mori ſine filijs,& antea habuiſſe filios ad tradita per Soccin.conſi.62.Viſo capitulo ſubſtitutionis in fine lib.3.fol.67.

Quia in caſu , & ad effectum, de quo agitur, vbi tractatur de apprehendenda teſtatricis voluntate ſufficit colligere , quod etiam nullis vnquam natis filijs , & ſic linea non cępta ſecundum propriam ſignificationem bona tranſire debebant ad ſubſtitutum , ſeu ſubſtitutos ex ipſius teſtatricis diſpoſitione , quæ videtur ſatis clara.

Vltra quod ex poſſibili concernente vnum caſum de hæredibus inſtitutis , qui potuerunt mori ſine filijs, & antea habuiſſe filios,non fit ad effectum,de quo agitur,præiudicium alteri ſpeciei de filijs nullo modo natis,in quo pariter ad inſtitutum , ſeu ſubſtitutum relictum tranſit ex teſtatricis voluntate.

46 Nec tollitur dicta coniectura voluntatis,de qua ſupra,quę ex verbis elicitur,& ſemper ſpectanda,ac ſeruanda eſt vulgatis l. in conditionibus,ff.de conditio.& demoſtratio. l.in fideicommiſſis,§.Item ſi quis certam,ff.de legat.3. l.hæredes mei §.cum ita ff. ad trebel. l.cũ proponebat, ff.de legat. 2. l.ex facto circa med.ff. de hæred.inſtituen. Crauet. conſil.161. Verba ſubſtitutionis,num.13.& ſeq.fol.168.cum cæteris adductis per Cachera.conſ.71.& ſi perlecto exemplo,num.1.fol.184.ob quam ceſſant, ne dum oppoſita , ſed cætera omnia, quæ opponi poſſent,cum illa tanquam regina ſemper dominetur, ac pro lege ſeruetur, §. diſponat in authe.de nu pt.Rolan.conſ.35.Illuſtriſſimę ac excellentiſſimę Princeps, num. 1.cum ſequ. lib.3.fol.85.& conſi.76.Pluribus ex cauſis,numer.29.& 30.lib.1.fol.432.

Laus Deo,& Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

IESVS, MARIA.

DOminus Io. Baptiſta Ghillinus hæredem vniuerſalem ſibi inſtituit Nicolaum eius filium legitimum , & naturalem;& ſi decederet cum filijs maſculis legitimis , & naturalibus,inſtituit,ac ſubſtituit dictos eius filios maſculos in ſtirpes,& non in capita , & ſi aliquis ex filijs Nicolai decederet abſq; filijs maſculis legitimis,& naturalibus , tunc ſubſtituit ſuperuiuentes,aut eorum filios legitimos, & naturales;Et ſi dicti omnes Nicolai filij,aut eorum,vel cuiuslibet eorum filij legitimi,& naturales maſculi decederent, tunc ſubſtituit proximiores deſcendentes ex linea maſculina illorũ de Ghillinis.Et ſic ſemper in perpetuum

vſque quo linea maſculina illorum de Ghillinis fuerit finita, dictus Teſtator ſubſtituit deſcẽtes, quia voluit, & mandauit omninò, quòd bona ſua hæreditaria perueniant ad ſuperuiuentes proximiores de Ghillinis quouſq; linea maſculina finita fuerit.

Mortuo Nicolao ſine filijs, D. Antonius Maria Ghillinus tãquam tranſuerſalis egit ad fideicommiſſum.

Vndè fuit de pluribus dubitatum: Et primò, an Tranſuerſales in Teſtamento cenſeantur vocari.

Secundo, ex quo Nicolai filij non fuerunt nati, an ſubſtitutio euanuerit.

Tertio, an illa ſaltem ex clauſula, quia voluit, &c. ampliari debeat ad caſum, etiam filijs Nicolai non natis.

Quarto. An identitas perſonæ D. Antonij Mariæ Ghillini venientis ad fideicommiſſum vti proximioris deſcendentis ex linea maſculina illorum de Ghillinis, dicatur probata.

Et quo ad primum pro opinione negatiua dicebatur, quòd Teſtator vocando deſcendentes ex linea maſculina, videtur tantum vocaſſe
48 deſcendentes ab ipſius Colonello, cum linea in dubio effectiuè accipiatur, quæ à patre incipit, & ſolũ eius deſcendentes, & non tranſuerſales comprehendit. Soc. Sen. conſil. 33. num. 10. lib. 3. Ruin. conſi. 98. nu. 4. lib. 1. Dec. conſ. 379. num. 4. & 5. Curt. Sen. conſi. 40. num. 14. & ſeq. Pariſi. conſi. 1. num. 19. lib. 3. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. titul. 12. num. 1. Menoch. conſi. 233. num. 18. & ſeq. vol. 3. & conſ. 878. num. 25. Peregr. conſi. 30. num. 10. lib. 2. & conſi. 57. num. 8. cum ſeqq. lib. 5.

Quod videtur reddi clarum, quia Teſtator dixit ſimpliciter, ſi filij Nicolai decederent, idõ non videtur ſupplenda dictio, ſine filijs, cum
49 potiùs ſit facienda interpretatio contra fideicomiſſum, vti odioſum: Non enim ſufficit dicere, quòd Teſtator ita voluerit, ſed etiam probari debet, quòd ſic diſpoſuerit, l. ſi repetendi,
50 C. de condit. ob cauſ. Bald. & Imol. in l. quidã cum filium, ff. de hæred. inſtit. Surd. conſi. 236. num. 8. lib. 2. Alex. & Iaſ. in l. 3. C. de li. præter. Dec. conſi. 159. num. 5.
51 Cum præcipuè coniecturæ non videantur tales, quòd per neceſſe inferant, ita quod diſpoſitio aliàs ſuſtineri non poſſit, & nos cogant ita iudicare, vt de iure requiritur l. Lucius, ff. ad Trebell. Bal. in l. cum virum col. fi. C. de fideic. Surd. dicto loco numero. 34. & 35. ſicut fuit dictum in Rota Rom. in illa de Lambertinis bonorum fideicommiſ. 11. Maij 1612. & apud Seraph. deciſ. 1023. & aliàs fuit iudicatum in illa de Coſtabilibus 29. Maij 1615.

Nec facit, quòd Teſtator explicitè vocauerit proximiores de lineã de Ghillinis, quia di-
52 cta verba non comprehendunt collaterales, ex quo ſunt conſecutiua ſubſtitutionis præcedentis filiorum, & deſcendentium Nicolai, ad quorum perſonas videntur reſtringenda, Surd. deciſ. 9. num. 16. Rot. Rom. deciſ. 698. num. 10. par. prima.

53 Verùm in caſu ſecus eſt, quia voluntas Teſtatoris in fideicommiſſis magis attenditur, quàm verba d. l. cum virum, Bal. in l. voluntatis, nu. 1. verſic. vel latiùs, C. eod. rit. Surd. conſ. 236. num. 45. lib. 2. & ex illa inductum eſſe fideicommiſſum iudicatur Bar. in l. pater §. mater, ff. de leg. 3. Nec non ſufficere coniecturas
54 probabilis mentis Teſtatoris, tradunt Guid. Pap. deciſ. 469. Caſtren. conſil. 369. numer. 1. ver. 3. præmittendum eſt, lib. 1. Rim. Iun. conſ. 744. num. 103. & Sim. de Præt. de interpr. vlt. volu. lib. 3. ſolut. 12. num. 8.

Nam mens Teſtatoris, quòd de tranſuerſalibus intellexerit, ſumitur ex eo, quòd cũ Teſta-
55 tor vocauerit proximiores, decedentibus omnibus filijs, & filiorum filijs Nicolai, neceſſariò ſenſit de tranſuerſalibus, quia cum ſubſtitutio
56 ſit concepta poſt mortem plurium, appellatione filiorum veniunt non ſolum pronepotes, ſed alij vlteriores in infinitum Cæphal. conſil. 107. num. 15. & alij infra adducti, verſic. Et vlterius.

Præterea dicebant DD. potuiſſe etiam cõſiderari, quòd licet in ſubſtitutione deficiat verbum, ſine filijs, & dictum fuerit ſimpliciter, & ſi omnes dicti Nicolai filij decederent: quòd
57 dicta qualitas ſine filijs poſſit ſubintelligi, cum ſimus in deſcendentibus, iuxta l. cum Auus, ff. de condit. & in l. cum acutiſſimi C. de fideic. Craſs. in l. fideicommiſſum q. 21. & 22.

Quod procedere poteſt, ſiue deſcendentes grauati ſint reſtituere extraneo, ſiue alteri filio, Dec. in l. generaliter, nu. 6. & ſeq. C. de inſtitu. & ſubſtit. Gabr. tit. de fideic. lib. 4. conclu. 2. num. 11. Craſſ. dicta q. 21.

Sed quoniam diſpoſitio dictæ l. cum auus cum ſimil. videri poteſt inducta ad excluſionẽ
58 ſubſtitutorum, fauore filiorum, Ideò fuit dictum, quòd cum iſte caſus, & ſi omnes filij Nicolai decederent, veniat aduerſatiuè antecedenti caſui, quãdo aliquis tantum decederet abſq;
59 filijs, & aduerſatiua aduerſetur retentis eiſdem termi-

terminis l.2.§. & ſi,ibique Caſtr.ff.ſolu. matr. Socin.in l.1.§.quæſitum in 3.col.ff.ad trebell. meritò ſubintelligi poſſet,quòd omnes decede rent ſine filijs,& de dictione, Et ſi,quòd ſit ad-
60 uerſatiua, & vti aduerſatiua, repetat qualitatem præcedentem Bero. conſil. 141. numer. 12.lib.3.

Vel ſeu etiam,quia dictio, ſine filijs, poſſet in hac ſubſequenti dici repetita ob ſimplicem
61 dictionem,&,quæ eſt repetitiua,gl.in l.ſi contendat,ff.de fideiuſſor.

Et quamuis repetitio in diuerſis orationi-
62 bus non admittatur,tamen hic illa videtur admittenda, etiam quòd orationes eſſent diuerſæ,quia eadem eſt materia,& eadem ratio,Soc. Iun.conſi.3.num.36.& 148.conſi.29. num.5. & ſeq.vol.1.Anguill.conſil.37.num. 148. Peregr.de fideicommiſ.art.6.numer.23. Item & quia orationes ſunt vnitæ, ſeu alia non datur oratio intermedia Soc.Iun.conſi.83.num.16. lib.1.pleniſſimè Odd.conſi.95.num.85.

Repetitioneque etiam ceſſante,dicta ſubſtitutio deberet recipere interpretationem à præcedẽti,ſi aliquis deceſſerit ſine filijs, vt dicatur
63 facta ſub eadem conditione, ſine filijs,vt præcedens,cum vna pars Teſtamenti declaret aliã l.ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de leg.1.l.qui filiabus in princ.ff.eod.Alban.conſi.36. col.vlt.li. 1.Dec.conſi.15.num.3.

Et facilius inducitur declaratio,quàm repetitio; qualitas enim poſita ad qualificandum,
64 non qualificat capitulum in diuerſa oratione poſitum,declarat tamen verba ambigua ipſius capituli,Anguill.dicto conſi.37.num.37. ſiue qualitas præcedat,ſiuè ſubſequatur, ac etiam ſi in verbis narratiuis ſit adiecta,Aret.conſ. 143. col.fin.Neguz.conſi.72.nu.5.& dicit Anguill. dicto conſi.37.nu.138. procedere declarationem,quando verba non ſunt omninò clara,licèt à iure aliquis intellectus dictis verbis detur,
65 quod in caſu facit,quia ſubſtitutio facta,ſi deceſſerint,diuerſimodè accipi poteſt,videlicet ſi deceſſerint ſine filijs,& ſi deceſſerint ſine filijs ſed cũ nepotibus, pro qua declaratione vt ſup. ꝙ prima ſubſtitutio facta cũ dicta conditione, ſine filijs,declaret ſubſequentem, ſtat in fortioribus terminis Curt.Iun.conſi.139.num.4.&
66 17.vbi ſi Teſtator vult, quòd vnus alteri ſuccedat,neceſſariò intelligitur illa conditio, ſi ſine filijs deceſſerit,& ſi deinde addit, omnes deceſſerint,dicit Curt.quòd prima ſubſtitutio declarat hanc ſubſequentem vt & hæc dicatur facta cum conditione,quamuis ſubintellecta in ipſa prima,ſi deceſſerit ſine filijs.

Ideò non ſubſiſtit intellectus, ſi deceſſerint filijs,ſed cum nepotibus,quo caſu fuiſſent ſubſtituti nõ tranſuerſales,ſed proximiores Teſtatoris,& eò magis,quia in ſubſtitutione paſſiua, quando,vt hic,quis ſubſtituitur alteri, ſi ſine filijs deceſſerit, quia appellatione filiorũ omnes
67 filiorum deſcendentes continentur,& ſucceſſiuè ſubſtitutus non admittitur, ſi is decedat cum nepotibus,vel alijs inferioribus, etiam quod filios non reliquerit l.Lucius l.vltima, ff.de hæred.inſtit.Bart.Imol.& alij in dicta l.Gallus §. Inſtituens,de lib.& poſth.Soc.conſi.249. nu. 2.Cœphal.conſi.107.nu.16.& conſi.262. nu. 6.Honded.conſi.49.num.... lib.2.

Nec obſtat quòd linea in dubio effectiuè accipiatur, quia quicquid ſit de hac concluſione
68 cum contrarium poſt Bart.Salic. Caſtr. Alex. Soc. Corn.Gozad.& alios,quos citat, tradiderint Gabriel.conſi.132.q.6.num. 58. li.1.Durant.de arte teſtan. titul.5. caut. 22.num.4.& conſerunt tradita per Mantic. de coniect. vlt. vol.lib.8.titul.12.ver.ſed ego ſubſiſto,in principio Menoch.conſ.924.num.10.& ſeq. Rim. Iun.conſil.482.num.46.& conſi.817. nu.44. cum ſequ. Ceſſare viſa eſt omnis difficultas, quia vt fuit dictum ſupra,impoſſibile eſt,quòd decedentibus omnibus Nicolai filijs poſt mortem filiorum ipſius Nicolai ſine filijs, admittantur proximiores ex linea, quia dicta ſubſtitutio dicitur concepta poſt mortem filiorum: Vndè cum appellatione filiorum, veniant pro nepotes,& deinceps,& ſic omnes ipſius Teſta-
69 toris deſcendentes, Dec.conſi.391.numer.45. Gozad.conſ.4.num.13.Cœphal. qui de communi teſtatur conſil.107.num.15. poſt Imol. & alios in l.Gallus,§.inſtitutus,ff.de liber.& poſth. Pereg.de fideicommiſ. artic.22. nu.61. ſequitur neceſſariò, quòd cum impoſſibile ſit, quòd Teſtator poſt mortem omnium ſuorum deſcendentium ſubſtituere voluerit, aut potuerit alios ſuos deſcendentes, qui non erant, nec eſſe poterant in rerum natura, quòd prædicta ſubſtitutio proximiorum deſcendentium ex linea illorum de Ghillinis,referenda ſit ad tranſuerſales, & ſic linea in caſu noſtro non effectiuè,ſed contentiuè accipi debet,& veniunt omnes agnati.

Non obſtat,quòd in dubio iudicandum ſit pro non fideicommiſſo Rot. Roman. deciſi. 698. in fin. parte prima, in nouiſ. cum alijs ſupra citatis.

Quia dicitur quòd ex ſupra demonſtratis, res non ſit dubia, ſed clara ad fauorem D.
70 tranſuerſalis, & in claris ceſſant coniecturæ l.

continuus

continuus §.cum ita,ff.de verb.oblig.l.ille,aut ille,ff.de leg.3.

Minùs facit, quòd coniecturæ efficaciores requiruntur ad inducendum fideicommiſſum, nam id non ſemper,& abſolutè intelligi debet, cum ſit in arbitrio Iudicis, quales coniecturæ
71 eſſe debeant,Curt.Iun.conſil.43. num.7. Soc. Iun.conſi.158.col.penult.lib.2.

Et pro vt ſatis etiam dicitur Teſtatorem diſpoſuiſſe,ſi mens colligatur ex alijs in Teſtamẽ
72 to diſpoſitis,vt tradunt omnes in dicta l.hæredes mei,§.cum ita ff.ad Trebell. & ibi maximè Socin.col.3.in fin.& col.6.in princip & Curt. Iun.conſil.16. numer.6. Paſett.conſil. 92. numer.8.

Non obſtat deciſio in cauſa Coſtabili.Primò quia ibi agebatur de interpretando fideicommiſſo ad fauorem prætenſi trãſuerſalis vltra duodecimum gradum aduerſus pronepotem Teſtatoris, quod & durum,& inhumanũ viſum fuit,vt in dicta deciſione verſic.conſiderarunt etiam DD.

Secundo,quia tàm aduerſatiua,& ſi,ponderata ſupra in verſi.Atque etiam quia,& repetitio dictionis,ſine filijs,verſ.vel ſeu,etiam quia, quæ etiam interpretatio ſumpta a præcedenti oratione per viam declarationis vſq; ad verſiculum,nec obſtat,quòd linea, quibus hic defenditur quòd diſpoſitio decedentiæ omnium filiorum Nicolai,& eorum , & cuiuslibet eorũ filiorum intelligi debeat cum conditione,& qualitate ſine filijs in Teſtamento Coſtabilis ſecundum ea,quæ fuere tunc propoſita,& reſoluta ex diuerſitate terminorum ob dictionem, vt ſupra,de qua ibi,& prædictis ſuis filijs vt ſupra decedentibus,ac ob illa verba,ad alium, & alios ſuperſtites excludebatur ſubintellectus dictæ qualitatis ſine filijs in perſona amborũ filiorum Domini Marſilij Coſtabilis, vt clarè habetur in dicta deciſione.Ideo,&c.

73 Circa ſecundum videtur ſubſtitutio euanuiſſe,quia filij Nicolai nati non ſunt,vt in puncto tradit Oldra.conſil.142.& conſil. 177. quam opinionem tenuerunt Ruin.conſi.96.& conſi. 104.num.5.& conſi.172.col.fin.num.7.lib.4. Curt.Iun.conſi.89.nu.5.Cœphal. conſi.426. num.15.Rim.Iun.conſil 410.num. 19. Odd. conſ.62.num.35.& conſ. 56.num. 19. Caſſanat.latè conſil.24.numer.7.latius Pacian.conſil.23.nu.52.& 98. vbi de communi teſtatur.

Nam hæc conditio verificari non poteſt, ſi lijs Nicolai non natis, quia qui non naſcitur, mori non poteſt, l.qui duos, ff.de manu teſta.
74 Rim.Iun. dicto loco numer.19. Pacian. dicto conſi.23.num.67.& 98.Surd.dict. conſi.236. num.10.Mantic.d.tract.lib.11.tit.6.nu.1.

75 Et ſic caducata prima ſubſtitutione, ita cæteræ ſubſtitutiones euanuerunt, cum non extiterint filij Nicolai, nec alij vlteriores deſcendentes,à quibus reſtitutio fieri poſſit,Oldr.conſil. 78. numer. 16. Surd. conſil. 448. numer. 10.lib.3.

Nec obſtat, quod in vulgari ſubſtitutione comprehenſa in compendioſa videatur caſus impotentiæ ob non natiuitatem filiorum incluſus,ſecundum Caſtren.conſi.152.col.fin.in fin.lib.1.

76 Quoniam vulgaris illa eſt impropria, & Caſtr. dicitur communiter reprobatus, vt latè tradit Pacian. dicto conſi. 23. num.127.ex Gabr.conſi.95.nu.20. verſic. Nec refert quod dicant lib.1.

Quod eò magis procedit,quia verbo,ſubſtituit,fuit adiuncta dictio, Tunc,ibi,ſi omnes fi-
77 lij Nicolai deceſſerent,tunc ſubſtituit,&c. hæc enim dictio,tamquam reſtrictiua operatur,vt ſubſtitutio reſtringatur ad caſum expreſſum, nempe ad eum , quo filij Nicolai naſcerentur Crau.conſi.98.num.7.Menoch.conſ.326.nu. 16.Cœphal.conſ.649.num.42. Nec admittat extenſionem aliorum caſuum , etiam ex identitate rationis, Aretin.in l.Gallus,§. & quid ſi tantum,ff.de lib.& poſth.Rim.Iun. dicto conſil.110.num.36.

78 Sed contraria opinio, quòd dicta ſubſtitutio,ſi filij omnes Nicolai ſine filijs decederent,
** verificatur,filijs etiam non natis, eſt magis cõmunis,ac ex crebriori calculo recepta, hanc enim contra Oldr. & eius ſequaces tenuerunt, citando Bar.Bal.Aret.& alios,Dec. conſi.227. & 416.Soc.Iun.conſ.181.nu.26. vſque ad nu. 65.in primo dubio, lib.2. vbi num.23. inquit opinionem Oldr.eſſe communiter repulſatam & conſi.90.nu.24.vol.1.dicit, non eſſe veram, & iniquitatem ſapere,Bero. conſi. 102.ſub nu. 10.lib.2.& conſ.66.num.16.eod.vol. Marzar. conſi.1.nu.1. vbi pro hac opinione citat Curt. Iun.Alciat.& alios,Decian.conſi.1. per totum lib.1.& citando Corn.Curt.Iun.Curt.Sen. Tiraq.Rip.Franc.Zanc.Mantic. Sim.de Præt. & alios,tenet hanc opinionem Surd. dict. conſi. 236.num.26.quod conſilium fuit deciſiuum , vt ibi in principio habetur,qui numer.45.dicit ex Iaſ.Soc.Alciat.& alijs,quos adducit,opinionem Oldr.reprobari communiter, et iniquam eſſe.et contra Teſtatoris voluntatem, & fuiſſe quandam fantaſiam Oldr.tradit Alciat.conſil. 103.col. vlt. et eum etiam reprehendit Ruin.

conſi.

conſil.142.num.8.et conſi.182.lib.2.et Odd.
conſi.67.ſub num.38. qui pro contraria parte
citatur,dicit opinionem Oldr.eſſe fundatam in
ſubtilitate iuris,& quod ſuper ea non facit ma-
gnum capitale,idem Surd.conſi.347. num. 10.
dicens iterum ſub num. 18. verſ.quibus ſic,opi-
nionem eſſe communiter reprobatam,ex quia
ferè omnes,qui Oldr.ſequuntur variarunt,&
contrariam opinionem fuerunt amplexi,idem
Surd.deciſi.37.num.26.& 32.Laderch. conſil.
72.num.2.& ſeq.teſtando, et ipſe de communi
contra Oldr.et plures pro hac opinione aduer-
ſus eum addit,Fachin.contro.iur.lib.4.cap.46.
vbi dicit,pro hac opinione iudicaſſe,Caball.cõ-
ſil.164.vbi dicit,quòd ita in duobus caſibus iu-
dicauit,et fuiſſe contra Oldr. iudicatum,tradit
etiam Alber.in Rub.ff.de vulg.num.23.verſic.
ſed adhuc circa vulg. et iterum iudicatum eſſe
pro hac opinione tradit Alciat.conſi.59. colu.
vlt.lib.9.Decian.d.conſi.1.prout ſic etiam re-
fert Pereg.de fideicommiſ.artic.15.numer.16.
Gabr.conſi.107.numer.41.et ſeq.lib.1.dicens
contrariam opinionem repugnare naturali ra-
tioni,et veroſimili menti teſtatoris, eamq; ve-
luti ſubnoxiam nimia,et captioſa ſubtilitate dã
nari,et maiorem partem DD. Oldr. repugna-
re,eumque et alios,qui eius opinionem ſequũ-
tur,in leges,et receptiſſimas ſententias offendiſ
ſe,teſtatur Crau.conſ.904.ſub nu.7.verſ.argu-
mentum cum ſeqq.vbi latè.

79 Et quidem hac ratione,inter alias, mouẽtur
DD.pro hac opinione,quia caſus non natiuita
tis venit ſub vulgari in compendioſa compre-
henſa,quæ comprehendit quoſcunque caſus ſi-
ue voluntatis,ſiue impotentiæ,quæ impotentia
militat in non nato,Dec.conſ.226.ſua nu.83.
Bero d.conſ.102.vol.2.Dec.d.conſ.1.num.78.
Surd.conſi.236.num.23.et 34.et conſ.347.n.
11 item 5.Peregr.d.art.15.num.16.

80 Nam compendioſa ex illis verbis,ſi filij Ni-
colai decederent ſine filijs,inducitur, etiam ſi-
ne dictione quandocunque,Pariſ.conſ.43.nu.
18.vol.2.Dec.de communi conſ.41.num.69.
lib.1.Surd.d.deciſ.37.numer.8.et ſeqq. Crau.
conſ.856.num.14. Illa enim habet expreſſam
conditionem mortis indefinitè prolatam, et
tractum ſucceſſiuum,et multa tempora comple
ctitur,gloſſ.magna in l.in teſtamento C. de te-
ſtament.milit.vbi Fulg. Caſtr.et Ale.not.Ang.
conſ.125.in princip Rol.conſ.25.numer.15.
vol.1.Natt.conſ.68.num.7. Trentacinqu. de
ſubſtit.part.4.c.5.Craſſ.§.ſubſtitutio q.60.nu.
8.verſ.contrarium,Surd.conſ.347.nu.11.Me-
noch.conſ.551.num.2. Ac etiam ex verbis ſim
8 pliciter,ſi deceſſerit,abſque dictione,ſine filijs,
eam induci tradit Crau.conſ.283.nu.1.

82 Prout etiam idem dicitur ex verbo ſubſti-
ſtituit,quod eſt commune Bar.in l. Centurio,
num.47.ff.de vulgar.Decian.dict.conſ.1.num.
66.et 67.Surd.conſ.236. num.30. et alij,quos
cumulat Intrigliol.de ſubſtitu.cent.3.q.35.nu-
83 mer.1. et 2.de mente iſtorum comprehendit
etiam fideicommiſſariam.

Vnde ſiue ipſa ſubſtitutio ſit fideicommiſſa
ria expreſſa,ſiue compendioſa,nullo pacto eua-
nuit,etiam quod Nicolaus ſine filijs deceſſerit,
ſed hoc caſu reſtituendi onus apud eum reman
ſit ad fauorem tranſuerſalium ſubſtitutorum,
84 cum in ſubſtitutionibus fideicommiſſarijs vl-
timo loco vocatus ſuccedat,nec per obitum,aut
non exiſtentiam primi ſubſtituti fideicommiſ-
ſum efficiatur caducum,ſed ad vltimum ſubſti-
tutum pertinçat ex docti ina receptiſſima Bart.
* in l.quamdiu l.vltima in fine,ff.de acq. hæred.
* quem DD.communiter ſequuntur Dec.conſi.
237.num.2 et conſ.427.num.7. vbi de com-
muni.Odd.conſ.2.numer.12.Peregr.d.art.15.
num.22.Surd.conſ.347.num.12.Zanch.l. hæ-
redes mei §. cũ ita,à num. 1. vſque ad 20. ff.ad
Treb.Sim.de Pret.d lib.3.ſolut.3.

Et ſi enim ſecundum propriam verborum
ſignificationem hæc conditio, ſi filij Nicolai
decederent ſine filijs,eis non natis,videatur de-
feciſſe,tamen ſecundum mentem, quæ in con-
dictionibus primum locum tenet,l.in conditio
85 nibus primum locum, ff. de condit.et demonſ.
intelligitur extitiſſe,vt ſubſtitutio locũ habeat,
vt in ſimili propoſito deciditur in d. l. hæredes
mei §.cum ita, vbi receditur à propria verbo-
rum ſignificatione,et mens ſeruatur, ita tradit
Mantic.d.lib.11.tit.6.num.1.in fin. Surd.conſ.
236.num.38.cum ſeqq.et conſ.347.nu.10. vbi
alios adducit.

86 Et ideo ſubſtitutio facta de deſcendentibus,
ſi filij omnes Nicolai decederent, habet locum
etiam filijs non natis,quia lex præſumit, quòd
ſi Teſtator hunc caſum cogitaſſet,in eum etiam
ſubſtituiſſet,arg.l.vltim. de inſtit.et ſubſtitut.l.
iam hoc iure,ff.de vulg.et pup.Calc.conſ.103.
num.2.Dec.d.conſ.1.num. . . . Sim.de Pret.d.
ſolut.3.num.59.Marzar.in epito.fideicommiſ.
q.13.Odd.in tract.de ſubſtit.de compend.par.
6.art.1.Mantic.d.lib.11.titul.6.num.1.col.3.
verſ.quia lex, Dec. conſ.427.col.2.& 3.vbi di-
cit,quòd Teſtator idem diſpoſuiſſet, ſi de hoc
cogitaſſet,Soc.Iun.conſ.42.num.18.25.& 30.
lib.1.Bertran.conſil.23.numer.5.vol.3. Crau.
conſi.283.numer.1. verſi. Itaque non videtur
obſtare,

obſtare, Surd.conſil.236.num.23. ſub verſic. 3.reſpondeo.

Nõ obſtat quod voluit Pacian.ſupra citatus in ver.nec obſtat, quod in vulgari, vbi quoque ſubſtitutus alteri, ſi deceſſerit ſine filijs non admittatur filijs nõ natis, ex eoq; vulgaris in cõpẽdioſa cõprehenſa ſit vulgaris impropria, volens Caſt. pro contraria parte in dict. conſil. 152.eſſe magis communiter reprobatum.

Etenim Pacian.(ſua pace dictum;) decipitur communem eſſe contra Caſtren.nam pro hu-
88 ius opinione, quod vulgaris in compendioſa comprehenſa, pariat effectus, quos parit vulgaris de per ſe, et de ea, pro vt de hac ſit iudicandum, ſtat Bart.in dicta l.hæredes mei,§.cum ita num.5 et ita tradit Dec.conſ.416.ſub num. 4. verſi.et ante eum, Crau.dict.conſi.283. col.2. verſi.ſed præmiſſis non obſtantibus,Pariſ. conſil.83.num.26.lib.3. Alex.conſi. numer.15. vol.1. Curt. Iun.conſ.33.num.41. Trentacinq; d.loco par.4.cap.7.num.8. Surd.dicta deciſi. 37.vbi dicit ex Bartol.et alijs in l. 1.ff.de vulg. quod eſt expreſſa in genere; et quod propterea de ea tamquam de expreſſa videtur iudicandum,et cum Caſtr. vltra citatos Raph. Cum. Corn.Alciat, Soc.Iun.Gabr.et Cephal.tenent quos citat,et ſequitur Peregr. dict. artic.5. nu. 4.et hanc eſſe communem, et magis communem opinionem, non videtur ambigendum, cum eam teneant etiam ij, qui Oldr.opinionẽ impugnant, qui ſupra fuerunt relati, cum omnes ita eadem ratione moueantur, quod ſub
89 compendioſa dicitur comprehenſa vulgaris, quam Pacian. impugnat, et multi citant eaſdẽ authoritates per ipſum Pacianum reprobatas, ac etiam eundem Caſtren.d.conſi.152.pro et eum illum citat Surd.d.conſi.236. num.23. ſub verſi.5. reſpondeo.

Nec obſtat, quod ſubſtitutio fuerit facta cũ
90 dictione, tunc, quæ ſolet eam reſtringere, & limitare ad caſum expreſſum, l.ſi legatum,§. 1.ff.de condit.et demonſtrat. l. vxori vſumfr. Villæ,ff.de vſufr. leg.et ita ne ad alium caſum trahatur Rom.conſ.431.col.1.n.1. Alex.conſi. 3.num.4.vol.1.Dec.in l.fin.nu.2. C.de inſtit. et ſubſtitut.et conſi.63.numer.2. Surd.conſil. 347.num.3.et ideò impeditur huiuſmodi extenſionem, ſeu comprehenſionem. Anch.conſi. 356.col.3.numer.3.hoc probat, Surd. conſil. 236.numer.14.

Si quidem id non procedit, quando, vt hic, extenſio fieret ad caſum ſimilem expreſſum, vt voluerunt Bart. et alij in dicto §.et quid ſi tantum, Galiau.num.14.vult enim ibi Bartol. quòd vulgaris ſubſtitutio concepta ſecundum formam Galli, quæ habet illam dictionem, tunc, extendatur ad caſum ſimilem, cuius doctrina eſt communiter approbata, Surd. conſ.
92 136.num.46.et 47.ſubdit, quòd vbi etiam cõſtat de voluntate Teſtatoris, fit extenſio ad alium caſum, non obſtante d. dictione, tunc, et citat Gozad.conſi.64.in fin. Pariſi.conſil.92. num.60.et ſeq.vol.2. Soc.Iun. conſil.114.nũ. 29.lib.1.Cephal.conſil.196.num.33.Decian. d.conſi 1.num.146.Mantic.de coniect. lib.5. titul.11.num.10.et idem Surd.conſil.347.nu. 18.verſic. Nec fieri poteſt, vbi etiam ex Man-
93 tica et Decio,quos citat, facit differentiam, an ſimpliciter fuerit dictum, tunc, vel geminatè tunc,et eo caſu,et dicit, quod idem etiam hoc caſu eſſet, ſed hoc firmare pro nunc, aſſeruit non expedire.

Quò verò adiectum de clauſula, quia voluit, illa videtur non ampliare, quãdo eſt adiecta poſt fideicommiſſum abſque prohibitione alienationis, vt hic, Dec.cõſ.294.vbi num. 9.dicit; quòd ſi Teſtator ſubſtituit hæredi inſtituto plures agnatos, cum ratione expreſſa, quia voluit bona in familia ſua conſeruari, nõ propterea cenſetur inducta reciproca fideicõmiſſaria inter ipſos ſubſtitutos, quia ſecundum eum ratio prædicta reſtringi debet ad terminos præcedentis ſubſtitutionis, quæ non poterat extendi ad alias perſonas, nec etiam ex rationis identitate, vt per Aret.in d.§.& quid ſi tantum, quẽ refert, & latè comprobat Menoch. conſil.966.num.55.& ſeq.vbi numer.63. citat in ſpecie Alciat.in l. Pater §.fundum in fine, ff. de leg.3.volentem, pro vt Alex. Corn. Dec. & alibi à ſe relatos, quòd hæc ratio à Teſtatore expreſſa, quia volo,&c.intelligitur ſecundum terminos præcedentis ſubſtitutionis, eandem opinionem ſequitur Rot.Rom.in illa Lambertina, in qua erat clauſula, quia volo,&c.ſubſtitutioni adiecta abſque prohibitione.

Quod maximè procedit, quãdo vltima ſubſtitutio, cui addita eſt clauſula, quia voluit,&c. eſt poſita in oratione cum præcedenti, quæ cõditionem habet, vel in ſeparata cum dictione illatiua, vel relatiua, ita tradit eadem Rot. Roman.deciſ. 618.par.1.in nouiſſ. ſequitur Seraph.deciſ.873.in fi. & eadem Rota Lambertina num....
95 Vndè cum in caſu adſit dictio illatiua; & ſic Ruin.conſil.184.num.6.vol.2.& conſil. 101. num.15.eodem vol.Rim.Iun.conſi. . Ideò dicta clauſula, quia voluit,&c.reſtrictiuè, non autem ampliatiuè, ſtare debet.

96 Cæterum clauſula,& ratio,quia voluit,&c. adiecta ſubſtitutioni abſque prohibitione,non reſtringat ad limites ſubſtitutionis,ſed eã ampliet ad caſum,& perſonas non expreſſas,conſuluit Ruin.conſi.101.in princip. & num.5.li. 2.Anguill.conſi.61.in princip.& in fine,Dec. conſi.41.num.115.& ſeq.lib.1.Bertaz.conſil.
97 6.ſub num.26.verſi. nec Dec.vbi dicit, quòd faciliùs inducitur fideicõmiſſum, quando clauſula,quia voluit, &c.eſt adiecta ſubſtitutioni, quàm ſi adijciatur prohibitioni,& num.31.& 42.& ſub nu.3.in fin.dicit quòd hic caſus nullam, vel minimam habet dubitationem, pro qua citat Decian.Curt. Iun. Durant.& Alciat. Hanc opinionem ſentit etiam Dec.in contrarium citatus in conſil.291. dum in verſ. Non obſtant allegata ſupra in contrarium, reſpondendo dictæ rationi de conſeruandis bonis,eã nõ improbat,ſed dicit,poteſt inducere, ac ampliare fideicommiſſum,quando nõ fuiſſet pro vt erat in caſu reſtricta, & limitata ad ſupradicta,pro vt etiam Dec.perpendit Decian.dicto conſi.41.ſub num.116.

Idem ſentit Rota Rom.vt per Seraph.deciſ. 874.dũ dicit,quod prohibitio dẽt reſtringi ad
98 limites fideicommiſſi, quia fideicommiſſum eſt cauſa prohibitionis, ergo ceſſante prohibitione,ſenſit Rota, quòd fideicommiſſum non reſtringat.

Non obſtat Dec.dicto conſi.291. nec alij, qui cum eo tenent,quia,vt dictum eſt,contrariam opinionem tenuerunt Ruin. Anguill. Decian. Bertaz. & alij,quos ipſe refert dicto conſi.6.num.26.

Immò,& hanc opinionẽ tenet,& ipſe Dec. dicto loco,vt dictum fuit ex mente etiam Decian.qui etiam conſiderat contra Decia. quòd addentes ad eumdicunt,quod Dec. malè conſuluerit,&aduerſus eum in illo caſu conſuluit Pariſi.conſi.41.vol. ...

Eodem modo reſpondit Anguill.d.conſil. 61.num. 238.quòd ſcilicet in caſu Dec. con-
99 currebat dictio,vt ſupra, per quam Teſtator habebat relationem ad ordinem ſupradictum, ita quod apparebat eum nolle inducere nouã diſpoſitionem,dicens,num.235.reſpondendo Alciat. quod DD. per eum citati loquuntur, quando ratio eſt addita per dictionem,vt hic, vel ſimilis,& quod ſecus eſt,quando principaliter dicitur,quia volo,&c.

Nõ obſtat dictio,ſic,nec alia quælibet,quæ
100 poſſit ſtare illatiuè,Hoc enim non procedit, quando aliundè conſtet eã,vel eas eſſe poſitas ad ampliandum,vt in caſu, quia ſic dicta dictio ſumi debet ampliatiuè,& nõ illatiuè, ita Ang. in l.nulla,ff.de ll. vbi loquitur in dictione, ita quod,quæ aliàs dicitur illatiua,l.Codicillis,ff. de vſufr.leg.ibi vt ad nouiſſimam l.8.ff.de iuriſdict.omn.Iud.Gabr.conſi.111.num. 22.li. 1.Rim.Iun.conſi.464.num.39.vbi æquiparat hanc dictionem,ita quod,dictioni,& ſic,Curt. Sen.conſil.49. n.40. vbi dicta dictio ſumitur ampliatiuè,de mente Bald. in proem. Decret. num.45. qui loquens in termino reſtrictiuo, dicit,quòd non reſtringit ea , ad quæ adaptari non poteſt,nec vbi reſtringere non põt,Ruin conſi.92.num.6. li.3. dicens ſtare ampliatiuè quãdo ex ratione expreſſa patet,quòd fuit poſita ad ampliandum,Socin.Sen.conſil.241. in fin.lib.1.vbi dicit, quòd debet ſtare ampliatiuè,ita vt interpretetur pro eo,ad cuius fauorẽ fuit prolata, Pariſi.conſi.90.num.27.& conſi. 92.num.33.& conſi.93.num.13.lib.2. Decia. conſi.33.num.94.lib.1.& conſi.84. nu.27.li. 3.Purpur.conſi.203.nu.8.Sim.de Præt.conſi. 25.num.27.inter conſi.Leon.Paſſer.conſ.92. nu.4.li.1.qui etiam loquitur de dictione,& ſic.

Quòd in caſu,de quo agitur dictio,& ſic,fue
101 rit ad ampliandum poſita,probatur,quia Teſtator poſt dictionem illam,& ſic, ſubdit ſemper in perpetuum ſubſtituit deſcendentes, vndè cum hæc verba pinguiùs prouideant,quàm præcedẽtia,neceſſe eſt,quòd ſtent ampliatiuè.

Nam pinguiùs prouident, quia præcedentia,ſubſtituit proximiores deſcendentes ex linea maſculina,non inducunt inter deſcendentes fideicommiſſum perpetuum, pro vt iſta, quæ ſequuntur.

102 Quia nomini deſcendentium, quod eſt collectiuum,Alex. conſi.24.col.1.vol.Dec.conſi. 584.num.6.& conſi. 636.numer. 9. fuit additum verbum,ſubſtituit, quod habet actum
103 momentaneum Menoch. conſil.328.nu.9. quo caſu fideicommiſſum non dicitur inductũ ad doctr.Cuman.in l.cum ita, §. in fideicommiſſo ff.ad Treb. quem cõmuniter approbari dicitur infra. Et eò magis,quia Teſtator nõ dixit ſimpliciter,ſubſtituit deſcendentes, ſed pro ximiores deſcendẽtes ex linea maſculina, quo fit,vt deficiat nomen collectiuum,deſcendentes, tanquàm reſtrictum à nomine proximio-
104 res,ita tradit Decia.quòd,verbũ,Proximior reſtringit nomen familiæ, cui adijcitur, quod pariter eſt collectiuum,in conſ.10.num.17. & 18.lib.3.concludens propterea fideicommiſſum non induci,prout inducitur,ſi verba Proximiores, non adeſſent, quem ſequitur Mantic.dicto.lib.8. titul.12. numer.34. Peregr.de

fidei-

fideicommiſ.articul.19.numer.28.

105 Verba autem ſubſequentia,ſemper in perpetuum,&c.ſubſtituit deſcendentes,quouſque &c.inducunt perpetuum fideicommiſſum inter deſcendentes,& ſic pinguius prouident, & ita ſtant ampliatiuè.

Nomini namque deſcendentium collectiuo fuerunt addita verba denotantia actum ſucceſſiuum,& perpetuitatem, nempe ſemper in perpetuum, quouſque fuerit finita linea maſculina illorum de Ghillinis,Soc.conſ.84. nu. 5.lib.3.Ruin.conſi.24.num.2.lib.2. Cœphal. conſi.447.num.2. Ideò ex ſupradictis dicitur inter deſcendentes inductum eſſe fideicommiſſum perpetuum,Cum.in d. §. in fideicōmiſso quem ſecuti ſunt Ruin.conſi.92.n.5.& 8.li.2. Cœphal.conſi.88.num.34. vbi alios adducit, & conſi.296.num.15.& 353. num.43. latiſſimè Menoch.conſ.85.num.54.67.& ſeqq.qui alios plures citat,Sim.de Prǽt.d.tract.li.2.86. col.2.idem,Cœphal.conſi.646.num.10. Dec. dict.conſi.10.num.31.34.& ſub num.59.Menoch.conſi.376.numer.10.& ſeqq. Ruin.Iun. conſi.371.num.7.& conſi.80.numer.6.Ang. conſi.38.numer.1.& Torniell.In l. Gallus, §. quidam rectè num.92.de lib.& poſthu.& ibi Ruin.num.51.& 56.idem Menoch.conſ.528. ſub num.3.9.& ſeq.& ſub num.50. vbi infinitos propè auctores pro hac opinione citat, & ſub nu.54.teſtatur hanc eſſe veram, & magis receptam ſententiam.

106 Vndè dicta dictio,ſic,dicitur ſtare ampliatiuè,& nō reſtrictiuè,quia in caſu ampliat ſubſtitutionem præcedentem,ex qua non reſultabat fideicommiſſum perpetuum inter deſcendentes,& conſequenter ipſa oratio à præcedēti ſeparata non habet dictiones illatiuas, ſeu relatiuas,ſed ampliatiuas, & hæc oratio eſt ſeparata ab illa, quæ præcedit, cum regatur tota à ſuo verbo,ſubſtituit,Bald.in l.1.§.his itaq;col. 2.C.de caduc.& conſi.78.lib.1.Soc.Sen.conſ. 4.numer.17.lib.4. Menoch.conſil.72.numer. 10.& ſeqq.

107 Quod ad quartum attinet,apparet probatum de identitate perſonæ ipſius D. Antonij Mariæ, & eum deſcendere à linea illorum de Ghillinis,per duas enunciationes,quia cum ſimus in antiquis,illę plenè probant, vt per Bal. Salic.& Caſtren.in l.cum aliquis,C.de iur.de lib.cum alijs,quos citat Crau.de antiqu.temp. part.1.§.ampliatur num.14.cum ſeq.Seraph. deciſi.1021.nu.1.& 1025.numer.14.etiam in præiudicium tertij, idem Seraph. deciſi.474. numer.1.

Ideò ex his viſum eſt Dominis pro maiori parte tenere pro fideicommiſſo ad fauorem dicti D. Antonij Mariæ proximioris deſcendentis ex linea maſculina illorū de Ghillinis.

Sed quia ipſe,vt repertum fuit,non probauit alias alienationes fuiſſe factas à grauato de bonis dicto fideicommiſſo ſubiectis, Domini reſoluerunt alienationem prædij, de quo agitur,cenſeri inter primas alienationes,vt tradit Peregr.de fideicommiſ.art.39.num.4.cum adductis per eum, & ſucceſſiuè dictum prædium non ſubiacere dicto fideicommiſſo,dictamque ream propterea fore, ac eſſe à petitis per eum abſoluendam,pro vt illam abſoluerunt.

Ad Laudem Dei,& B.Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Proceſſus non petitis dilationibus ſtatutarijs an ſit irritus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de dilationibus concedendis quomodo debeat intelligi,& num.ſeq.*

2 *Dilationes licet ſint de iuſtitia,non tamen ſunt de ordine ſubſtantiali.*

3 *Dilationes non omittere tutius eſt,& quare.*

4 *Appellatio an detur quando dilationes omittuntur, vel nimis abbreuiantur.*

DECISIO LVI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 Dilationes ſtatutariæ, quæ ſunt de iuſtitia, nō autem de ordine ſubſtantiali Trentacinq.Variar.reſolu.Vol.1.lib.2. Reſol.2.nu. 13.in titulo de Iudic.fol.3. ſi omittantur,quia nemo illas petijt proceſſus non vitiatur, ſecus ſi fuerint petitæ,& omiſſæ Gloſ. in l. Vniuerſa 4.in verbo præbeatur litera.1.C.de precib.imperato.offerend.& ibi Paul.de Caſt. numer.7. in fine fol.32.per dictam Glo.& in l.peto 71. §.fratre.num.3.& 4.ff.de legat.2.fol.63.etiam ſi ſtatutum annullaret actum, vt in dictis Iuribus,& late per Marſil.in ſua pract. crimina. in §.nunc Videndum,num.4.& 5.fol.46.

3 Et propterea cautela eſt eas non omittere, ne detur occaſio clientulo diſceptandi, aduocatos conſulendi,ſumptus faciendi, ſeu recur-
4 rendi ad proditum remedium appellationis, quod vbi omiſſæ,ſiue nimis abreuiatæ fuerint nō denegatur c.1.extra de dilatio.Trentacinq. vbi ſupra,n.13.In ver.hinc eſt qđ ſi omittunt.

Laus Deo,& Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

AR-

ARGVMENTVM.

Conductor conuento tempore non ſoluens an poſſit expelli.

SVMMARIVM.

1 *Conductor, qui legem contractus in ſoluendo non ſeruat expellitur.*
2 *Iuramentum in locatione appoſitum, an impediat expulſionem.*
3 *Promiſſio de non expellendo, an ſuffragetur locatori non ſoluenti debito tempore penſionem.*
4 *Expulſio licet fieri poſſit propria auctoritate, laudabilis eſt tamen via iudiciaria.*
5 *Conductoribus non ſoluentibus petitiones debito tempore, quid facere liceat locatoribus ex ſtatuto.*

DECISIO LVII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

RRetenta diſtinctione, de qua per Alexandrum conſ. 105. Magnifice Domine Prętor nu. 16. lib. 3. fol. 91. & Carrot. in ſuo tractatu locati, & conducti in Rubrica cauſæ recuſationis quatuor quæſt. 14. nu. 50. verſiculo pri-
1 mo caſu fol. 202. Dubitaui an conductor conuento tempore non ſoluens quaſi non ſeruans legem contractus poſſit expelli.

Et cenſui, quod ſic non ſolum de iure communi, quia huiuſmodi conuerſio habet tacitam conditionem, ſi conductor tempore conuento ſoluat penſiones, vt probatur in l. Iulianus §. offerri ff. de action. empt. & in materia locati per tex. in l. quæro §. inter locatorem ff. locat. Idem in ſpecie tenet Marſil. ſingul. 42. frangenti fides fol. 10. Alex. conſ. 105. Magnifice prætor num. 17. lib. 3. fol. 91. & conſil. 131. In cauſa num. 1.
** lib. 4. fol. 105. Vbi teſtatur de magis communi, Menoch. de præſumptionib. lib. 3. præſumpt. 38. nu. 2. ſol. 154. & præſumptio. 10. lib. 6. fol. 66. Becc. conſ. 9. explorati iuris num. 1. fol. 18.
2 etiam quod promiſſio fuerit iuramento firmata, vt per Marſil. dicto ſingulari 42. & promiſſum fuerit conductorem non expellere, vt per
3 Menoch. in locis proximè citatis, quod tenet etiam Carroc. in dicto ſuo tractatu locati, & conducti in dicta Rubrica cauſæ recuſationis quatuor q. 14. num. 4. cum ſeq. fol. 200. vbi num. 6. etiam dicit id fieri poſſe propria auctoritate, vt
4 quoque dicit Becc. d. conſil. 9. num. 2. Alexand. dicto conſilio 105. num. 17. lib. 3. licet laudabilis ſit via iudiciaria iuxta practicam, quàm ponit idem Carrot. vbi ſupra nu. 11. cum ſequen. fol. 201. nam, vt dicit idem num. 15. hodie Ius commune paſcitur Papauero, & opio. Sed de iure ſtatutario lib. 2. Rubr. 96. fol. 88. quo locatores conductoribus non ſoluentibus, aut ſatisfacientibus debito tempore poſſunt rem locatam alteri concedere, vel expellere ipſos conductores ſoluentibus tamen ipſis penſionem pro rata temporis.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Subſtituto vno vbi plures ſunt eiuſdem nominis, ſi vnus eſt coniunctus teſtatoris, alter non, vel non tantum, de quo intelligatur. Ad impediendam executionem ſtatuto non obſtante, an poſſit aliquid opponi.

SVMMARIVM.

1 *Bona fuiſſe in bonis teſtatoris ex quibus probetur.*
2 *Iuri accreſcendi quando ſit locus inter ſubſtitutos.*
3 *Teſtatoris diſpoſitio quid operetur.*
4 *Subſtitutio dubia, ex quibus declaretur.*
5 *Proximitatis ratio habetur in declaranda ſubſtitutione ambigua, & proximior admittitur.*
6 *Proximior in gradu præſumitur magis dilectus.*
7 *Vocatus is cenſetur, erga quem eſt maior affectio.*
8 *Statutum Ferrariæ Rub. 72. lib. 2. aduerſus commiſſam executionem, quas exceptiones admittat, & quomodo intelligatur.*
9 *Exceptiones, quę non poſſunt allegari cōtra grauamen, an admittantur contra executionem ipſius grauaminis.*
10 *Exceptio executionis factæ in bonis alterius, quam debitoris continet exceſſum, qui multipliciter conſideratur, & reſpicit defectum iuriſdictionis, quę nunquā dicitur excluſa, & ſemper allegari poteſt.*
11 *Statutum Ferrarię Rub. 72. lib. 2. loquitur, vbi creditor petierit executionem actualem fieri in bonis debitoris, ſeu in bonis condemnati.*
12 *Statutum eſt ſtricti iuris, & non extenditur.*
13 *Extenſio non fit, vbi eſt contradictio, in qua qui ſe fundat non auditur.*
14 *Ex diuerſis non infertur.*
15 *Verba cui non conueniunt, nec conuenit eius diſpoſitio.*
16 *Exceptiones dicuntur reiecta per proceſſum ad vlteriora.*
17 *Veritas eſt ſequenda cæteris reiectis, ne quis indebitè damnum patiatur, circulus euitetur, & non fiat per plura, quod poteſt effici per pauciora.*
18 *Sola facti veritate inſpecta proceditur coram Rota.*
19 *Diſpoſitio qualibet refertur ad viuentem, non autem ad mortuum, qui non dicitur eſſe, ſed fuiſſe.*
20 *Dictio, olim, vel quondam, indicat perſonam eſſe mortuam.*
21 *Arguitur à communiter accidentibus.*

22 *Dictio eius eſt perſonaliſſima, & ad oculum demõſtratiua certæ perſonæ, & ſignificat identitatem, & perinde eſt, ac ſi dixerit ipſius.*
23 *Bannitus æquiparatur deportato, qui dicitur mortuus.*
24 *Teſtator quid ſenſerit declaratur ex coniecturis.*
25 *Omiſſio illius dictionis, olim, vel quondam, quæ ſubintelligitur in inſtrumento vbi ſit mentio alicuius defuncti, non vitiat inſtrumentum.*
26 *Dictio quondam vt ſit locus menti teſtatoris ſubintelligitur.*
27 *Teſtator præſumitur magis diligere nominatos in teſtamento, quam ſibi coniunctos.*
28 *Voluntatis, quæ ſunt, non ſunt neceſſitatis.*
29 *Ratio oculorum mentis haberi poteſt.*
30 *Coniectura voluntatis teſtatoris habentur pro voluntate expreſſa.*
31 *Pluralis locutio quibus adaptetur.*
32 *Pluribus, quod conuenit an verificetur in vno.*
33 *Pluralitas quando reſoluatur in ſingularitatem.*
34 *Teſtator ſi voluit plures, voluit quoque habere vnum ex pluribus.*
35 *Donatio reciproca omnium bonorum inter fratres fauore agnationis an valeat.*

DECISIO LVIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

FRanciſcus Coccius, & conſors litis vti heredes quõdam Domini Hippoliti Tuſini obtinuerunt ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Cardinali Legato grauamen aduerſus Illuſtres Dominas Syluiam, & Hippolitã de Riminaldis pro lib. 725. & modijs tribus frumenti, & totidem Caſtellatis vini exequẽdum in bonis hæreditatis quondam Illuſtris Domini Herculis de Riminaldis, & vigore huiuſmodi grauaminis ingreſſi fuerunt poſſeſſionẽ cuiuſdam petiæ terræ nuncupatæ vigmar ſtariorum quadraginta in circa poſitæ in Villa Maſſæ ſuperioris, cui ab vno capite eſt via publica pro parte mediante fouea appellata la Piſtrina, & pro parte Illuſtris D. Petrus Superbus, & ab alio ager Vallium, ac ab vno latere via publica, & ab alio hæredes q. Illuſtris Domini Brancalęonis; tanquam de bonis d. q. Illuſtris D. Herculis, animo in ea petia terræ ſibi ſatisfaciendi pro dicto eorum credito, & vt latius in inſtrumento tenutæ.

Deinde petierũt committi ſubhaſtationes citatis memoratis Dominabus de Riminaldis, quæ oppoſuerunt non eſſe committẽdas, quia tenuta erat capienda in bonis hæreditatis dicti quondam Herculis ad formam grauaminis, non autẽ in bonis diuerſis, vt capta fuit, in quibus d. D. Hercules nullum ius nũquam habuit, & ſi quod habuit expirauit per eius mortẽ ſtantibus fideicommiſſis, quibus dicta bona ſuppoſita sũt, vt obtulerũt ſeparatos probare aſſignato habili tẽpore, vt fuit aſſignatũ.

Poſt hæc Illuſtres Domini Hercules, & Ioannes fratres de Riminaldis, qui tanquam defenſores prædictarum Illuſtrium Dominarum comparuerunt, & non obſtantibus oppoſitis ad cauſam admiſſi fuerunt, tam ex decreto Illuſtriſſimi D. Cardinalis Legati, quã ex alijs quampluribus actis ab vtraque parte in proceſſibus habitis, factis probationibus reportauerunt ſententiam contrariam cum commiſſione ſubhaſtationũ iuxta petita per actores, à qua ipſi Domini fratres appellauerũt ad Dominum Rotæ Prætorem, qui ex nouiter deductis illam reuocauit, & declarauit terras, quarũ ſubhaſtationes pro parte dicti Coccij petitæ fuerunt; fuiſſe, & eſſe ſubiectas fideicommiſſo Clariſs. q. IC. Domini Iacopini Riminaldi ad fauorem ipſorum fratrum de Riminaldis, & aliàs prout in ea.

Appellauit aũt ab hac ſentẽtia Coccius ad Rotam, corã qua diſputato dubio; an ſentẽtia memorata eſſet confirmanda, vel reformãda.

Domini concorditer ſteterunt pro confirmatione Domini Iudicis à quo ad fauorẽ dd. DD. fratrum de Riminaldis, quia bona capta in tenutam non remanſerunt in bonis d. Herculis, ſed in hæreditate illius celeberrimi, ac Doctiſſimi Iuris Cõſulti Domini Iacopini de
1 Riminaldis, vt probatur ex æſtimo ipſius D. Iacopini, de quo in proceſſu ſignato B. ſol. 57. Item ex duobus inuentarijs hęreditatis dicti Iacopini, quorum vnũ fuit confeciũ à Domina Lucretia Martinenga filiorũ eiuſdem Iacopini matre, ac tutrice, de quo in proceſſu ſol. 201. alterum verò iudicialiter ab eiſdem filijs ipſorũ tutore mediãte, de quo fol. 18. ac etiã ex diuiſione ſecuta inter eoſdẽ filios Iacopini, & relatione à petito agrimenſore facta, de qua ſol. 198. ad latè tradita per Peregr. de fideic. artic. 44. nu. 2. & 5. fol. 406. & nu. 7. fol. 407. qui in eius teſtamẽto rogato de anno 1528. 27. Maij per D. Ioannẽ Baptiſtam Codegorium notarium publicum Ferrarię inter cętera, cũ pleniſſima prohibitione alienationis bonorũ, detractionis Falcidiæ, ac Trebellianicę, ac alterius cuius portionis, ac prouiſione contra attentantes, aut machinantes aliquod delictũ, ob quod bona eſſent in totum, vel pro parte confiſcanda, voluit, quod deficientibus omnibus in eodem teſtamento inſtitutis, ac ſubſtitutis, ſeu vocatis eius bona perueniant ad filios, & deſcendentes Laurentij Riminaldi pro vna tertia parte, & pro duabus alijs tertijs ad filios Hie-

ronymi

ronymi Riminaldi maſculos, & eius, vel eo-
rum deſcendentes in infinitum, &c. in quibus
nunc ſuccedunt dd. DD. Hercules, & Ioannes,
2 de quibus in cauſa, tam ex iure accreſcēdi quia
mortuo Laurentio abſque filijs, & deſcenden-
tibus eius tertia pars alijs duabus portionibus
vnitur ad vniuerſam hæreditatem teſtatoris fa
uore fideicommiſſi pro dictis deſcendentibus
Hieronymi eadem coniuncta oratione ſubſti-
tutis ad tradita per Alex. conſ. 109. alias 251.
videtur prima fronte reſpondendum col. 1. &
2. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus libro 2.
fol. 98. & Peregr. de fideic. artic. 9. ſub num. 8.
verſ. idem ſi ſubſtituiſſet. & nu. 13. fol. 78. &
artic. 15. numero 39. fol. 140. Quam ex teſta-
3 toris diſpoſitione cum conſtet ipſos eſſe de de-
ſcendentibus Hieronymi de Riminaldis voca-
tis, vt ex teſtibus examinatis pro parte eorum-
dem DD. fratrum, iuribuſque quampluribus
ab eis productis, cœteriſque in proceſſu dedu-
ctis liquidò apparet, ex quibus cum res viſa fue
rit ſatis clara, difficultas tota fuit reſtricta ſuper
declaratione, ac interpretatione memoratæ
ſubſtitutionis de filijs Hieronymi Riminaldi
maſculis, vel eorum deſcendentibus in infini-
tum ordine ſucceſſiuo ſecundum gradus præ-
rogatiuam æqualiter, & æquis portionibus;
quam Domini interpretati ſunt debere intelli-
gi de deſcendentibus illius Hieronymi, qui te-
ſtatori proximiores erat, nempè de deſcenden-
tibus Hieronymi patrui, quales dd. DD. fratres
eſſe probatum fuit, non autem Hieronymi pa-
truelis minus propinqui, vt prætendit Coccius
ad excluſionē dd. DD. de Riminaldis, de qui-
4 bus in cauſa, moti quia ambigua ſubſtitutio
declaratur ex proximitate, & parentela, vt in
puncto decidunt Gramat. conſ. 31. Vincentius
nu. 5. & 7. fol. 18. Mantic. de coniect. vlt. volūt.
lib. 8. tit. 4. nu. 5. fol. 176. Menoch. præſumpt.
lib. 4. præſ. 25. numero 10. verſ. ex duobus verò
coniunctis fol. 28. & Simon de Pret. de interpr.
vlt. vol. lib. 1. interpr. 2. dub. 2. fol. 3. nu. 3. fol. 57.
etiam quod ambo ſint propinqui, quia tunc cę-
5 teris reiectis ſemper habetur ratio maioris pro-
ximitatis, ac parentelæ, vt ſcilicet ſemper proxi-
mior ſuccedat, ac cenſeatur vocatus, vt ibidem
in terminis terminantibus decidit idem Simon
de Pret. in verſ. & proximior, dum dicit, quod ſi
factum ſit legatum Franciſco alio cognomine
non expreſſo, & duo ſunt Franciſci, ſi vnus ſit
coniunctus teſtatori, alter non, vel nō tantum,
magis propinquo debitor legatum, ea ratione
6 quod proximior in gradu præſumatur magis
dilectus l. cum ita §. in fideicommiſſo, ff. de leg.
1. l. peto §. fratre ff. de leg. 2. Ruin. conſ. 141. viſo
teſtamento col. 3. nu. 7. lib. 2. fol. 200. idem te-
net Menoch. d. lib. 4. d. præſ. 25. num. 10. fol. 28.
7 dicta ratione, vt is vocatus cenſeatur, erga quē
eſt maior affectio, & dicitur de amico ſimplici-
ter, vel eo, qui eſt magis amicus, quā alius, qui
intelligitur in diſpoſitione vocatus, idem Si-
mon de Pret. de interpr. vlt. vol. lib. 1. interpr. 2
dub. 2. fol. 4. nu. 3. fol. 58.

Quod autem primo loco dicebatur, præfa-
tos Dominos fratres de Riminaldis nō eſse au-
diendos, nec oppoſita pro eorum parte aduer-
ſus grauamen relaxatum ad fauorem Coccij,
vel potius illius executionem facti, non debeant
8 admitti, ſtante præcipuè ſtatuto Ferrariæ Rub.
72. in verſ. commiſſa executione, & in verſ. ſi pe-
rat lib. 2. fol. 76. admittente ſolum exceptionem
ſolutionis tranſactionis, vel quietationis ema-
natæ poſt commiſſam executionem.

Nihil facit, quia procederet vbi exciperetur
9 contra grauamen, non autem vbi excipitur con-
rra executionem ipſius grauaminis facta in bo-
nis fideicommiſſi, & ſic alterius, quam Herculis
debitoris, & per conſequens diuerſis à contentis
in grauamine, de qua non loquitur, nec ſentit di
ctum ſtatutum ad tradita in puncto per Anton.
de Canar. in ſuo tract. de execut. Inſtr. q. 28. nu.
62. fol. 309. Benedict. de Barz. in ſuo tract. de
Guarantig. in 2. part. q. 16. incip. nunc capio fol.
240. Corni. conſ. 212. Placet mihi lib. 2. fol. 237.
Io. Bapt. Aſin. in ſua Iudic. prax. §. 31. c. 44. nu. 1.
fol. 193. Pract. Capitolin. in tit. de execut. Inſtr.
lib. 3. cap. 2. num. 18. fol. 101. & Carocc. in ſuo
tract. de except. except. 167. fol. 168. etiā ſtante
Camerali obligatione, vt per Galleſ. ad form.
Cam. oblig. q. 3. nu. 1. fol. 70.

Et tāto magis, quod memorata exceptio exe-
cutionis factę in bonis alterius, quā debitoris cō-
10 tinet exceſſum, qui multipliciter conſideratur, &
reſpicit defectum iuriſdictionis ſecundū Carocc.
in d. ſuo tract. de except. c. 126. num. 1. fol. 142.
quæ nunquam dicitur excluſa, & ſemper allega-
ri pōt, vt latè tradit Gabr. de ſtat. cōcl. 3. fol. 355.
Marſ. conſ. 181. ſalus omnium in te. num. 38. fol.
680. dec. conſ. 8. viſo puncto num. 7. fol. 8. Becc.
conſ. 22. quamquā quæſtio propoſita nu. 6. fol.
42. Rota Lucan. per Magon. dec. 22. Magnificus.
D. Prætor Lucenſis nu. 18. fol. 74. deciſ. 36. ſta-
tutū Lucenſis ciuitatis nu. 30. fol. 134. deciſ. 44.
Publico Lucenſis nu. 6. fol. 170. & Carocc. eod
tract. de except. except. 22. q. 1. nu. 1. fol. 11. vbi
** atteſtatur de magis communi, idque ibidem nu-
mero 1. ampliat in qualibet alia nullitate reſul-
tante ex actis, quibus addo Anchar. conſil. 207.

in quæſtione nu. 9. fol. 108. Barbat. conſilio
35. omnipotentẽ in col. 4. nu. 7. cum ſequenti
lib. 4. fol. 100. & Marcabrun. ab Anguill. con-
ſilio 46. primum, & ſecundum nu. 26. fol. 190.
11 Secundo fuit dictum, memoratum ſtatutum
Ferrariæ Rub. 72. libro ſecundo, non applicari,
quia loquitur vbi creditor petierit executio-
nem actualem fieri in bonis debitoris, ſeu vbi
petierit executionem fieri in bonis condemna-
ti, vt ibidem in verſ. Commiſſa autem execu-
tione, &c. & in verſiculo, & ſi petat executio-
nem, &c. non autem in ſpecie iſta, in qua agi-
tur de executione, vt ſupra in bonis alterius,
quam debitoris, ad quam dictum ſtatutum,
12 quod eſt ſtricti iuris non extenditur Bart. in l.
omnes populi quæſt. 6. princip. verſ. quarto
quæro numero 60. de Iuſt. & iur. cum ſimili-
13 bus, nec extendi poteſt abſque contradictio-
ne, in qua, qui ſe fundat non auditur, vt proba-
tur in l. Titiæ, ff. de cond. & demonſt. & in l. 1.
& fin. C. de furt. & dixi in deciſ. March. deciſ. 1.
Honorius filius nu. 58. in fi. lib. 3.
14 Vltra quod ex diuerſis non infertur vulg.
l. Papinianus exuli, ff. de minor. nec verba con-
15 ueniunt, quo caſu, nec eius diſpoſitio ſeruit,
quæ ex verbis percipitur l. 4. §: toties, ff. de
damno infect. l. hos accuſare §. omnibus, ff. de
accuſat. Marſ. ſing. 339. cui non conueniunt
fol. 94.
Tertio fuit pro reſponſione dictum, om-
16 nia fuiſſe ſublata per proceſſum ad vlteriora,
in quo cum fuerit verè cognitum fuiſſe execu-
tum in bonis fideicommiſſo ſubiectis, & ſic al-
terius, quam Herculis debitoris, iſta veritas eſt
17 ſequenda cæteris reiectis, ne quis in debiti
damnum patiatur, circulus euitetur, & non fiat
per plura, quod poteſt fieri per pauciora, vt
fit coram Rotis, & in alijs magnis Curijs, vt di-
xi in deciſ. March. dec. 61. ego dicebam nume-
18 ro 30. & 31. fol. 73. & coram hac Rota, in qua
proceditur ſola facti veritate inſpecta.
Non etiam obſtat eorumdem DD. fra-
trum intentioni, quod in omnem caſum ſub-
ſtitutio de filijs Heronymi deberet tunc fortaſ-
ſe ex ſupra deductis intelligi de proximiori,
quando omnes Hieronymi eſſent viui, vel ſal-
tem pariter mortui, non autem in iſta ſpecie,
in qua Hieronymus patruus, qui eſt proximior
deceſſit, alter verò Hieronymus patruelis, qui
19 remotior erat viuebat; cum diſpoſitio quæli-
bet referatur ad viuentem, non autem ad mor-
tuum, qui non dicitur eſſe, ſed fuiſſe.
Et tanto magis, quod ſi teſtator intelligere
voluiſſet de Hieronymo mortuo addidiſſet di-
20 ctionem, olim, de qua in c. cũ parati 19. de ap-
pell. vel quondam, de qua in c. ex parte. 15. de
for. compet. indicantem perſonam extitiſſe in
præteritum, & obijſſe ad trad. per Ruin. conſ.
70. viſo, ac perlecto nu. 10. lib. 2. gl. 92. quæ de
vtraq; dictione loquitur, & Bald. conſ. 40. In
quæſt. quæ vertitur nu. 9. lib. 1. fol. 97. & Alex.
conſ. 14. viſis, & conſideratis nu. 12. in verſ. dũ
dicitur quod reliquit lib. 6. fol. 13. vt eſt cõſue-
tum, dum de mortuis fit mentio, arguendo à
21 ſolitis, ſeu communiter accidentibus, quod in
materia præſumptionum, & coniecturarũ eſt
validum ſecundum Bald. conſ. 70. Apparent
quædam inſtrumenta nu. 2. lib. 1. fol. 19. Meno-
ch. de præſ. lib. 6. præſ. 14. nu. 20. fol. 69. & Lu-
dou. deciſ. Peruſ. 85. Berardinus. nu. 5. fol. 78.
imo probabile, frequens, & vtiliſſimum, vt per
Euerard. in ſua Topic. Iuris. loc. ab vſitat. ſeu à
ſolitis fol. 550. & ſeqq. quem refert, & ſequitur
Simon de Pret. in ſuo tract. de interpr. vlt. vol.
lib. 3. interpr. 3. dubit. 4. fol. 4. nu. 9. fol. 354.
Vel ſaltem ſpecificaſſet de filijs Hieronymi
patrui, ſicut ſpecificauit qualitatẽ fratris, dum
locutus fuit de Philippo eius fratre.
Abſq; eo quod appoſuiſſet illam dictionem
22 eius, quæ vti perſonaliſſima, & ad oculum de-
monſtratiua certæ perſonæ, quæ ad oculũ po-
teſt demonſtrari, cum ſignificet identitatẽ, &
perinde ſit, ac ſi dixiſſet, ipſius Mazzol. conſ.
30. Magnifici nu. 13. fol. 84. Menoch. conſ. 82.
Iuſſiſtis num. 158. lib. 1. fol. 214. Old conſ. 48. in
cauſa magnificorum nu. 18. fol. 155. & Hippol.
Riminald. conſ. 500. & in primis nu. 46. lib. 5.
fol. 65. non poteſt intelligi de Hieronymo de-
functo, qui non eſt, ſed fuit.
Quoniam in primis præſuppoſitũ de vita
Hieronymi patruelis non rectè procedebat,
quia cũ eſſet bannitus pro homicidio, pro quo
ex ſtatuto Ferrariæ lib. 3. Rub. 70. fol. 144. im-
ponitur pęna capitis, ita quod moriatur cũ con
fiſcatione bonorum à die commiſſi criminis, &
poteſt impunè offendi, vt in alio ſtatuto lib. 3.
rub. 29. fol. 128. quicquid dicat Clar. in §. fi. q.
71. verſ. dixi autem, & in verbo alij etiam aliter
dixerunt, ſecundum communem opinionem,
de qua teſtatur Corn. conſ. 55. reperio me aliàs
23 num. 13. & 15. lib. 2. fol. 52. æquiparabatur de-
portato, qui dicitur mortuus l. 1. §. fi. ff. de bon.
poſseſs. contr. tab. ibi. deportatus enim mor-
tuorum loco habetur, & in l. fi. necem Domi-
nis, ff. de bon. libert. ibi, nec impedimento eſt
talis patronus, qui mortui loco habetur, &
idem nempè quod iſti ſic Banniti, mortui ci-
uiliter dicantur latè tradit D. Alex. Trenta-
cinqu.

cinquius Var.reſol.lib.2. reſol.1.de morte na
turali,ciuili,& pluſquam ciuil.numer. 18. fol.
197.& probat Horat.Lutius inter conſilia cri
minalia diuerſ.conſil.163.ſpecies facti nume.
4.lib.1. fol.261. non ſine ratione,nam cũ ob
delictum memoratum intret cõfiſcatio bono-
rum,& confiſcatis bonis habeant hæredem fi-
ſcum; in conſequentiam habentur pro mor-
tuis,cum non niſi mortuis propriè hæres dari
poſſit ſecundum Fortun.Garz.in l.Gallus §.&
quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.nu.64. & in-
ter repet.Vol.8.fol.258.

Secundo fuit dictum prædicta non proce-
dere,tum quia teſtator non vocauit Hieron.
ſed filios Hieronymi,qui quidem ex Hieron.
patruo proximiores tunc & ipſi viuentes erãt,
tum etiam ſtantibus coniecturis pro eis maxi-
24 mè vrgentibus,ex quibus,de quo ſenſerit te-
ſtator, declaratur ad tradita in l. hæredi ibid.
quibuſdam argumentis,ff.de reb.dub.Rimin.
Sen.conſi.256.viſo themate, nu.34. lib.2.fol.
70.& Menoch.de præſ.præſ.25.lib.4.n.5.fol.
28.& Sim.de Præt.de interpr. vlt.vol.li.1. in-
terpr.2.dub.1.fol.1.n.9.fol.47.ratio eſt, quia
euidenter conſtare dicitur, quod coniecturis
conſtat,vt ibid.num.15.fol.48.

25 Tertiò,quod omiſſio illius dict. quondam
vel olim, quia ſubintelligitur in inſtrumento
vbi ſit mentio alicuius defuncti non nocet, vt
in puncto tradit Paul.de Caſtren.in l.eius qui
in prouincia num.6.ff.de reb.cred.ſi cert.pet.
fol.20.Angel.de Peruſ. conſ.356.quidam ci-
uis Florentinus,num.3.in fi.fol.255.& Tuſc.
conclu.356. litera Dictio,quondam, num.2.
tom.2.fol.650.

Vltra quod ex præſumpta voluntate teſtato
ris, quæ ex deductis colligitur,conſtat teſtato-
rem habuiſſe etiam rationem ordinis ſucceſſi-
ui ſecundum graduum proximitatem, quod
verificari minimè poteſt, vbi de filijs Hiero-
nymi remotioris intelligeretur, & propterea
26 vt ſit locus memoratæ menti teſtatoris debet
etiam ex iſto alio capite ſubintelligi memora-
ta dictio quãdam,ad trad.per Menoch.conſil.
106.hęc Iuris conſultatio,num.241.lib.2.fol.
12.quaſi teſtator dixerit,ſubſtitutio filios quõ
dam Hieronymi proximioris.

Quartò fuit reſponſum non fuiſſe neceſſa-
riam ſpecificationem Hieronymi patrui, vt
fuit illa Philippi fratris;cum de nullo alio Hie
ronymo ſupra in teſtamento Iacopini eſſet fa
cta mentio, vt facta reperiebatur de alio Phi-
lippo,ad cuius differrentiam addidit illã qua-
litatem fratris,vt ſignificaret,quod de Philip-
po fratre intelligebat, non autem de alio Phi-
lippo in eodem teſtamento ſupra nominato,
vt tolleret dubium dilectionis oriens ex eo,
27 quod teſtator præſumitur magis diligere in
eius teſtamento nominatos,quam ſibi coniũ-
ctos,vel ab inteſtato venientes Simon. de Præt.
in ſuo tract. de interpr. vlt. volunt.li.1.interp.
2.dubit.2. ſolut.5.numer. 1.& 5.fol.61.& 62.
* vbi de communi teſtatur,& nu.9.in fi.ac n.16.
in fin.fol.62. Et tantò magis concurrentibus
coniecturis,de quibus hic.

28 Vltrà quod ex dicta voluntaria ſpecifica-
tione nihil ſurgit,quod liget, vel arctet teſtato
rem ad certum quid.

Quintò fuit dictum, memoratam dictionẽ,
eius,non inducere dictum effectum, tum quia
29 poteſt haberi ratio oculorum mentis; tum &
quia non ſe reſtrinxit teſtator ad dictam di-
ctionem,eius,ſed ſtatim ſubiunxit (vel eorum,
ideſt deſcendẽtium,nam ita hic exponitur iſta
dictio,vel,pro ideſt,vt probat tex. in l.2. ff.ad
l.Aquil. quos quidem filios, & deſcendentes
Hieronymi ſolùm in conſideratione habuiſſe
dignoſcitur. Vltrà quod omnia à prædictis re-
30 gulantur coniecturis, quæ habentur pro vo-
luntate expreſſa, vt probatur per l. licet Impe
rator, ff.de leg.1.Durant.de art.teſtand.in tit.
de ſubſt.cautel.36.ſi pauper numer. 3. in fine
fol.133.Cœphal.conſi.383.Viſo, & perlectõ
num.7.lib.3.fol.445.Rim.Iun.conſi.23.Illu-
ſtriſ.& generoſus, numer.81. libr.1.fol.109.
& Pereg.de fideicommiſ.art.13.nume.5. cum
ſeq.fol.86.& ſeq. ita vt ea cõtra quemuis ver-
borum ſignificatum ſit attendenda, vt latè pro
bat ibid.Peregr.dict.nu.5.cum plurib.ſeqq.

Quod verò ſubſtitutio de filijs Hieronymi
patrui nullo modo intelligi poſſit, quia ipſe
Hieronymus patruus dẽpto Hieronymo bã-
nito non habebat,niſi vnicum filium,nomine
Petrum Mariam,cui non conuenit ſubſtitutio
facta de filijs Hieronymi in plurali.

Non concludit,tum quia reuera conſtat ex
facto,quod vltra Petrum mariam extabat etiã
Nicolaus Hieronymi patrui filius, vt proba-
tur ex inſtrumentis in Summario Iuriũ DD.
de Riminaldis deductis,numer.12.16.17.& ex
alia antiqui inſtrumẽti atteſtatione pariter ex-
hibita,quibus optimè pluralis locutio adapta-
31 ri poteſt l. vbi numerus,ff.de teſtibus l.vltima
ff.ad Trebell.c.pluralis locutio de reg. Iur. in
6.tum quia teſtator ſub eo plurali numero, &
filios,& deſcendentes Hieronymi promiſcuè
ibi vocauit reſpiciens tempus futurũ,quo lon-
gè plures eſſe poterant.

Secundo dictum fuit, quod licet etiam vni-
cus Hieronymi patrui filius extiterit, nõ indè
tamẽ dicti Domini fratres ex eo deſcẽdẽtes, de
quibus teſtatorem ſenſiſſe optimè probatur,
excludi poſſent, cum huiuſmodi pluralis locu-
tio de filijs Hieronymi etiam in eo ſolo verifi-
32 catur, quia quod de pluribus dicitur, verifica-
tur, ac locum habet etiam in vno l. prætor ait
§. homines, ff. de vi bon. rapt. maximè cum ea-
dem ſit ratio in vno filio, quod in pluribus in
33 ſpecie, de qua agitur, ex quo tunc de facili plu-
ralitas reſoluitur in ſingularitatẽ, vt poſt Bar.
Iaſ. Cuman. Caſtr. & alios latè tradit Peregr.
de fideicomm. art. 22. nume. 66. fol. 205. ea ra-
34 tione, qđ ſi teſtator voluit plures, voluit quo-
que habere vnum ex pluribus per tex. in l. hære
des mei §. cum ità, ff. ad Trebell.

Coeteræ verò coniecturæ ex parte Coccij in
contrarium inculcatæ viſæ fuerunt Dominis
reijciendæ; tum quia reuera non efficaces, nec
incluſionẽ aliorum, vel excluſionem dictorũ
DD. fratrum nec quicquam aliud de neceſſita-
te inferebant, ſed æquiuocæ, & aliæ nimis re-
motæ, & ad rem non facientes, aliæ verò in iu-
re, vel in facto non ſubſiſtentes erant, tũ quia
per Dominos informantes pro Riminaldis o-
ptimè fuerunt ſublatæ.

Non obſtat etiam quę de portione bonorũ
Philippi fratris teſtatoris opponuntur, qui de-
ceſſit ſine filijs, vt conſtat, quæ cũ ad olim Her-
culem Iuniorem de Riminaldis libera perue-
nerit ab eo tanquam ſua potuit obligari.

Quia aliud colligitur ex donatione recipro
ca ſecuta inter Philippum, & Iacopinum, quæ
35 an valeat non ambigitur ſecundum commu-
* nem opinionem, de qua poſt Boer. dec. 355.
& quia numer. 3. fol. 709. teſtatur Clar. lib. 4.
in §. donatio quæſt. 20. in fine, verſi. ſed pone
numer. 4.

Vltra quod vbi libera portio Philippi tran-
ſitum feciſſet ad filios Iacopini, nihilominus
ſubiecta remanſiſſet ipſorum fideicommiſſis,
de quibus in eorum teſtamentis productis in
proceſſu fol. 167. & 173. & ideò libera nunquã
tranſiuiſſent ad dictum Herculem Iuniorem.

Quod demum obijcitur de legitima, &
Trebellianica prætenſa per dictum Herculem,
quam obligare potuit ad fauorem dicti Coc-
cij, & ſuorum creditorum.

Domini conſuerunt pleniſſimè tolli ex cal-
culo exhibito, & pleniſſimè ex iuribus in pro-
ceſſu productis, & diligenter collatis iuſtifica-
to, ex quo probatur de conſumptione per eum
& eius anteceſſores facta etiam vltrà præten-
ſas detractiones quare &c.

Laus Deo, ac Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor de ſtando Iuri, & Iudicatum ſoluen-
do an teneatur in cauſa Appellationis.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſe obligauit in iudicio ſiſtere, & Iudicatum ſolue-
re non tenetur in cauſa Appellationis.*
2 *Lex cum Apud Sempronium, ff. Iud. ſol. in quibus ter-
minis loquatur.*

DECISIO LIX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

IN cauſa Dominæ Lauræ Victoriæ, à Valle
1 cõtra D. Baldaſſarem de Baldaſſaris, qui in
officio, ſeù curia Bullettarũ promiſit in Iudi-
cio ſiſtere, & Iudicatum ſoluere, Dictum fuit
huiuſmodi fideiuſſorem non teneri in cauſa
Appellationis per text. in terminis in l. cum
Apud ſempronium, ff. Iudicat. ſol. qui proprie
loquitur quando reus, pro quo quis fideiuſſit
per ſententiam primi Iudicis fuit abſolutus, &
in cauſa Appellationis condemnatus, vt cen-
ſuit Franc. Deciſ. 208. Dedit quis fideiuſſorem
num. 1. fol. 115. & Deciſ. 601. In cauſa Illuſtr.
ac Reuerediſſimi Domini Archiepiſcopi San-
tæ Seuerinæ, num. 2. & 7. part. 4. fol. 76. Ratio
eſt vt ibi num. 9. eodem fol. 76. quia per quã-
libet mutationem Iudicij huiuſmodi fideiuſſio
ſpirat.

Non obſtat, quod Gabri. de fideiuſſor. Con
cluſ. 4. num. 2. Verſiculo contrarium fol. 181.
poſt Bald. Alberic. Iacob. de Arena fulgoſ. Io.
Andr. in Addit. ad Speculator: & alios teneat
contrarium.

* Quia ab alia præcedenti opinione, quæ eſt
communis, vt atteſtatur Farinac. de Carcerib.
& Carcerat. quæſt. 33. numer. 110. fol. 359. &
n. 116. & 117. Non eſt recedendum, ſiue fuerit
in fideiuſſone expreſſum nomen Iudicis, corã
quo cauſa vertitur, in quibus terminis loquitur
tex. in dict. l. Apud Sempronium, ſiue nullum
ſit nomen Iudicis expreſſum, quia adhuc fide-
iuſſor nõ tenetur in cauſa Appellationis ſiſte-
re, vt per eundem. Farinac. loco proxime cita-
to, numer. 116. Etiam ſi non ageretur de me-
ro fideiuſſore, Sed de eo, qui in fideiuſſione ꝓ-
ſtita ſe obligauerit proprio nomine, & in ſoli-
dum cum principali de ſoluẽdo quicquid iue-
rit Iu-

rit Iudicatum, etiam cum renunciatione Auth. Præſenti. C. de fideiuſſor quia, & tunc huiuſmodi fideiuſſor non tenetur, Si vera eſt in hac parte opinio Franc. d. dec.208. numer.3. fol.111.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Reſeruatio poſita in ſententia, an alteret eius diſpoſitionem, tollatque conformitatem ſententiæ confirmatæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententię Alteratio, & difformitas ex quibus probetur.*

2 *Sententia cum reſeruatione, an ſit ad inſtar ſententię ab obſeruatione iudicij.*

3 *Verba illa, bene iudicatum, poſita in ſententia probant conformitatem.*

4 *Sententię conformes dicuntur quando, tendunt ad vnum, eundemque finem.*

5 *Reſeruatio limitata limitatum producit effectum.*

6 *Reſeruatio Iurium talium qualium, quid operetur.*

7 *Sententia, de qua agitur an poſſit dici abſolutoria ab obſeruatione Iudicii.*

8 *Sententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, quando fiat.*

9 *Sententia diffinitiua nihil habet commune cum ſententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicii, quę eſt interlocutoria.*

10 *Per abſolutoriam ab obſeruatione plerunque profertur ſententia, quę in vnum concidit cum reſeruatione.*

11 *Sententia abſolutoria ab obſeruatione Iudicij non impedit conformitatem.*

DECISIO LX.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 QValitas reſeruationis ſententiæ, de qua agitur fecit me non modicum dubitare de alteratione ipſius, & non conformitate per conſil. Burſat. conſil.209. extat in terra Bozzoli, numer.3.4.& 5. lib.2. fol.366.& Io.Bott. conſi.105. contenditur, nu.6. fol.180. ac etiam
2 de mutatione, quaſi illa reducta fuerit ad inſtar abſolutoriæ ab obſeruatione Iudicij, vt probatur per Monach. dec. Bono.22. cum Elminius, num.13. fol.67.

3 Sed ceſſauit vtraque difficultas, & in ſpecie prima, quia præterquam quod illa verba, bene iudicatum, de quibus in ſententia probant conformitatem, vt poſt Cin. & Angel. in l.1. C. ne liceat tertio prouocar. probat Bott. dict. conſil.
4 105. num.4. fol.180. præcipuè cum omnia ad vnum, eundemque finem, ac effectum tendat, Corn. conſil.14. in hac conſultatione, num.1. lib.4. fol.13. Teſaur. deciſ.122. Tertio prouocare non licet num.6. fol.107. & Gratian. deciſ.18. ex ſententijs, num.1. cum ſeq. fol.8.

5 Reſeruatio qualificata iurium talium qualiũ, quatenus cõpetat, vti limitata, & quæ ſolũ refertur ad ſcripturas exhibitas, non tollit conformitatẽ, nec ſuos egreditur limites vulgata l. in
6 Agris, ff. de acquirend. rer. domin. ſed tantum conſeruat iura, quatenus competant, vt dixi ſupra deciſi.45. Primo aſpectu num.43. fol.127. & probat Crauett. conſi.33. Nobiles Domicellæ, num.17. & num.20. fol.46. Natt. conſil.26. Spiritus ſancti præſidio, num.9. lib.1. fol.51. Tuſc. concl.244. num.3.10.6. fol.992.

Vt quoque ceſſat ſecunda difficultas ex eo, quod dicta ſententia, quæ fuit ſuper meritis, & confirmatoria primæ abſque vlla expenſarum
7 condemnatione nullo modo poteſt dici abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quæ ſolum fer-
8 tur certis caſibus enumeratis per Rot. Gen. deciſi.43. Ioan. Maria Spinola, nume.2.3.4.& 5. fol.143. & Caualcan. Deciſ.7. fuit motum Iudicium, nu.12. fol.26. inter quos nõ eſt ſpecies, de qua agitur.

9 Secundo quia Memorata ſententia diffinitiua nihil habet commune cum abſolutoria ab obſeruatione Iudicij, quæ eſt interlocutoria. Caualcan. dicta deciſ.7. nu.12. fol.26.

Tertio quia Monach. non probat ſuam propoſitionem dicto modo, Sed ſolũ dicit, quod
10 per abſolutionem ab obſeruatione Iudicij plerunque profertur ſententia, quæ in vnum concidit cũ dicta reſeruatione, & ſi aliquid per neceſſe non concludit, nec aliquo Iure id probat.

11 Quarto, & vltimo quia tranſmutatio prætenſa nihil in propoſito operatur, cum abſolutoria ab obſeruatione Iudicij non impediat cõformitatem, quam prædicta ſententia habet cũ ſententia cõfirmata, vt in puncto cenſuit Theſaur. Deciſ.122. Tertiò prouocare, numer.9. in verſ.2, locum habet. fol.107.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Iuramentum in ſupplementum ei, qui probauit pluſquam ſemiplenè, an deferatur. Conformitas Sententiarum, & Res Iudicata quando non obſtet.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum Suppletorium defertur ei, qui pluſquam ſemiplenè probauit arbitrio Iudicis.*

2 *Qui patitur fieri probationes aduerſus rem Iudicatam,*

an ſibi præiudicet.
3 *Damnum dans ex admixta culpa an teneatur.*
4 *Conſenſus ratione culpæ an ſuffragetur.*
5 *Teſtis depoſitio cum præſuppoſito, quid operetur.*
6 *Auctor damni obligatur ad illud, & tenetur ad illius emendationem.*
7 *Auctor Damni tenetur, etiam ad intereſſe.*
8 *Damnum Domus in iure eſt conſiderabile.*

DECISIO LXI.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DOmini pronuntiauerunt, pro vt in ſentē-
tia, lata contra Antonium, & fratres dę
gratiolis ob damnum paſſum per Dominam
Lucretiā Seghezziam Iuſtificatum pluſquam
ſemip lenè.

Primo ex depoſitione Domini Herculis Mō
randi primi teſtis iuncta extimatione per eun-
dem facta, qui cum aliàs à dicto Antonio Gra-
tiolo fuerit electus ad æſtimandum, vt in pro-
ceſſu fol. 5. Viſus etiam fuit omni exceptione
maior. Quo caſu an actrici potuerit deferri Iu-
1 ramentum ſuppletorium arbitrio Iudicis non
ambigitur, ad tradita in puncto poſt Roman.
Alex. Ioan. Igneum, & Herculan. per Menoch.
de Arbitrar. Iud. lib. 2. centu. 5. caſ. 264. numer.
7. & 8. fol. 834. quibus Addo Crauett. conſ. 73.
Dicendum Videtur, num. 26, fol. 76. & conſil.
198. Videtur eſſe locum Iuramento, num. 10.
fol. 203. Rolan. conſil. 50. Quoniam, num. 18.
lib. 4. fol. 104. Alb. conſil. 313. Intentio Chri-
ſtophori, num. 2. part. 1. fol. 100. & conſi. 718.
Quod Hæredes Domini Rocchi, numer. 11.
part. 1. lib. 3. fol. 94.

Non obſtat cauſæ commiſſo, quæ fuit, vt Ro-
ta in partibus difformibus cognoſcat cauſam
appellationis, in cæteris exequatur.

Quia Domini obtemperando huiuſmodi de-
creto Viſa difformitate primæ ſententiæ in eā
parte ibi [Aliter Ius ſaluum eiſdē fratribus exe-
quendi integram ſatisfactionem dicti cubiculi
fore dixit, iuxta relationē peritorū, in calce prę
ſentis inſerēdam, & nō aliter, Nec alio modo.]

Et ſecundę ſententiæ in alia parte ibi [Cum
Infraſcripta tamen moderatione, quod dictis
fratribus de Gentilis non intelligatur reſerua-
tum aliquod Ius quicquam conſequendi, à Do
mina Lucretia pro prætio dicti cubiculi vltra
ſummam librarum tercentarum, de qua in di-
cta ſententia, prout ſic declaramus, & dictam
ſententiam reformamus.]

Declarauerunt Damnum paſſum per di-
ctam Dominum Seghezziam occaſione diru-
tę domus, de qua agitur aſcendere ad ſummam
in dicta ſententia ſpecificatam.

Et tanto magis cum nulla res Iudicata, quæ
id Impediat reſultet ex capitibus conformibus,
idque per neceſſe ſuadeat difformitas capitum
memoratarum ſententiarum, quæ aliàs fuiſſent
extra rem, & abſque effectu operandi.

Vltra quod vbi adeſſet aliqua conformitas,
ſeu res Iudicata, quæ id Impediat, prout re ve-
2 ra non adeſt cum Gratioli paſſi ſint aduerſus il
la fieri probationes amiſerunt Iura conformi-
tatis, & rei Iudicatæ, quatenus adfuiſſet cum ap
pellare debuiſſent, ne conſenſiſſe dicerentur, et
quod ſimpliciter contradixerint, vt in terminis
poſt Aretin. in l. naturaliter. §. nihil commu-
ne col. 7. ff. de acquir. poſſeſ. Feli. in c. inter mo-
naſterium, num. 23. In Verſiculo forte tamen
eſt neceſſarium de ſente. & re Iudica; Conſuluit
Crauet. conſil. 302. In cauſa numer. 6. in verſi-
culo ſed dicet aliquis fol. 137. & voluit Menoc.
in tracta. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. numer.
167. fol. 25. Surd. decil. 185. In Compromiſſo,
de quo in actis, num. 20. fol. 212. decif. 24. ex-
ceptio, numer. 9. fol. 58. Barz. decif. 22. Decre-
tum fuit ab Illuſtriſſimo num 27. fol. 68. qui te-
* ſtatur de communi, & dixi in Deciſionibus
Marchi. Decif. 94. Inſiſtendum, num. 1. fol. 98.

Nec dicatur ceſſaſſe actionem intentatā, quia
Arpices cuius cauſa Damnum fuit ſecutum, fue-
runt amoti per d. Antonium Gratiolum de cō
ſenſu Seghezzę, & ſic ex admixta culpa, quo ca-
3 ſu damnum dans non tenetur ad tradita per
Crauett. conſi. 119. q̄ritur an Nobilis, nu. 11.
fol. 119. per tex. in l. cum proponas, vbi Bart. &
Bald. C. de naut. feno: & alios ibi citatos, vt p-
batum fuiſſe aſſeritur per Magiſtrum Simonē
de Stephanis ſecundum teſtem fol. 215. etiam,
quod deponat per verbum credit, cum ſit teſtis
4 Seghezziæ producentis. Nam fuit Reſponſum
aſſertum conſenſum, etiam ratione nouæ cul-
pæ non ſuffragari Gratiolo, qui potius voluit
Domum ruere, quàm requiſitus debito tem-
pore Arpices, qui Domum ſuſtinebant in pri-
ſtinum ſtatum reponere ad formam decreto-
rum contra ipſum factorum fol. 15. & 21.

Secundo fuit dictum, quod, cum depoſitio
dicti ſecundi teſtis fuerit cum præſuppoſito,
5 quod dictus Antonius Gratiolus promiſit te-
neri de omni damnō domus, quod ſuccedere
poſset dictæ Seghezziæ ex amotione dictorū
Arpicum, vt ipſe teſtis aſſeuerat, Conſenſus ex
ea reſultans, Seghezzię, cuius ius ſaluum rema-
nebat, ex dicta promiſſione, quę ſemper in quo
cumque caſu eſt ſeruanda l. 1. in princ. l. Iuriſ-
gentium §. Prætor ait. ff. de pact. Ceph. conſil.
370.

370.Tranſactionem num.91.Vol.3.fol.389.
Barz.deciſ.34.alias & de Anno 1562. num.5.
6 fol.99.non nocet,ſedipſe Gratiolus præter di-
ctum promiſſionem vti auctor.damni obliga-
tus remanet ad tradita per Crauett. conſil.97.
Guigo Groſſi.num.2.fol.99.& conſi.264.Qui
dam fratres Magnifici,num.4.fol.78.Cephal.
conſi.429.Magnificæ Dominæ Paulæ Madiæ
num.5.lib.3.fol.679.& conſil.696. Quoniam
ex facto num.5.lib.5.fol.323.Surd. conſil.64.
Caſus qui num.5.lib.1.fol. 295. Et tenetur ad
emendationem damni, vt per eund. Surd.con
ſil.12.Præſens quæſtio nume.40.lib.1.fol.68.
& Cephal.dict.conſil.696.num.6.323.Surd.
conſi.64.Caſus,qui numer.5.lib.1.fol.295.&
7 etiam ad intereſſe,vt per eundem Surd.d.conſ.
12.nu.40.cum ſeq.fol.68.& Deciſi.326. Cau-
ſa Domini Ioannis, nu.24.cum ſeq.fol.764.
vbi loquitur de Domo igne conſumpta.
8 Et tanto magis cum agatur de damno do-
mus,qđ in Iure eſt conſiderabile, vt per Surd.
Deciſ.300.Dicebant.nu.3.fol.704.
Laus Deo,& Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Prælegatum An Veniat in Vniuerſali fideicom-
miſſo.

SVMMARIVM.

1 *Prelegatum, quando veniat in reſtitutione fideicom-
miſſi vniuerſalis.*
2 *Et quid ſi fideicommiſſum non fuerit iniunctum per ver-
ba omninò vniuerſalia.*
3 *Teſtator, quando dicatur, ſeparaſſe bona in inſtitutione
appoſita, à prelegato antea facto, & diſpoſuiſſe prele-
gatum nullo modo venire in fidei commiſſo.*
4 *Dictio, præterquam, quid importet.*
5 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
6 *Verba ſequentia declarantur ex precedentibus.*
7 *Precedentia magis inſtuunt in ſequentibus, quàm è
contra.*

DECISIO LXII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DVbium de prælegato, quod veniat in re
ſtitutione vniuerſalis fideicōmiſſi,quan
do prælegatum factum fuit ante fideicommiſ-
ſum; ſecus,quando fideicōmiſſum prelegatum
antecedit,ad tradita in puncto per Gloſſ. in l.
cum virum in verbo comprehenſam litera s
C.de fideicommiſſ.& aliam Gloſſ.in l. Marcel
lus,§.quidam liberis, ff. ad trebellian.i inver-
bo hæreditariam litera x Alexa.conſi. 25. cir-
ca primum Dubium col.penult.verſicu.quan-
* tum autem ad ſecundum lib.1.fol.26. vbi teſta
tur de communi,& conſi.33.Videtur ſuper di-
cto quæſito.col.2.verſiculo tamen his non ob
ſtantibus lib.4.fol.24.& Deci. conſil.254. Vi-
ſo puncto num.1.verſiculo, ſed tamen prædi-
ctis non obſtantibus col.1.part.2.fol.43.etiam
2 ſi huiuſmodi fideicommiſſum non fuerit iniun
ctum per verba omnino vniuerſalia,vt atteſtan
* do de communi habetur tom. 2. cummunium
opinion.ſecundum ordinem Codicis tit.41.de
fideicommiſſ.num.121.fol.176.
3 Non procedit quando teſtator ſibi hæredes
inſtituit in omnibus alijs bonis,quia tunc dici-
tur ſeparaſſe bona in inſtitutione appoſita,à p̄-
legato antea facto,vt in ſpecie conſuluit Deci.
conſ.653.Caſus de quo num.4.& ſequen. par.
5. fol. 3. & diſpoſuiſſe prælegatum nullo mo
do venire in fideicommiſſo, vt in puncto poſt
Raphael. Cuma. Raphael. Fulgoſ. Paul. Ca-
ſtren.Rimin.Senior. Barbat.Iaſon.Pariſi. So-
cin. Bart. Decia. Alciat. Mantic. Marcabru.ab
Anguill. Decian.& Eugen.Scribit Pereg. de fi
deicommiſſ.Articul.7.num.44.fol.65.& nouiſ
ſime cenſuit Theſ. in ſuis quæſtio. Forenſ.qu.
17.num.5.lib.1.fol.37. licet multi ibidem enu
merati,nu.14.in verſiculo, à qua quidem opi-
nione fol. 40. à dicta receſſerint ſententia,pro
** qua ſtat magis communis,& recepta opinio,vt
loco proximè citato teſtatur idem Theſ.
4 Neque dum in ſubſtitutione teſtator poſuit
illa verba præterquā in ſupra relictis, quia hæc
demoſtrant,teſtatorem noluiſſe prælegata ab
eo exceptuata venire in reſtitutione fideicom-
miſſi,cum huiuſmodi exceptuatio firmet regu-
5 lam in contrarium ſuper non exceptuatis l. Nā
quod liquide in fine,ff.de pœn.l.quęſitum, §.
denique, ff.de fund.Inſtruct.l.in Ius, 14. ff.de
legat.1.Surd.conſil. 230. Tres leguntur factæ
dipoſitiones num.17.lib.2. fol.202.& alia om
nia excludat l.cum prætor, ff.de Indici c.non
ne de præſumptionibus,& Surd.ibidem,num.
18.fol.202.
Non obſtat ſubſequens limitatio,à teſtato-
re poſita,dum ſibi inuicem,& viciſſim in lega-
to,& hæreditate,vulgariter pupillariter, & per
fideicommiſſum hæredes ſubſtituit præterquā
in prælegato eius vxori relicto,qua mediante
legatum relictum vni ex dictis hæredibus dici-
tur eſſe comprehenſum in inſtitutione,& con-
ſequenter in ſubſtitutione per eundem facta.
Quia Fuit reſponſum contrarium apparere ex
Inſtitutione,quæ fuit in omnibus alijs ſuis bo-
nis &c. præterquam in ſupra relictis hoc eſt
prele-

prælegatis,quæ demoſtrant teſtatorem voluiſſe dicta Bona eſſe precipua ſuorum hæredum inſtitutorum,& nullo modo venire in fideicō-
6 miſſo ad fauorem ſubſtitutorum, & ſic debere intelligi verba ſequentia ſui teſtamenti,quæ ex præcedentibus declarantur l.cum ſeruus pluriū 53.§.fina.de legat.1.Socin.conſ.52.Dominus labia mea, numer.10.lib.1. & Gherard. Mazzol.conſ.51.pro defenſione,num.15.fol.129. Natt.conſi.32.Viſo,& rutinaio num.14.Verſiculo ex verbis autem libr.1.fol.66. Simon de præt.de Interpretation. Vltima.voluntat. li.2. Interpretation.4.Dubita 2.fol.3.numer.4.fol. 175.Marcabrun.Ab Angull.conſ.36.Viſis ſub tiliſſimis Dubijs,numer.37.& 38.fol.154.Anchara.Iun.quæſtio.15.ſtatuto Scandiani,num. 9.libr.3.fol.121.Menoch. conſil.139. quæſtio hæc egregia,num.3.lib.4.fol.100.Rimin. Iun. conſil.6.In cauſa nume.119.fol.31.conſil.19. Inter eoſdem fratres,num.59.fol.90. conſ.61. Agit camera fiſcalis,numer.22.fol.278.conſi. 78.Illuſtris, ac potens, nume.7.lib.1.fol.326. & Mantica de coniectur. Vltim.voluntat. li.6. titul.13.num.4. fol. 135.& magis influunt in ſequentibus,quàm,è contra Rimin. Iun. dicto conſi.88.circa nullitatem num.33. fol.351.& d.conſi.33.num.36.fol.162.lib.1.

Laus Deo,ac Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Periculum Rei Venditæ ad quem ſpectet.

SVMMARIVM.

1 *Periculum rei venditæ ſpectat ad emptorem,etiam quod res tradita non fuerit, quando Venditio eſt perfecta.*
2 *Venditio perfecta dicitur,quando concurrunt ſubſtantialia,quę requiruntur in contractu venditionis, nempe res,pretium certum,& conſenſus,& ſeq.*
3 *Venditio ſine re tanquam ſine materia conſiſtere non poteſt.*
4 *Venditio ſine conſenſu ſtare non poteſt.*
5 *Venditor moroſus in tradendo rem venditam ad quid teneatur.*
6 *Venditio ante traditionem rei an ſit perfecta.*
7 *Perfectio quarta Venditionis non eſt ſubſtantialis.*

DECISIO LXIII.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 Licet regulariter periculum rei venditę ſpectet ad emptorem l. qui officij, §. res in auerſione,ff.de contrah.emption. lege.1.& ibi Glo.ff.de pericul.& commo.rei vend. vbi Bal. numer.2.Salic.in prima oppoſitione Caſtren. in principio,etiam quod res tradita non fuerit, vt in terminis probat tex.in §.cum autē emptio inſtitution.de emptio.& venditio, & ibi Chriſtoph.Port.n.1.fol.123.Ioan.de Platea fol.64. Angel.de Gambilioni. de Aretio in princ. fol. 178.Soacius numer.2.fol.200.& Alexa. conſ.
2 121.Viſis,& Ponderatis,numer.6.in fin.lib. 5. fol.107.quando venditio eſt perfecta l. neceſſario 8.ff.de Pericul.& commo.rei vendit.quæ dicitur talis, quando interuenerunt illa tria ſubſtantialia,de quibus per Soacium in §.Prætium inſtitut.de emption. & Vendition. nu.1.
3 2.& 4.fol.200.quæ requiruntur in contractu emptionis,& venditionis,Scilicet res, ſine qua tanquam ſine materia conſiſtere non poteſt. l. nec emptio.ff.de emption.& vendition.& con
4 ſenſus,ſine quo contractus venditionis ſtare non poteſt,§.1.inſtitutio.eod.titu.de emption. & venditio: Id tamē non procedit quando Vē-
5 ditor,qui ante traditam Poſſeſſionem tenetur, ad cuſtodiam, & diligentiam, & ſi ſequatur damnum,etiā ex leuiſſima culpa ad illius emendationē l.Venditor hominis,ff.de action.empt. quia ad maiorem cuſtodiam rei venditæ arctatur,quàm propriæ l.hoc ita verum §. cuſtodiā, ff.de pericul.& commo.rei vendit. cum l.ſequ. fuit tempore promiſſo in mora tradendi rē venditam liberam,vacuam,& expeditam iuxta tradita per Fabiañ.de Mōte in ſuo tract. de empt. & vendition.in 5.quæſtion.principali,numer. 71.fol.199.& Maſcard.concluſi. 608. numer. 4.lib.2.fol.17.iuxta tex.in l.ſi emptione §.Vacua Poſſeſſio,ff.de action. empt. quia tunc ipſe Venditor non emptor tenetur de eius interitu,vt in puncto decidit text.in l.venditor Domus 37.ff.de action.empt.Gloſſ.in d.§.cum autem emptio inſtitutio. de emptio. & venditio. in verbo ſtatim litera B.in verſiculo Itē, quod nō ſit in mora, & ibi Angel.de Gambiloni.de Aretio.numer.3.& 4.dict.fol.178.Chriſtoph. Port.num.1.dict.fol.123.& Ioan.de Platea d. fol.64.Miſinger.obſeruatio.36.Regula eſt generalis,num.5.centur.6.fol.557.Idem probat text.in l.damni infecti 18. §. emptor,& in leg. cum emptor 38. ff. de damn.infect.
6 No nobſtat q̄ ante traditionē rei, venditio non ſit perfecta,vt in ſpecie decidit Fabian. de Mont.in ſuo tracta.de emptio.& venditio.in 5. q.principali,num.6.fol.192.

Quia fuit reſponſum contrarium decidere text. in dicto. §. cum autem emptio inſtitution.de emptio.& venditio.

Secundo,quod Fabianus de Mōte loquitur de

de perfectione quantum ad effectum,q̃ adimpletur per traditionem,vt dicit ibi in verſiculo quarto dicitur perfectus fol.193.& ſic de quarta perfectione, quæ non eſt ſubſtantialis, nec neceſſaria ad effectum, de quo agitur, vt ſunt prædictæ,non autem in caſu, de quo agitur.

Laus Deo,& Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

Veniens contra tranſactionem, An teneatur reſtituere, quod recepit; Ipſaque tranſactio annulletur prætextu erroris.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio quando impugnatur ad effectum reſcindendi, Agens non auditur antè quàm reſtituat, quod recepit.*

2 *Secus ſi ad effectum annullandi,nam tunc,& ſi competat actio,non tamen competit executio, niſi prius fuerit facta reſtitutio.*

3 *Contractus erroneus ex defectu conſenſus remanet nullus.*

Filiatio naturalis quomodo ſit probanda.ibidem.

4 *Concubina legitima, quas qualitates habere debeat.*

5 *Filij ſpurij, qui dicantur.*

6 *Dictio,tantum.quid operetur.*

7 *Qualitas adiecta diſpoſitioni eſt probanda.*

8 *Verborum propria ſignificatio eſt attendenda.*

9 *Spurij an dicantur Naturales.*

Occaſio delinquendi deſcendentibus,quando tollatur ibidem in verſiculo ſed quia.

10 *Filij Nati ex damnato coitu,an dicantur naturales,vel ſpurij,& ſeq.*

11 *Coitus cum Vidua ex ſtatuto Ferrariæ eſt damnatus, & puniibilis.*

12 *Verba teſtamenti ſunt intelligenda ſecundum veram naturalitatem,non ciuiliter.*

13 *Baſtardus omnis,qui naſcitur ex ſoluto,& ſoluta in rei veritate.non autem attenta Iuris fictione, etiam ſecundum vulgarem conſuetudinem loquendi, & veram naturalitatem, & canonicam æquitatem an dicatur Naturalis.*

14 *Fauorabiliores hodie ſunt nati ex ſoluto, & ſoluta,quã nati ex concubina.*

15 *Ius canonicum magis abhorret concubinatum, quàm ſimplicem fornicationem.*

16 *Concubinatus inducit diuturnum,ac continuum Peccatum, ſimplex verò fornicatio momentaneum.*

17 *Iura loquentia de concubinatu facilius trahuntur ad illos,qui nati ſunt ex ſoluto,& ſoluta.*

18 *Filius Naturalis quis dicatur, & quis dicatur ſpurius.*

19 *Leges loquentes de concubinatu in quo correpta reperiantur à Iure Pontificio.*

20 *Statutum Primo ſeruatur Ferrariæ,Deinde Ius commune.*

21 *Ius Pontificium an ſeruetur Ferrariæ.*

DECISIO LXIV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

1 Contractus trãſactionis,de quo agitur,aut impugnatur ad effectum reſcindendi, & tunc agens non poteſt audiri antequam refundat id, quod virtute illius recepit l.ſi à te 7.C.de pact.inter empt.& venditio.Gloſſ.In l.ſi in emptione §.fina.in verbo non poteſt litera y.in fin.ff.de contrahen.emptio. Natt.cõſil.631.Super controuerſia numer.1.lib.3.fol.285.Aym.conſil.7.Einimondus Bieci.nu.14.fol.18. Afflict. Deciſi.220. In cauſa Domini Ioannis,num.4.fol.168.& ibi Vrſill.in Addition.num.2.fol.170.Rot.Diuerſor.Deciſ.150.Domini Dixerunt,n.1.part.1.fol.313.Giuib.Deciſi.103.Reſoluerunt Domini, nume.5.fol.512.& Beltramin.in addition.ad Ludouiſ.Deciſi.354.In tranſactionem, nume.17.in verbo veniens litera B.fol.397.

2 Aut eo fine agitur, vt cõtractus annulletur, & tunc licet competat actio non reſtituto prætio,vt tradit idem Natt.dict.conſil.631.num.7.fol.285.Roland.conſ.7.Quoniam rei, num.4.& 5.lib.3.fol.23. Mantic.de tacit.& ambig.lib.26.titul.9.num.39.Verſiculo ſed hoc intelligitur fol.717.& Rot.per Ludouiſ.deciſ.271.Dubitaui an conſtet,num.16.fol.284.quæ dicit ita fuiſſe deciſum coram Cantuccio,& confirmatũ Coram Rodienſi in Ariminenſi trãſactionis 13.Iunij 1601.& alibi ſæpe per Rotam,vt per Beltramin.ibidem in additionibus in verbo ſæpe litera D.fol.285.& Deciſi.354.Tranſactionem in verbo veniens litera B.nu.17.in verſiculo,& primo fol.397.Non tamen competit executio,niſi detecta nullitate, prius facta fuerit reſtitutio,vt per Beltramin.loco ꝓxime citato.

Verum quia proſecutio huiuſmodi Iudicij hodie reſtringitur pro parte Dominarum Flaminiæ & Barbaræ ſororum de Arzaghis agentium vbi remedium reſciendendæ non competeret ſolum ad prætenſam nullitatem trãſactionis,eo prætextu,quod erroneè facta ſit, Dubitaui An ſentẽtia D.Iudicis, à quo lata ad fauorem earundẽ ſororũ,contra Mag. D.Vgum de Lanzis reum conuentum,quæ ſtetit pro nullitate tranſactionis ſit cõfirmãda,vel infirmãda.

Et Dixi, illam eſſe infirmandam, quia nullibi de prætenſo errore Ioannis Baptiſtæ tranſigẽtis, quod eſſet filius Naturalis Horatij Arzaghi in proceſſu conſtat,etiam quod teſtes ip
3 ſum appellent filium naturalem dicti Arzaghi

cum

cum non dicant, vt opus erat ad probandum
hanc filiationem, ipſum fuiſſe natum ex vnica
concubina in Domio fetenta vxorio affectu, cũ
qua matrimonium eſſe potuiſſet, cuius ſeptem
4 exprimit qualitates Rota Diuerſor. Deci. 254.
Domini vnanimiter numer. 1. part. 2. fol. 747.
licet aliqui exprimant tria, alij quatuor, alij qn
que, vt per Surd. de Aliment. tit. 1. quæſt. 9. nu.
10. fol. 7. Qui alia reperit, de quo nullũ eſt ver-
bum in proceſſu. Nam cæteri, Nempe Nati ex
Meretrice, vel Vulgari fœmina Item de furti-
5 uo acceſſu, Virginis, Viduæ, vel Nuptæ vel ex
habente plures concubinas ſunt ſpurij ita dicti,
quaſi extra puritatem Nati, vt in puncto con-
ſuluerunt Natt. conſil. 421. eſt conſiderandum,
num. 2. & 3. lib. 2. fol. 362. Surd. conſ. 487. Nul
lum Ius. numer. 10. & 11. lib. 4. fol. 153. & tra-
dit Mantich. de coniectur. vltim. volunt. li. 11.
titul. 9. num. 22. fol. 279. & Ioan. Bapt. Lup. de
illegitim. & natal. reſtitu. commet. 1. §. 1. num.
1. fol. 10. non naturalis.

Quod tanto magis erat faciendum, quia te-
ſtatrix in eo teſtamento, & fideicommiſſo ſtri-
ctè loquitur de naturalibus cum dictione tan-
6 tum, quæ præterquam quod habet negatiuam
annexam, nempe excluſionem omnium filio-
rum, qui non ſunt tales ſecundum Tuſcum li.
8. litera T. concluſi. 23. numer. 1. fol. 11. præſer-
* tim vbi agitur de diſpoſitione hominis, vt de
hoc eſt doctrina Vgolini communiter Appro-
bata, de qua per Ioann. de Imol. conſil. 86. In
cauſa, quæ vertitur nume. 7. fol. 47. Vti adiecta
diſpoſitioni erat pariter omninò probanda,
non autem ſub ſilentio prætereunda Bart. in l.
1. §. 1. ff. ne quid in flumi. publ. Marſil. ſingul.
187. qualitas apposita fol. 45. Pedemon. deciſ.
71. In proceſſu egregij num. 22. fol. 259. &
deciſi. 88. Viſis quibuſdam num. 6. fol. 325. &
alij citati per Rimin. Iunior. conſi. 10. Conten-
dunt Ciues Regij, num. 44. lib. 1. fol. 51. conſi.
215. Illuſtris Dominus Guronus, num. 155. li.
2. fol. 298. & Marcabrun. Ab Anguill. conſil.
85. Magnificus eques, numer. 74. cum ſequent.
fol. 334. & 335. Maximè cum faciat ſubſtitu-
tum, ſeu ſubſtitutos ſucceſſibiles mediante ipſa
qualitate, ſine qua nõ eſſet talis qualis ſe facit,
ad tradita in puncto per Riminald. Iunior. con
ſil. 353. poſtquam Reuerenda Domina Diana
numer. 134. fol. 18. & conſi. 446. opponuntur
aliqua, numer. 26. lib. 4. fol. 302. & Hondede.
conſi. 5. Deceſſit. num. 22. lib. 1. fol. 44.
8 Adhęreatque proprie Verborum ſignifica-
tioni, à qua non eſt recedendum Mantica de
coniectur. vltim. voluntat. lib. 3. tit. 4. nume. 4.
fol. 40. etiam contra piam cauſam, vt ibi, nũ. 5.
ſecundum quàm ſubſtitutio debet intelligi de
Naturalibus verè, non autem ſpurijs, qui &
9 ſi Inſpecta naturali cauſa naturales dicantur,
quoniam ex ſeminè, a natura procreantur ta-
men vti nati ex damnato coitu non ſunt tales,
vt probatur ex Mantic. de coniectur. vltim. vo-
luntat. d. lib. 11. tit. 9. num. 22. fol. 279. cum cæ-
teris ad id facientibus ſupra citatis.

Nec dicatur dictam taxatiuã, tantũ, fuiſſe pe
titam ad differentiam filiorũ legitimorũ, & na
turaliũ, de quibus teſtatrix ſupra in eius teſta-
mento locuta fuerat non autem ad reſtringen-
dum proprietatem d. verbi, quæ poteſt cõpre-
hendere omnes illegitimè natos. Quia fuit re-
ſpõſum, quod verba clara, ac diſtincta teſtamẽ-
ti Granæ non recipiunt d. declarationem, ac in
terpretationem, & tanto magis cum differen-
tia filiorum legitimorum, & naturalium à na-
turalibus re ipſa etiam ſine dicta dictione,
tantum pateret.

Quo caſu illa potius dicitur petita ad quali-
ficandum, & declarandum, de quibus naturali-
bus teſtatrix diſponebat, ne fortè ad eius hære-
ditatem vocati dicerentur ſpurij, & hoc modo
tollendã occaſionẽ, grauius delinquẽdi in pro-
creãdo huiuſmodi ſpurios ad tradita per Surd.
Conſi. 487. Nullum ius num. 30. li. 4. fol. 156.
qui naturales tantum minimè dicuntur, vt ex
ſupra, & infra deductis latè probatii.
10 Secundo quia memorati teſtes in effectu ob
illam qualitatem quod pater dictarum de Ar-
zaghis ſit natus ex vidua cuius coitus eſt dam-
11 natus, à ſtatuto Ferrariæ lib. 3. Rubr. 104. fol.
154. potius probant illum fuiſſe ſpurium, quã
naturalem, vt patet ex ſupra, & infra deductis.
12 Quod Verba teſtatricis ſint intelligenda ſe-
cundum veram naturalitatem non ciuiliter;
ob quam filius natus ex ſoluto, & ſoluta, etiam
quod non adſit legitimus concubitus dicitur
naturalis ſecundum Simonem de Pret. de In-
terpreta. vltimar. Voluntat. lib. 1. Interpreta. 2.
dub. 2. fol. 2. nu. 14. 15. & 16. fol. 16.
13 Quod ſecundum vulgarem conſuetudinem
loquendi omnis Baſtardus, qui naſcitur ex ſo-
luto, & ſoluta in rei veritate, non attenta iuris
fictione dicatur naturalis, etiam ſecundum ve-
ram naturalitatem, & canonicam æquitatem,
& communem vſum loquendi, de quã, & quo
meminit Riminald. Iunio. conſil. 187. circa
primum dubium, numer. 82. & 83. lib. 2. & nu.
mer. 84. fol. 283.
14 Quod ſecundum eundem Riminal. Iuniorẽ
ibidem, num. 92. fol. 203. hodie fauorabiliores
ſint

ſint nati ex ſoluto, & ſoluta, quàm nati ex con-
cubina, quia ius canonicum magis abhorret cō
cubinatum, quàm ſimplicem fornicationem,
16 cum concubinatus inducat diuturnum, ac con-
tinuum peccatum, ſimplex autem fornicatio
momentaneum.

17 Et quod Iura loquentia de natis ex concubi
natu facilius trahantur ad illos, qui nati ſunt ex
ſoluto, & ſoluta, quod tenet, etiam Surd. de Ali
ment. vbi ſupra titul. 1. quæſt. 9. numer. 5. cum
ſeq. fol. 7.

Nihil facit, quia prçter quā quod ex ſupra
18 deductis colligitur reſponſio, dictum fuit præ-
dicta fortè procedere vbi ageretur de nato ex
ſoluto, & ſoluta, cuius coitus non eſſet damna-
tus, & punibilis, qui dicitur naturalis, ſecus vbi
agitur de coitu damnato, & punibili, ex quo na
tus dicitur ſpurius non naturalis, vt ad literam
probat tex. in autenth. quibus mod. natural. effi
ciant. liber. in §. primum quidem prope finē ibi
[omnis qui ex complexibus &c. aut nephariis,
aut iniuſtis, aut dānatis proceſſerit, iſte &c. Ne-
que Naturalis nominatur,] Et canoniſtę com-
* muniter, vt poſt Aymon. conſil. 166. licet plu-
rimum, numer. 8. fol. 171. & alios tradit Ioan.
Baptiſt. Lup. de illegit. & natal. reſtitur. com-
ment. 1. § 1. num. 4. fol. 1. cum alijs ſupra cita-
tis ad id facientibus.

19 Vel vbi leges ciuiles loquentes de concubi-
natu fuiſſent correctæ per Ius Pontificiū, quod
minimè factum reperitur, niſi in animæ iudi-
cio apud Deum, & vt dicitur in foro Poli, ſecus
in foro temporali teſte Ioanne Baptiſta Lupo
vbi ſupra, num. 27. fol. 14.

20 Vltraquod, hic Ferrariæ primò recurritur
ad ſtatutum, deinde ad Ius commune, vt patet
ex confirmatione eorundem poſita in princi-
pio ſtatutorum.

21 Quod Ferrariæ ſeruetur Ius Pontificiū iux-
ta tradita per Rimin. Iunio. dict. conſil. 87. nu-
mer. 92. lib. 2. fol. 203. procedit in caſu ſuo, Nē
pe vbi agebatur de eo, qui natus erat ex mulie-
re extra domum retenta, qui legitimatur dicto
iure per ſubſequens matrimonium, non autem
in ſpecie iſta, & ad effectum, de quo agitur Vbi
quæſtio eſt, an natus ex ſoluto, & ſoluta extra
domum morante, cuius coitus eſt damnatus, &
punibilis à ſtatuto ſit naturalis, vel ſpurius, ſu-
per quo nulla adeſt Iuris canonici diſpoſitio, q̄
ſic natū, vt ſupra liberet à ſpurietate, ipſum-
que naturalem appellet.

Laus Deo, & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

ARGVMENTVM.

De Tranſactione. Statuto Adriæ excludente fo-renſes à ſucceſſione Remed. l. 2. C. de reſcind. venditio. an intret in tranſactione læſione, quæ debet probari de tempore tranſactionis habito reſpectu ad dubium litis euentum. Contractu ceſſionis iurium talium, qualium Ratificante, & Taciturnitate.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum facit probationem certam, & manifeſtam*
2 *Ceſſante præſuppoſito ceſſat obligatio.*
3 *Ceſſione Iurium talium qualium.*
4 *Forenſes de Iure communi ſuccedere poſſunt vbique.*
5 *Statutum prohibens translationem ſtabilium in forenſes eſt odioſum, & Iuris communis correctionum.*
6 *Sententia declaratoria quando lex, vel ſtatutum aliquid diſponit, an ſit neceſſaria.*
7 *Iura omnia mundi dicentia aliquid ipſo Iure fieri intelligenda ſunt ſecuta declaratione.*
8 *Statutum Adriæ excludit forenſes non abſolutè, ſed cum moderamine, niſi obtenta fuerit licentia.*
9 *Ciues effecti poſt acquiſitionem, an ſubiaceant ſtatuto excludenti forenſes à ſucceſſione.*
10 *Tranſactio tollit omnia Iura vetera.*
11 *Remedium l. 2. C. de reſcinden. venditio non vendicat ſibi locum in tranſactione.*
12 *Fallit quando exceſſus eſt vltra dimidiam magnus.*
13 *Læſio debet concludenter probari, etiam habito reſpectu ad dubium litis euentum.*
14 *Litis dubius euentus, qui probari debet, eſt difficilis probationis.*
15 *Litis Dubius euentus quomodo probari debeat.*
16 *Læſio debet probari de tempore tranſactionis.*
17 *Actio de euictione quando non detur.*
18 *Cedens Iura talia qualia non tenetur de euictione.*
19 *Cedens Iura Vniuerſa an teneatur de euictione.*
20 *Sententia non nocet non ſubditis, nec citatis.*
21 *Contractus quando ſuſtinetur de Iure ciuili, ac ſtatutario loci, in quo partes habitant, valet, & ſuſtinetur.*
22 *Sententia lata ſecundum ſtatuta, vel conſuetudines venetorum, an præiudicet in ciuitate Ferrariæ, vbi ſeruatur ius ciuile.*
23 *Ratificatio per æquipollens an releuet.*
24 *Tranſactio, quando eſt vtilis ſubſtinetur abſque ſolemnitatibus.*
25 *Ratificatio an poſſit fieri quandocunque.*
26 *Implementum petens remittit eius exceptionem.*
27 *Ratificatio poteſt fieri etiam poſt factam oppoſitionē in Iudicio ſecundum veriorem opinionem.*
28 *Exceptio non adimplementi non intrat in eo, qui non eſt paſſus, nec poteſt pati damnum.*
29 *Paciſcens quod quis teneatur ad damna & intereſſe vbi non fuiſſet facta ratificatio aliud quam intereſſe prætendere non poteſt.*
30 *Acceptio oblationis an noceat.*

31 *Paria ſunt aliquid non fuiſſe factum, vel non habuiſſe effectum.*

32 *Pœna vt locus ſit contra aliquem facientem debet intelligi de facto valido, non autem nullo.*

DECISIO LXV.

MAXIMO DEO AVCTORE.

DE anno 1545. Dominus Ioan. Antonius Arciboldus inſtitutis in ſuo vltimo teſtamento Hæredibus filijs ſuis maſculis, & deſcendentibus ex eis, ſubſtituit quandocunq; deficerẽt, natos ex Caterina de Fortis filia ſua, à qua deſcendunt Franciſcus, & Franciſca de Fortis actores.

De anno 1592. per mortem Ioan. Baptiſtæ Arciboldi vltimĩ infantis abſque filijs euenit caſus fideicommiſſi ad fauorem illorũ de Fortis.

Sed quoniam Ioanni Baptiſtæ grauato ſucceſſit Domina Liuia Caballina eius mater, & vxor dicti Ludouici Albertaccij ex ſecundis nuptijs, quę adepta fuerat poſſeſſionem bonorum fideicõmiſſo ſubiectorum, vt fatetur in inſtrumẽto tranſactionis, & ſe oppoſuerant Fortis agere volentibus ad conſequẽdum dicta bona. Hinc deuentum fuit ad tranſactionem, & iurium ceſſionem, in qua Forti dimiſerũt Liuiæ, & eius coniugi de Albertaccijs bona fideicommiſſaria per eos poſſeſſa vnà cum ceſſione Iurium talium qualium, & cum pacto expreſſe conuento per aliud inſtrumentum ad cautelam Albertaccij his præciſis Verbis.

,, Quod licet D. Ludouicus, & Domina Liuia
,, non obtinerent quicquam vigore dictæ ceſſio-
,, nis, & inſtrumenti, & contentorum in eo, in, &
,, ex bonis Ioannis Antonij Arciboldi, & quod
,, ex dicto inſtrumẽto, & ex dicta ceſſione nullũ
,, beneficium, aut comodum conſecuti fuiſſent,
,, vel eſſent, aut conſequerentur in futurum. Qđ
,, nihilominus dicta Liuia, & dictus Ludouicus,
,, & fideiuſſores teneantur ad ſolutionem dicto-
,, rum ſcutorum 1700. & dictorũ annuorum ſcu
,, torum 70. de quibus in dicto Inſtrumento. Cũ
,, ipſi de Fortis noluerint in aliquo teneri prædi-
,, ctis ex dicta ceſſione, nec eorũ Iura & bona ma-
,, nutenere, ſed ea, & actiones ſuas cedere, talia
,, qualia ſunt, & non aliter, nec alio modo, prout
,, ſic Fortus, vt ſupra agens dixit, & proteſtatus
,, fuit omni meliori modo, etiam conſentienti-
,, bus dictis Albertaccio, & fideiuſſoribus.

His peractis vſq; de anno 1596. contra Albertaccium ſoluere renuentem commiſſa fuit executio Inſtrumenti tranſactionis, poſt cuius tranſitum in Iudicatum, fuit relaxatum grauamen, etiam perſonale contra Albertacciũ, qui in renouatione grauaminis perſonalis neceſſaria iuxta formam ſtatuti oppoſuit de nullitate, & introduxit litẽ præſentem ſuper inualiditate prædictæ tranſactionis, quæ durauit per annos 27. Et cum Iudex primæ Inſtantiæ pronunciaſſet ſtandum eſſe tranſactioni, iudex autem appellationis reuocaſſet dictam ſententiam, Demum introducta fuit coram Rota, in qua Domini pro maiori parte reſoluerunt ad fauorem illorum de Fortis, & litis conſortium, quod pręuia reuocatione Domini Iudicis à quo confirmaretur prior ſententia.

Nam bonum Ius illorum clariſſimum redditur ex publico inſtrumento tranſactionis, & ceſſionis iurium, quod facit rem certam, & ma-
1 nifeſtam c. cum dilecti vbi Abb. num. 2. de Donatio. Deci. conſi. 36. et pro tenui facultate, nu. 2. fol. 30. Alex. conſi. 135. Circa primam num. 5. libr. 6. fol. 105. et Rot. coram Ludo. Deciſ. 459. Domini Dixerunt, nu. 3. fol. 510.

Nec obſtat, quod tempore tranſactionis Iura petendi bona fideicommiſſaria territorij Adrienſis non erant penes Fortum ob reſiſten-
2 tiam ſtatuti Adriæ excludentis à ſucceſſione forenſes, quaſi ceſſante præſuppoſito ceſſet obligatio Albertaccij.

Quia huic obiecto fuit reſpõſum, quod Fortus non ceſſit Iura vti vera, & bona, ſed ſolum
3 talia qualia, & cum pacto expreſſo, quod non teneret illa bona manutenere, quo ſtante non videtur poſſe negari, quin penes Fortum reperiantur iura ſaltim talia qualia.

4 Primo quia Forenſes de Iure communi ſuccedere poſſunt vbique indifferenter Cœphal. conſi. 451. Multæ excitantur, num. 345. lib. 4.
5 fol. 28. & ob id ſtatutum prohibens tranſlationem ſtabilium in forenſes odioſum eſt, & Iuris communis correctorium Maluaſ. qui multos citat conſi. 93. In caſu propoſito. nume. 43. fol. 407.

6 Secundo, quia oppoſitio de dicto ſtatuto, vt dicebat Admodum Illuſtris, ac Reuerd. D. Baldaſſar Gaddius I. C. celebris, ac acutiſſimi Ingenij collega, ac Dominus meus non erat ipſo iure excluſiua Iurium illorum de Fortis, ſed requirebatur ſententia declaratoria iuxta cõmunem doctorum traditionem, quæ habet, quod in omnibus caſibus, in quibus lex, vel ipſo iure operatur, neceſſaria nihilominus eſt ſentẽtia declaratoria iuxta latè tradita per Menoch. conſi. 99. De re grauiſſima num. 170. lib. 1. fol. 300. Miſinger. obſeru. 77. Sæpenumero in fin. centu. 6. fol. 645. Greu. ad Gail. concluſ.

15. Si

15.Si quidem non modo num.5.lib.1.fol.31.
7 & quod omnia iura mundi dicentia aliquid
ipſo Iure fieri intelligenda ſint ſecuta declara-
tione tenuit Rota Deciſ. 520. Sententia Bonæ
memoriæ,num.6.part.2.in recentior.fol.571.
Bonacoſſ.commu.opin. criminal. in verbo ſen
tentia declaratoria fol.151.cum alijs per me ci
tatis in deciſ.Merch.deciſi.38.executio ſenten-
tiæ,num. 20.fol. 48.ſecundum Impreſſionem
Florentinam.

8 Tertio quia ſtatutum Adriç excludit Foren
ſes non abſolute,ſed cum moderamine,niſi ob
tenta fuerit licentia, quæ fortè fortuna poterat
à Fortis obtineri.

Quarto quia nō deſunt opiniones,qđ in ca-
ſu ſtatuti excludentis Forenſes à ſucceſſione ſuf
9 ficiat ſi Forenſis efficiatur ciuis poſt acquiſitio-
nem,prout in caſu pręſenti in quo Forti purifi-
cato fideicommiſſo obtinuerunt ciuilitatem A-
driæ. Ita enim conſuluerunt Caſtrenſis conſil.
234.In cauſa,quæ vertitur. numero. 3. libr.2.
fol.109.Crauett.conſi.201.Præſupponitur in
facto,num.26.fol.3.part. 2. quibus relatis ad-
hæret. Tuſc.praticar.concluſi.In litera N. con-
cluſi:6.num.26.tom.... fol:

Quæ omnia manifeſtè declarant,quod non
obſtante allegato ſtatuto exiſtebant tempore
tranſactionis penes Fortos iura ſi non bona,ſal
tem talia qualia.

Denique quicquid euenerit de bonis terri-
torij Adrienſis animaduerſum fuit,quod de bo
nis ſubiectis fideicōmiſſo prætenſo,& ceſſo per
Fortos Albertaccijs poſſeſſio exiſtēs in villa Bo
næ territorij Ferrarienſis peruenit ad manus il
lorum de Albertaccijs,vt in facto plenè cōſtat,
& propterea iniuſtè conqueruntur Albertac-
cij,quod nihil prorſus habuerint vigorè tranſa
ctionis,ſeu ceſſionis.

Non obſtat, quod bona territorij Ferrarien
ſis ſpectarent ad Albertacciam,vel ratione legi
timæ,& Trebellianicæ,vel vigore compoſitio-
nis initæ cum Camera Ducali,quæ pro vt aſſe-
ritur confiſcauerat dicta bona, vel denique vi-
gore inueſtituręę, quam obtinuerat de dictis bo
nis, vti deuolutis, & decadutis ad Abatiam
Greuelli.

Nam fuit reſponſum, quod iſtæ prætenſio-
nes deducuntur, etiam in inſtrumento tranſa-
ctionis,& tamen ſuper illis fuit tranſactum, &
propterea non eſt amplius curandum de iſtis,
antiquis prætenſionibus, poſtquam notorium
10 eſt in iure, quod Tranſactio tollit omnia iura
vetera Bertazzol. conſil.ciuil.53. Quæ ex Iure
militant,nu.29.fol.46.& Rot. Deciſ.414.Con
cluſerunt Domini,num.1. part.1. in recentior.
fol.461.Ita vt non poſſint Amplius inſtaurari
lites ſemel per eā terminatæ l. cauſas l. ſi Maio-
res.l. Quamuis. C.de tranſaction. Rot.coram
Ludouiſ. Deciſ.354. Tranſactionem obſtare,
num.2.fol.396.

Quod præſens contractus tranſactionis ſtan
te enormiſſima læſione debeat annullari.

11 Nihil facit,quoniam fuit dictum, quod re-
medium l.2. C.de reſcindenda venditione non
vendicat ſibi locum in tranſactione, vt tenent
pluſquam ſexaginta Doctores congeſti per Me
noch.conſi.401. Dubitationes permultæ. nu.
157.li.5.fol.9.Quibus addi poſſunt P.Lud.Mo
lin. de contract.diſputa.556.num.18.fol.869.
Marant.conſil.83...... num.13.fol.... De-
cian. conſil.56.Quæritur ergo num.66.libr.4.
fol.251.Modeſtin. Piſtor.conſ.22.lib.2.qui re
* * ſtatur de magis communi Valaſc.Deciſ.18.ſo-
lent hac noſtra tempeſtate in fin. fol. 29. vbi
quod ita ſæpius fuit Iudicatum. Hanc etiam la-
te defendit Viuius Deciſ.429.In cauſa illorum
de Carducijs.num.4.lib.3.fol.101.Gail.practi
car.obſeruat.lib.2.Obſer.70.Beneficium leg.2.
num. 6.fol.210. vbi quod ita in Camera Im-
periali fuit Iudicatum.

12 Et quamuis hæc negatiua ſententia declare-
tur, vt fallat quando exceſſus eſſet vltra dimi-
dium magnus,ſecundum opinionem,quam ſer-
uat Rota Romana, vt deciſ. 732. Reſolutum
ſine difficultate num.2.part.prima diuerſorum
fol. 457.& deciſ.715. Domini dixerunt nu. 1.
part.2.in recentior.fol. 239.

13 Tamen cum dicta læſio debeat concluden-
ter probari per allegantem, ne dum de tempo-
re tranſactionis, ſed etiam habito reſpectu ad
dubium litis euentum ſecundum inueteratum
eiuſdem Rotæ ſtilum,de quo in dicta deciſ.715.
nu.2.fol.239.

In ſpecie de qua agitur non videbatur con-
ſtare de aſſerta læſione.

Primo quia potius conſtat, quod poſſeſſio
exiſtens in villa Benę, & quæ erat de bonis pręe-
tēſis per Fortos peruenit ad manus illorum dè
Albertaccijs, quæ cum ſit maioris valoris pre-
tio Fortis promiſſio meritò excludit omnem
læſionem.

14 Secundo quia dubius litis euentus, non ſo-
lum nō fuit probatus,ſed nec articulatus, quem
eſſe difficilis probationis affirmat Cardin. Sera-
phin.deciſ.638.fuit iterum per Dominos in fin.
fol. 263. & non poſſe probari, niſi per peritos
15 Iuris, qui ſciāt æſtimare dubium litis euentum,
vt tenuit Rota dicta deciſ.715.num.3. fol. 239.

R 2 Ter-

Tertio quia tantum abeſt, quod fuerit pro-
16 bata aſſerta læſio de tempore tranſactionis, vt
potius conſtet ex facie inſtrumenti hoc non po-
tuiſſe probare cum Albertaccia in narratiua di
cti inſtrumenti fateatur, quod ipſa erat in poſ-
ſeſſione bonorum per Fortos prætenſorum.

Quod ſi poſtea bona territorij Adrienſis illi euicta fuerint non propterea annullari debet tranſactio ex ijs, quæ infra dicentur. Tandem non obſtat, quod fuerint euicta bona territorij Adrienſis.

17 Primo quoniam per pactum expreſſum, & valde prægnans, fuit conuentũ ne Forti teneren tur de euictione, imo expreſsè conſenſit Albertaccius ſe velle teneri ad pretij cõuenti ſolutionem, licet nihil prorſus conſequeretur, & cum clauſulis ampliſſimis, vt in dicto inſtrumento.

Secundo quia contractus eſt tranſactionis in quo Forti nihil tradiderunt, ſed ſolum paſſi fuerunt, vt ex cauſa tranſactionis bona fideicommiſſaria per illos prætenſa remanerent penes Albertaccios, qui iam illa poſſidebãt, vt fatẽtur In dicto Inſtrumento. Clariſſimi autem iuris eſt nullam hoc caſu competere poſſe actionem de euictione, textus eſt in l. ſi profundo 32. C. de tranſaction. quem inter ſingularia retulit Cremenſis ſingul. 131. & ita affirmant Bart. Bald. Iaſ. Caſtr. & alij relati per Gomez de contract. cap. 2. n. 28. Caball. de euictio. §. 5. n. 46. fol. ... Surd. conſilio 418. Quæſtio Propoſita nu. 18. lib. 3. fol. 591. Ludouic. Molin. de contract. diſputa. 380. num. 3. Anton. Fab. definitio. 32. C. de euiction.

18 Tertio quia vbi contractus eſſet ceſſionis iurium talium, qualium, conſtat cedentem non teneri de euictione Corn. conſilio 89. Viſo ſuprascripto in fin. lib. 3. fol. 89. Alexand. conſil. 93. Quæritur verum nu. 2. lib. 4. fol. 75. Natt. conſ. 38. Quoniam in propoſito num. 2. lib. 1. fol. 77. Honded. conſ. 38. In cauſa, & controuerſia numero 56. lib. 2. fol. 205. Coſta de facti ſcienti. & ignorant. diſt. 5. Cent. 1. numero 20. fol. 158. Cabal. de euictio. §. 5. nu. 36. fol. 216. Maceratenſ. Varlar. Reſol. lib. 2. Reſ. 17. nu. 7. fol. 292. Nec huiuſmodi iura talia qualia habet facere bona, nec vera, ſed ſi nihil habet, nihil cedit, nec aliquid præſtat abſque eo, quod annulletur ceſſio l. quod ſi in venditione, ff. de hæredita. vel action. vendit. Card. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 4. titu. 13. nu. 9. fol. 207. Natt. d. conſ. 38. Quoniam in propoſito nu. 1. lib. 1. fol. 76. Marſil. in puncto deciſ. 240. Illuſtris frater Centorius nu. 8. fol. 115.

19 Quarto quia Forti ceſſerunt iura vniuerſa, Vnde licet pars illorũ nempe territorij Adrienſis euicta fuerint, cum tamẽ Albertaccij habuerint bona territorij Ferrarienſis, non intrat euictio, quæ regulariter ceſſat in venditione rerum vniuerſarum, ſi pars aliqua euincatur, eſt in l. 1. vbi Bart. Bald. Angel. & alij C. de euiction. Gomez. lib. 2. de contract. cap. 2. num. 44. fol. 184. Soccin. in Regul. 438. num. 2. fol. 57. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 81. teſtamentaria hæres numero 3. fol. 64.

Denique fuit animaduerſum nulla præceſſiſſe requiſita, quæ neceſſaria ſunt ad effectum, vt debeatur euictio.

Præterea nõ refragatur, quod Prætor Adriæ annullauerit præſentem contractum tranſactionis, & ceſſionis.

20 Quoniam ſententia Prætoris Adriæ non potuit, nec poteſt nocere Fortis illi nõ ſubditis, nec citatis, & quibus nunquam fuit notificata aſſerta ſententia.

21 Vltra, quod ſi dictus contractus fuit annullatus ſub prætextu, quod illi reſiſterent leges Venetæ, Fortis ſufficit in caſu, & ad effectũ, de quo agitur, quod contractus ſuſtineatur de iure ciuili, ac ſtatutario loci, in quo partes habitabant, & contraxerunt, ſecũdum quarum diſpoſitionem notorium eſt, ipſis licuiſſe tranſigere cũ Albertaccijs ob ſuſpicionem futuræ litis l. 2. vbi Bart. C. de tranſactio. Alb. conſ. 543. ſtante præſuppoſito nu. 8. lib. 3. fol. 108. Natt. conſ. 548. cum communitas num. 3. lib. 3. fol. 153. Honded. conſ. 49. Tranſactio, de qua agitur nu. 34. lib. 1. fol. 306. & ſeq. Surd. conſilio 451. Tranſactionis exceptio nu. 51. lib. 1. fol. 778. Ludo. Molin. de contract. diſputa. 556. nu. 4. Cardinal Mantic. de tacit. lib. 26. titul. 1. num. 16. fol. 690. Pedem. deciſ. 81. ſupereſt ex præfata num. 23. fol. 341. Card. Seraph. deciſ. 638. fuit iterum per Dominos nu. 7. fol. 263.

22 Et conſequenter ſententia lata ſecundũ ſtatuta, vel conſuetudines Venetorum non poteſt Fortis præiudicare in Ciuitate Ferrariæ, vbi ſeruatur ius ciuile Cabal. Milleloq. 769. Iudex vnius Iuriſdictionis num. 1. par. 2. fol. 78. Marſil. ſingular. 138. Iudex vnius territorij numero 2. fol. 31.

Pariter non obſtat quod Franciſcus promiſerit ſolemnem ratificationem Franciſcæ, de qua cum non cõſtet, Fortis videtur obſtare exceptio non implementi.

Nam multipliciter reſponſum fuit.

23 Primo quod in facto certum eſt Franciſcum ratificaſſe per æquipollens dum egit ex inſtrumento tranſactionis, vt ſæpè cenſuit Rota teſte

Ma-

Mareſcotto Variar. Reſolutio. lib. 1. Reſolutio. 81. numero 14. Dum ex eo percepit commodum Surd. conſilio 60. in inſtrumento venditionis numero 11. libro primo, fol. 276. & dum in hac cauſa perſeuerauit per annos viginti Card. Seraphin. deciſ. 729. de mandato Sanctiſſimi nu. 1. fol. 301.

Quæ Ratificatio videtur ſufficere, quamuis promiſſa fuerit ſolemnis, & per inſtrumentum. Nam cum hæc forma data fuerit ad effectum, ne Franciſca contraueniret, bene per æquipollens potuit adimpleri, dummodò idem effectus ſequeretur, prout in effectu ſubſecutus fuit poſtquam Franciſca viuens nunquam contrauenit, vt pluries deciſum fuiſſe in Rota conſtat ex Pute. deciſ. 252. die 13. Martij 1545. numero octauo, libro 2. fol. 375. deciſ. 577. de anno 1598. numero nono, part. prima fol. 153. in recentioribus.

Non obſtat, quod aliter poſſit redire ad primeua iura allegando nullitatem ratificationis ob defectum ſolemnitatum in contractibus mulierum neceſſariarum ex forma ſtatuti, quaſi ex dicta æquipollentia non reſultet idem effectus.

24 Nam cum tranſactio, quæ poterat ſe habere ad commodum, & damnum Surd. conſil. 451. tranſactionis exceptio numero 27. libro tertio, fol. 775. eſſet vtilis Franciſcæ, quæ ſenio, & paupertate confecta, ſentiebat ſe omnino inhabilem ad litis diſpendioſæ proſequutione, propterea fuit valida abſque dictis ſolemnitatibus, ita vt viuens non potuiſſet contrauenire ad tradita per Menoch. conſilio 561. Cum de propoſitis numero 6. lib. 6. fol. 123. & conſilio 655. Non poſſum non mirari nu. 10.

25 Sed quod omnem tollit difficultatem eſt ratificatio ſolemnis, & per inſtrumentum facta ab hæredibus Franciſcæ, de qua in proceſſu, quæ cum conſiſteret in animo ad declarationem voluntatis potuit fieri quandocunque Bart. in l. Pomponius ff. de negoc. geſt. Alex. conſil. 126. Viſis circa finem libro quinto, fol. 100. Natt. conſilio 45. Requiſitus, vt paucis num. 1. lib. 1. fol. 89.

Non obſtat quod iudicio pendente, & poſt factam oppoſitionem non liceret amplius adimplere Becc. conſil. 45. Reducatur in dubium ſententia nu. 50. fol. 79.

Quia animaduerſum fuit Albertaccium, ne dum non oppoſuiſſe, ſed plenè potius inſtitiſſe pluries pro implemento, vt in proceſſu 35. 140. 158.

26 Petens autem implementum remittit eius exceptionem, vt poſt Roma. Mandoſ. Alex. Corn. Crauet. Surd. & alios probat Gratian. diſcept. 246. numero 23.

27 Deinde quicquid dicat Beccius verior videtur ſententia, quod etiam poſt factam oppoſitionem, & iudicio pendente poſſit præſtari implementum Gratian. diſcepta. 325. numero 10. tomo ſecundo, fol. 409. & quod ita ſeruetur in curia Romana conſtat ex deciſ. 476. Domini concluſerunt numero vndecimo part. ſecunda, diuerſor. fol. 290. deciſ. 168. numero ſeptimo, apud pacific. de Saluia. & Card. Seraph. deciſ. 577. Tres fuerunt per parte numero ſecundo, fol. 230.

28 Addatur, quod Albertaccij ſtantibus antedictis ratificationibus nullum paſſi ſunt, nec pati poſſunt damnum, quo caſu indubitatum eſt non intrare exceptionem inadimplementi ex Bald. Dec. Crauet. & alijs, quos ſequitur Surd. deciſ. 265. Recuſabat Illuſtris D. numero 39. fol. 458. Cæſa. Manent. deciſ. 32. Solent homines, numero 15. fol. 149.

29 Demum vbi nulla adeſſet ratificatio nihilominus cum Partes hoc caſu conueniunt, vt Franciſcus teneretur ad damna, & intereſſe certum eſt, quod Albertaccij nihil aliud prætendere poſſunt præter intereſſe Rota Deciſi. 8. inter impreſſas apud Marcheſ. de commiſſ. part. 1. §. 1. fol. 729. de commiſ. in appella. ab obligatio. Cameral. Mareſcot. libr. 1. reſolu. 90. numer. 9. fol. 210.

Hic autem nullum poteſt cõſiderari intereſſe pro parte Albertaccij, qui eſt tutus ab omni moleſtia ſtante ratificatione ſolemni, Hæredum Franciſcæ.

30 Nec etiam obſtat, quod Forti cõtrauenerint experiendo eademmet Iura coram iudicibus Venetis, & acceptando quandam oblationem, de qua in proceſſu.

Nam licet aſſerta Iudicia cantent ſub nomine illorũ de Fortis, tamen id factum fuit ab ipſo Albertaccio vigore pacti appoſiti in Inſtrumento tranſactionis, vt iudicia fierent nominibus illorum de Fortis, ſed ad propriam vtilitatem Albertaccij.

Acceptatio autem oblationis non nocet Fortis, tum quia vigore pacti reſultaſſet in vtilitatem Albertaccij: Cum quia, etiam remanſiſſet ſine effectu inutilis, & inefficax, ac proinde reputanda eſt pro non facta, cũ paria ſint aliquid

31 non fuiſſe factum, vel non habuiſſe effectum Surd. conſi. 359. Sententiam à præſtantiſſimo, num. 10. lib. 3. fol. 276. Rimin. Iun. conſi. 789. Contracta Societate, numer. 27. lib. 7. fol. 188.

Coſt.

Coſt.de fact. Scien.& ignorant. Inſp.23.num. 1.fol.49. Moſcatell.in prax.part.7.in Glo.conclusio,num.2.fol. 100.

Et ſic ceſſat omnis pœna cõtra Fortos, cum
32 omnibus nota ſit concluſio, quod, vt ſit locus
pœnæ contra aliquid facientem debet intelligi
de facto valido, non autem de nullo Gratian.
diſceptatio.36.num.56.fol.85. Caſtill.de coniect. Vltim. Vol.cap.17.num. 14.fol.158.& late probat Cald.de Iur. emphyteut. part.4.c.7. num.10.fol.90.

Quæ omnia magis intrant, poſt quam Albertaccius occaſione prædictorum nullum dãnum paſſus eſt; In iure autem, nemo auditur,
tam agendo, quàm excipiendo ſine intereſſe, vt
33 poſt Bald. Bec. Surd. ac alios tradit Cæſ. Manent.dict.deciſ.32.num.15. fol. 149.

Denique non obſtat, quod Franciſcus Fortus aſſeruerit ſe ciuem Adriæ, cum non eſſet, vel ſaltim fuerit in dolo non exprimendo, de quo tempore factus eſſet Ciuis.

Nam, quod tempore tranſactionis eſſet ciuis ſatis conſtat in facto. Quod autem teneretur exprimere tempus obtentæ ciuilitatis nullo iure probatur.

Et licet dici ſoleat dolum argui ex taciturni-
34 tate eorum, quibus expreſſis aliàs non fuiſſet veriſimiliter cõtracturus leg. quæro, ff.de action. empt.Surd.conſil.150. Verba contractus, nu. 13.lib.1.fol.676.

Tamen hęc omnia procedunt in vẽditione rerum, at in ceſſione iurium nihil tale diſpoſitum reperitur, vt inquit Maſtrill. dict. Deciſi. 240.num.15.fol.116.& generaliter receptum eſt, quod in cedente ius non procedant deciſiones cedentis rem Coſta de fact.ſcient.vel ignorant.dicta diſtinct.4.numero. 19. Maſtr. dicta deciſione.240.numero 16.

Præterea dicta concluſio non intrat, ſi non fuit expreſſum, quod alius contrahens ſcire debuit Anton.Fab.diffin.2.C.de præſcr.quæ pro libe.compet.fol.791.

35 Dubitari autem non poteſt, quin Albertaccius deberet ſcire conditionem illorum de Fortis vulgata regula, qui cum alio, ff.de regul.Iur. Nam contrahens cum aliquo, nedum tenetur ſe informare de qualitate perſonæ contrahentis, ſed etiam de illius iuribus, & de omnibus qualitatibus rei tractandæ, vt poſt Grat. & alios tradit Surd. Deciſi.265. Recuſabat Illuſtriſſimus Dominus Marius, num.46.fol.459. latè Bardellon, conſ.86.ex Allegationibus, numer.8.fol.497. at nocet obligato inueſtigare, Cęphal.conſil.218. Valentiæ Magnifica communitas, numer.16.lib.2. fol.128. & poſt Decian. Gabr. Pariſ. & alios tradit Coſta de facti ſcientia, & ignorant. Regul.2.nu.14.fol.548.

Alia deducta pro parte illorum de Albertaccijs viſa fuerunt Dominis reſponſione non indigere, cum non pertineant ad punctum. Et ideo ex his Domini reſoluerunt pro validitate tranſactionis, ac illius executione.

Ex his ſit abſolutus iſte liber cum proteſtatione expreſſa in principio medio, & fine, de qua per Bartol. in ſuo tracta. Minoricarum in princip. in verſiculo ego Bartolus de Saxoferrato Peruſinus ciuis fol. 86. & Rodoan. in ſuo tracta. de reb.eccleſi.non alienan.q.79.c.14.in fine, quæ in omnibus, & per omnia in hoc opere ſemper pro repetita de verbo ad verbum habeatur.

Laus Deo & Beatæ Mariæ ſemper Virgini.

F I N I S.

Angelus Cantinius I.V.D. Florentinus Correct.

AMICE LECTOR

Habes errata magis neceſſaria, quæ partim ex copiæ partim impreſſionis vitio interuenerunt, & ſuppletiones aliquot, quæ ſi emandaueris, & ſuppleueris iucundior tibi erit operis lectio.

Deciſ.2.numer.35.Titium cor.Titia num. 40. denegat cor.derogat.
Deciſ.3.in ſum.numer.19.ſubiecta cor.ſubſtantia, numer.20. poſt illa verba, de qua eſt quæſtio adde,num.21.numer.24. non ceſſet in an.cor. An ceſſet in num. in ead deciſ.ſucceſſorii cor. ſucceſſiui, numer.19. Viam pro parte, cor. Viam pro parte,& pro parte,numer.24.obtentis cor. obtentis
Deciſ.4.in ſum.num.85.detinetur cor. retinetur ead.deciſ.4.numer.7.item in terris cor.Videlicet in terris,numer.41.qua mortis cor quam mortis, num. 91. & ſuppoſiti cor.& ſi poſiti.
Deciſ.5.num.6.Hacimbenius cor. Narcimbenius,num.29.Item cor. videlicet,
Deciſ.6.in argum.dotale cor.totale,num.2. per rem cor. Procuratorem,numer. 5.& propiis cor.& propterea, numer.7. Item cor.videlicet, numer 18.contra cor.contractus.eod.communia cor. Coram, numer. 36. deleatur verbum propter,numer.39.deciſ.9.10.cor.deciſ.10. numer.41. fol.247 cor.fol.427. numer.61.oppoſita cor.appoſitæ, numer.79.omiſſa corrige commiſſa.
Deciſ.8.numer.31.validat iuramentum cor.validatur iuramento.
Deciſ.10.in ſum.numer.53.Inueſtiarium cor.inueſtitura, eod.deciſ.numer.2. apponatur cor.opponatur,num.21 argumentum rem cor. argumentum non
Deciſ.11.numer.4.cum in cauſa numer.3.verſ.& quia fol. 42. nunc enim fol.3. corrige cum in cauſa,num.31.verſ. nunc enim fol 30.
Deciſ.12.nu 10.deciſ.10.266.eod.nu. & propter, corrige & propterea,numer. 10.fregit cor.fugit
Deciſ.13.numer.10.releuandus cor.relaxandus
Deciſ.15 numer.7.ſed adhibere cor.ſed ad liberê
Deciſ.17.num 7.Geneſ.cor Gomeſ.
Deciſ.19.num.27.metanenſi cor.meſſenenſi
Deciſ.20.num.1.Anchar.cor.Archar.numer.2.Io.Rom.conſi.33.cor.Io.Roma, numer.33
Deciſ.22.in princip.modis ſui procuratus cor.medio ſui procuratoris, Ibidem dondi cor.Dondino
Deciſ.26.numer.8.patitur cor.poſita,numer.18.Idem Alexan.Maſcar.cor.Alderan.Maſcard.numer.2.habebant cor.habeant.
Deciſ.32.appellatum cor appellationem
Deciſ.34.numer.1.ex ipſius diſpoſitione cor.ex diſpoſitione,numer.12. commodat cor.num.12.ff.commod.
Deciſ.36.in princip.Comaſchio cor.Comacchio
Deciſ.45.num.57.vel in alium cor.vel in alium locum numer. 68. vſurarium qui ſoit cor.vſurarium campſorem qui ſcit numer. 89. in conſcientia dicta cor.conſcientia dictat
Deciſ.47.numer.5 affirmans cor.affirmat
Deciſ.49.preſenti fideicom,cor.preſenti fideicom.
Deciſ 51.numer.19.quia ſecuta cor. quia ſecuta numer.33. Bo. cor Dano cor. Bon.mem.Tano
Deciſ 55 in princip.de trienis cor.de tienis ibidem filios legitimos, & naturales,quos voluit eo caſu cor filios legitimos,& naturales ex quond. D. Nicola Caballetto eius primo viro, & ſi alter eorum deceſſerit abſque filijs, vel deſcendentibus maſculis legitimis & naturalibus alterum ſuperuiuentem ſiue eius prædefuncti filios,vel deſcendentes maſculos legitimos, & naturales quos voluit eo caſu,num.27. vbi ſuper matre, cor.vbi ſic pro matre, num.28.viuca traditio cor. vnica conditio, numer.41. Prædictis tamen non obſtantibus reſolutum fuit corrige, & ſupple, prædictis tamen non obſtantibus coram adm. Illuſtri, & excell. D. Ioanne Marco Bezzardo Papienſi cauſarum ciuilium Locumtenenti,præcellentis auctoritatis Iur. Conſ.ſingulariſque Iudicij,ſummæque eruditionis me adiuncto reſolutum fuit eod.numer.41.non ex eo ſupple non ex eo tantum num.78. ex quia cor. ex eo quia num.101.quia præcedentia ſupple in quibus
Deciſ.58.num.25. litera dictio cor.litera D.dictio in princ. pro confirmatione D. Iudicas adde pro confirmatione ſententiæ
Deciſ.64.numer.9. fuiſſe petitam cor.fuiſſe poſitam eod. dicitur petita cor. dicitur poſita.